Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

21937

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII IOSEPHI
HIEROSOLYMITANI
SACERDOTIS

Opera quæ exstant, nempe

ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBRI XX. Sigismundo Gelenio interprete.
DE BELLO IVDAICO LIBRI VII. (interprete, vt vulgò creditum est, Rufino Aquileiensi) quibus Appendicis loco accessit De vita Iosephi.
ADVERSVS APIONEM LIBRI II. ex interpretatione Rufini à Gelenio emendata.
DE MACHABÆIS, seu de imperio rationis LIBER I. cum paraphrasi Erasmi Roterodami.

Quæ Græcolatina EDITIO *Græcorum Palatinæ Bibliothecæ manuscriptorum Codicum collatione castigatior facta est.*

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.

GENEVÆ,
Apud Petrum Aubertum.

M. DC. XXXIV.

ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI FRIDERICO V.

COMITI PALATINO AD RHENVM, ELECTORALIS DIGNITATIS ET PALATINATUS hæredi, Bauariæ Duci, &c.

Domino meo Clementißimo.

FLAVII Ioſephi Helleniſtarum Iudæorum cùm eruditione, tum eloquentia facilè principis hiſtorica monumenta prælo meo excuſa, Princeps Illuſtriſſime, ad T.C. humiliter adfero. Sicut enim ſcriptorum eſt quæ honeſta ſunt & ſeculis profutura literis prodere: ita & in immenſo aliorum ſuper alios aceruatorum librorum cumulo typographorum intereſt laudabiles & bonæ frugis ſcriptores in lucem mittere rediuiuos, & aduerſus Zoilos potentium patronorum tutelæ committere. multiplex verò mihi cauſa fuit cur ad T.C. noſter confugeret Ioſephus: námque primùm tota operis πραγματία de rebus eſt quæ à Principe cognoſcantur digniſſimis; ipſa nempe mundani Syſtematis diuina conſtitutione, humani generis ortu & propagatione, Patriarcharum vita, Moſaica Legiſlatione, politia Hebraica, monarchiarum, quæ olim orbem rexerunt, imperio, & aliis, quæ quatuor millium annorum hiſtoriam implent autoris & eo nomine apud Principes gratioſi, quòd nõ ex infimis literatorum ſubſelliis ad hæc ſcribenda prodierit terræ filius; ſed ex regio Haſmonæorum ſanguine oriundus, & primaria ſacerdotum inter Iudæos familia, cùm in adoleſcentia ad miraculum vſque in literarum ſtudio profeciſſet, iuuentutem rebus gerendis & bello, quod cum Romanis geſſere Iudæi, internecino exercuit Galilææ præfectus, conſilio & manu ęquè promptus, ætate verò prouectiori otium Romæ nactus ea literis mandauit, quæ literarum cognitione & vſu didicerat, vir cæteroquin Imperatoribus Veſpaſiano, Tito, Domitiano ob præclaras animi dotes acceptiſſimus. Verùm acceſſit & alia cauſa cur Ioſephum coram T.C. ſiſterem, beneficium quod tuæ

C.debeo,ob manuſcriptorum tuę electoralis Bibliothecæ codicum Ioſephi liberalem vſum, quem annuente primario noſtræ ætatis Philologo Iano Grutero, Bibliothecæ præfecto, impetrauit ſingulari ſua humanitate nobiliſſimus & eruditiſſimus IC^ti Marquardus Freherus Tuæ C. Conſiliarius. Sed quia in hoc autore excudendo longiùs proceſſeram cùm membranas conſecutus ſum, & multi aſſidua interpellatione vt quam primùm Ioſephum Græcè, publici iuris iterum facerem efflagitabant, quòd editionis Baſilienſis quæ ante LXVII. annos vnica prodiit, nullum exemplar ſupereſſet; hortantibus ceſſi, quorundam virorum doctorum notas, & varias lectiones eius qui manuſcripta excuſſit ſtudio collectas propediem peculiari volumine editurus. Cum itaque T.C. tuorúmque beneficio ſim adiutus C.T. patrocinio Ioſephum hiſtoricum Principe non indignum iure meritóque dedico, demiſsè rogans vt quemadmodum Titus Imperat. autorem libros ſuos τῶν ἀλλότριος offerentem benignè admiſit, probauit, & Bibliothecæ ſuæ inſeri iuſſit; ita Ioſephum noſtrum clementi vultu T. C. accipiat; & in ſua perinſigni Bibliotheca quæ nobis calamo exarata exemplaria ſuppedita uit, vt emendatior prodiret, locum obtinere patiatur. Ipſe interim Deum Opt. Max. à quo eſt omnis antiſtatus in terris, ſupplex orabo vt det T.C. vitam prolixam, Principatum ſecurum, & quæcunque boni Principis vota ſunt.

Tuæ Celſitudinis ſeruus addictiſſimus

PETRVS ROVERIANVS

Typographus.

DE IO-

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ ΛΟΓΟΣ Α΄.

FLAVII IOSEPHI DE BELLO IVDAICO LIBER PRIMVS.

Interprete Rufino Aquileiensi ad Græcum collati & emendati per Sigismundum Gelenium.

ΠΕΙΔΗ τὸν Ἰουδαίων πρὸς ῥωμαίους A πόλεμον συγκατα μέγιστον, ὃ μόνον τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων ἦν, οὐ μὴν ὧν ἀκοῇ παρειλήφαμεν, ἢ πόλεων πρὸς πόλεις, ἢ ἐθνῶν ἔθνεσι συῤῥαγήτων, οἱ μὲν ὲ παραγενόμενοι τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἀκοῇ συλλέγοντες, εἰκαῖα καὶ ἀσύμφωνα διηγήματα σοφιστικῶς ἀναγράφουσιν. οἱ δὲ παραγενόμενοι ἢ, ἡ κολακεία τῇ πρὸς ῥωμαίους, ἢ μῖσος τῷ πρὸς Ἰουδαίους καταψεύδονται τὴν B ἀλήθειαν, ἀμελέτητα ἢ αὐτοῖς ὄντα τὴν ἱστορίαν, ὅπου μὲ κατηγορίαν, ὅπου ἢ ἐγκώμιον τὰ συγγράμματα, τὸ ἢ ἀκριβὲς τῆς ἱστορίας ὑδαμοῦ, προὐθέμην ἐγὼ τοῖς κατὰ τὴν ῥωμαίων ἡγεμονίαν, ἑλλάδι γλώσσῃ μεταβαλὼν ἃ τοῖς ἄνω βαρβάροις τῇ πατρίῳ συντάξας ἀπέστειλα πρότερον, ἀφηγήσασθαι, ἰώσηπος ματθίου παῖς, γένει ἑβραῖος, ἐξ ἱεροσολύμων, ἱερεύς, αὐτός τε ῥωμαίοις πολεμήσας τὰ C πρῶτα, καὶ τοῖς ὕστερον ἀναγκαίως ἐξ ἀνάγκης. ἠλυμβύσε γὰρ ὡς ἔφην μεγίστου τοῦδε τοῦ κινήματος, ἐν ῥωμαίοις μὲν ἐνόσει τὰ οἰκεῖα, ἰουδαίων τε τὸ νεωτερίζον τότε, τεταραγμένοις ἐπανέσῃ τοῖς κατοικοῦσι, ἀνημάζον κατά τε χεῖρα καὶ χρήμασιν, ὡς δι' ὑπερβολὴν θορύβων, τοῖς μὲν, ἐν ἐλπίδι κτήσεως, τοῖς δὲ ἐν ἀφαιρέσεως δέει γίνεσθαι τὰ πρὸς τὴν ἀναταλήν. ἐπειδὴ ἰουδαῖοι D μὲν ἅπαν τὸ ὑπὲρ εὐφράτην ὁμόφυλον ἡμῖν συνεπαρθήσεσθαι σφίσιν ἤλπισαν, ῥωμαίους δὲ οἵ τε γείτονες γαλάται παρεκίνουν, καὶ τὸ κελτικὸν ἅπαν ἠρέμει, μετὰ δὲ πάντα θορύβων μὲν γέμοντα, καὶ πολλοὺς μὲν βασιλείαν ὀρέγοντας ἀνέπειθε, τὰ στρατιωτικὰ δὲ ἦρα μεταβολῆς, ἐλπίδι λημμάτων. ἄτοπον οὖν ἡγησάμην παρεῖδεῖν πλαζομένην ὅπη τυγχάνοι τοῖς πράγμασι τὴν E ἀλήθειαν, καὶ παρθόις μὲν, καὶ βαβυλωνίοις, ἀράβων τε τοῖς πορρωτάτω, καὶ τὸ ὑπὲρ εὐφράτην ὁμόφυλον ἡμῶν, ἀσυγχύτους τε γνῶναι δι' ἀκριβείας ἐμῆς ὑπομελείας ἀκριβῶς, ὅθεν τε ἤρξατο, καὶ δι' ὅσων ἐχώρησε παθῶν ὁ πόλεμος, καὶ ὅπως κατέστρεψεν, ἀγνοεῖν δὲ ἕλληνας ταῦτα καὶ ῥωμαίων τοὺς μὴ ὑπὸ στρατιάν γεγενημένους, ἐντυγχάνοντας ἢ κολακείᾳ, ἢ πλάσμασι. καὶ τοίνυν ἱστορίας αὐτὰς ὑπογράφειν τολμῶσιν ἐν αἷς πρὸς

PROLOGVS.

QVONIAM bellum, quod cum populo Romano gessêre Iudęi, omniũ maximum, quæ nostra ætas vidit, quæque auditu percepimus, ciuitates cũ ciuitatibus gentésve commisisse cum gentibus: quidã, non quòd rebus interfuerint, sed vana & incongrua narrantiũ sermones auribus colligẽtes, oratorũ more perscribunt: qui verò præsto fuerunt, aut Romanorũ obsequio, aut odio Iudæorũ contra fidem rerũ falsa confirmant: scriptis autem eorũ partim accusatio, partim laudatio cõtinetur: nusquã verò exacta fides reperitur historiæ: idcirco statui, quę retrò barbaris ãtea missi, patria lingua digesta, Græcè nunc his, qui Romano Imperio reguntur exponere, ego Ioseph̃us Matathiæ filius Hebræus genere, sacerdos ex Hierosolymis: qui & initio cũ Romanis conflixi, posteáque gestis, quia necessitas exegit, interfui. Nam cùm hoc, vt dixi bellum grauissimum exortum èst, Romanorum quidem populum domesticus motus habebat: Iudæorum autem, qui ætate validi, & ingenio turbulenti erant, manu simul ac pecunia vigẽtes adeo temporibus insolenter abusi sunt, vt pro tumultus magnitudine, hos possidendarũ ipes, illos amittendarum partium Orientis metus inuaderet. Quoniam Iudęi quidem cunctos etiam, qui trans Euphratem essent, gentiles suos, secum rebellaturos esse crediderant. Romanos autem & finitimi Galli irritabant: nec Germani quiescebant: dissensionúmque plena erant omnia post Neronem: & multi quidem temporum occasione Imperiũ affectabant: lucri autem cupidine exercitus rerũ nouandarũ cupidi erant. Itaque indignum esse duxi, errantẽ in tantis rebus dissimulari veritatem: & Parthos quidem, ac Babylonios, Arabúmque remotissimos & vltra Euphratem gentis nostræ incolas, itémq; Adiabenos, mea diligentia verè cognoscere, vnde cœpisset bellũ, quantísque cladibus cõstituisset, quóve modo desiisset: Græcos verò & Romanorum aliqui, qui militiã secuti non essent, figmentis siue adulationibus captos, illa nescire. At qui historias audent eas inscribere, qui præter hoc (vt mihi quidem videtur) quòd

nihil sani referunt, etiam de proposito decidunt. Nam dum Romanos volunt magnos ostendere, Iudæorum rex extenuant, & in humilitatem deiiciunt. Non autem intelligo, quónam pacto magni esse videantur, qui parua superauerint. Et neque longi temporis eos pudet, quo bellum tractum est: neque multitudinis Romanorum, quam in ea militia labor exercuit: neque ducum magnitudinis: quorum profecto gloria minuitur, si cùm multum pro Hierosolymis defudauerint, rebus per eos prosperè gestis aliquid derogetur. Nec tamen ego contentione Romanas rex extollentium, gentiles meos amplificare decreui: sed facta quidem vtrorumque sine vllo mendacio prosequar: dicta verò de factis reponam, dolori atque affectioni meæ in deflendis patriæ cladibus indulgens. Nam quòd domesticis dissensionibus est euersa, & in templum sacrosanctum inuitas Romanorum manus atque ignem Iudæorum tyranni traxêre, testis est, qui eam vastauit, ipse Cæsar Titus: per omne bellum miseratus quidem populum, quod à seditiosis custodiretur: sæpè autem consultò differri passus ciuitatis excidium, protracto obsidionis spacio, dùmodo belli pœniteret autores. Quod si quis me aduersus tyrannos eorúmque latrocinium accusatoriè loqui putet, vel patriæ miseriis ingementem calumniari præter legem historiæ, dolori veniam tribuat. Ex omnibus enim, quæ Romano Imperio parent, solam nostram ciuitatem cõtigit ad summum felicitatis fastigium euadere, eandémque in extremum miserię deiici. Denique omnium post condita secula res aduersas, si cum Iudæorum calamitatibus conferantur, superatum iri non ambigo. Et horum autor nullus externus est: vnde nec fieri potest, vt à quæstibus temperetur. Siquis autem durior misericordiæ sit iudex, res quidem tribuat historiæ, lamenta verò scriptori: quanquam meritò Græcorum disertos increpauerim, qui tantis rebus sua memoria gestis, quarum comparatione præterita olim bella exigua redduntur, iudices resident aliorum facundiæ detrahentes: quorum & si doctrinam superant, proposito vincuntur. Ipsi verò Assyriorum & Medorum gesta perscribunt, veluti minus rectè à scriptoribus antiquis fuerint exposita: cùm in scribendo tantum eorum viribus cedant, quãtum sententiæ. Erat enim vnicuique studium, quæ vidisset facta, conscribere: quoniam & interfuisset rebus gestis, & efficaciter quod promittebat, impleret: mentiríque apud scientes, inhonestum esse videretur. Enimverò noua quidém neque antè cognita memoriæ tradere, suíque temporis res commendare posteris, laude ac testimonio dignum est. Industrius autem habetur, nonqui alienam dispositionem atque ordinem transfert, sed qui noua dicendo etiam corpus proprium conficit historiæ. Sed ego quidem sumptu ac labore maximo, qui cùm sim alienigena, Græcis simul & Romanis gestarum rerum memoriam repono. Ipsis autem indigenis, ad quæstum quidem ac lites, ora patent, linguæque solutæ sunt, ad historiam verò, in qua verum dicendum est, summáq; ope negotia colligenda sunt, obmutescũt:

τῷ μηδὲν ὑγιὲς δηλοῦν, ἢ τὸ σκοπτὸν δοκοῦσιν ἐμοὶ παραμαρτάνειν. βούλονται γὰρ μεγάλως μοι τοὺς ῥωμαίους ἀποδεικνύειν, καταβάλλουσι δ' ἀεὶ τὰ ἰουδαίων, καὶ ταπεινοῦσιν, οὐχ ὁρῶσι δ' πῶς αὐτοὶ μεγάλοι δοκοῖεν, οἱ μικρῶν νενικηκότες. ἔτι τὸ μῆκος ἀμφισβητῶ τοῦ πολέμου, οὔτε τὸ πλῆθος τῆς καμούσης ῥωμαίων στρατιᾶς, οὔτε τὸ μέγεθος τῶν στρατηγῶν, οἳ πολλὰ μὲν τοῖς ἱεροσολύμοις ἱδρώσαντες, οἵμαι ταπεινουμένου τοῦ κατορθώματος αὐτοῖς ἀδοξοῦσιν. ἐμοὶ μὲν ἐγὼ τοῖς ἐπαίουσι τὸ ῥωμαίων αὐτοφιλονεικῶν, αὔξειν τὰ τῶν ὁμοφύλων δίκαιον, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα μετ' ἀκριβείας, ἑκατέρων διέξειμι, τοῖς δ' ὅπῃ τοῖς πράγμασι λόγους αἁρμόσω τῇ πεπαθέσει, καὶ τοῖς ἐμαυτοῦ πάθεσι δίδους ἐπολοφύρεσθαι ταῖς τῆς πατρίδος συμφοραῖς. ὅτι γὰρ αὐτὴν φασὶν οἰκεῖα καθεῖλε, καὶ τὰς ῥωμαίων χεῖρας ἀκούσας, καὶ τὸ πῦρ, ὅτι τὸν ἅγιον ναὸν ἐλκυσαν οἱ ἰουδαίων τύραννοι, μάρτυς αὐτὸς ὁ πορθήσας τῖτος καῖσαρ ἐν παντὶ τῷ πολέμῳ, τὸν μὲν δῆμον ἐλεήσας ὑπὸ τῆς στασιαστῶν φευγεύμενον, πολλάκις δ' ἐκὼν τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως ὑφυπεθέμενος, καὶ δίδους τῇ πολιορκίᾳ χρόνον, εἰς μετάνοιαν τῶν αἰτίων. εἰ δέ τις ὅσα πρὸς τοὺς τυράννους, ἢ τὸ ληστρικὸν αὐτῶν κατηγορικῶς λέγομεν, ἢ τοῖς ἀτυχήμασι τῆς πατρίδος ὀλοφυρόντες συκοφαντοῖν, δίδοτε συγγνώμην τοῦ τῆς ἱστορίας νόμου συγγνώμῃ τῷ πάθει. πόλιν γὰρ δὴ τῶν ὑπὸ ῥωμαίους πασῶν, τὴν ἡμετέραν, ὅτι πλεῖστον τε δὴ δαιμονίας συνέβη πρωτελθεῖν, καὶ πρὸς ἔσχατον συμφορῶν αὖθις καταπεσεῖν. τὰ γοῦν πάντων ἀπ' αἰῶνος ἀτυχήματα, πρὸς τὰ ἰουδαίων, ἥττους μοι δοκεῖ κατὰ σύγκρισιν, καὶ τούτων ἄπορος, εἰ δὴ τις ἀλλόφυλος, ὡς τἀληθὲς εἰπεῖν, ὁδυρμῶν ὑπερβατεῖν. εἰ δέ τις οἴκτου σκληρότερος εἴη δικαστὴς, τὰ μὲν πράγματα τῇ ἱστορίᾳ προσκείσθω, τὰς δ' ὀλοφύρσεις, τῷ γράφοντι. καίτοι γε ὑπομήσας μ' ἂν αὐτὸς δικαίως τοῖς ἐλλείπουσι λογίοις, οἳ τηλικούτων κατ' αὐτοὺς πραγμάτων γεγυμνασμένων, ἃ κατὰ σύγκρισιν ἐλαχίστοις ἀποδείκνυσι τοῖς πάλαι πολέμοις, τούτων μὲν κάθιστα κεῖται τοῖς φιλοπονωτέροις ἐπιρεάζοντες, ὧν εἰ μὴ τῷ λόγῳ πλεονεκτοῦσι, λείπονται τῇ πράξει. αὐτοὶ γὰρ τὰ ἀσυρίων, ἢ τὰ μήδων συγγράφουσιν, ὥσπερ ἦν καλῶς ὑπὸ τῶν ἀρχαίων συγγραφέων ἀπηγορευμένα, καί τοι τοσούτῳ τῆς ἐκείνων ἥττονται δυνάμεως ἐν τῷ γράφειν, ὅσῳ τῆς γνώμης. τὰ γὰρ καθ' αὑτοὺς ἑαυτῶν ἄζηλον ἕκαστοι γράφειν, ὅπου μὴ τὸ συντυχεῖν τοῖς πράγμασιν, ἐποίει τὴν ἐπαγγελίαν ἐναργῆ, μὴ τὸ φιλεῖσθαι παρ' εἰδόσιν, ἀγαθὸν ἦν. τόγε μὴν μνήμῃ τὰ προϊσορηθέντα δίδοται, καὶ τὰ κατὰ τὸν ἴδιον χρόνον τοῖς μετ' αὐτῶν συνεῖναι, ἐπαίνου καὶ μαρτυρίας ἄξιον. φιλόπονος γὰρ, οὐχ ὁ μεταποιῶν οἰκονομίαν καὶ τάξιν ἀλλοτρίαν, ἀλλ' ὁ μετὰ τοῦ καινὰ λέγειν, καὶ τὸ σῶμα τῆς ἱστορίας κατασκευάζων ἴδιον. καίγε μὴν ἀναλώμασι καὶ πόνοις μεγίστοις ἀλλόφυλος ὢν, ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις τὴν μνήμην τῶν κατορθωμάτων ἀναθήσω. τοῖς γὰρ γνησίοις, πρὸς μὲν τὰ λήμματα, καὶ τὰς δίκας, κέχλικεν διαθέσεως τὸ στόμα, καὶ ἡ γλῶσσα λάλος,

πρὸς γὰρ τὴν ἱστορίαν ἔνθα χρὴ τἀληθῆ λέγειν, καὶ μὴ πολλοῖς πόνοις τὰ πράγματα συλλέγειν, πεφιλωκότα παρέν-

παρέντες τοῖς ἀσθενεστέροις, καὶ μὴ γινώσκουσι τὰς τοιάδε ξεις τῆ ἡμετέραν γεφύρειν. τιμάσθω δὴ παρ' ἡμῖν τὸ τῆς ἱστορίας ἀληθὲς, ἐπεὶ παρ' Ἕλλησιν ἀμελεῖται. ἀρχαιολογεῖν μὲν δὴ τὰ Ἰουδαίων, τίνες τε ὄντες, καὶ ὅπως ἀπανέστησαν Αἰγυπτίων, χώραν τε ὅσην ἐπῆλθον ἀλώμενοι, καὶ πόσα ἔθνη κατέλαβον, καὶ πῶς μετανέστησαν, νῦν ἄκαιρον ὠήθην εἶναι, καὶ ἄλλως περιττὸν, ἐπειδὴ καὶ Ἰουδαίων πολλοὶ πρὸ ἐμοῦ, τὰ τῆ προγόνων συνετάξαντο μετ' ἀκριβείας, καί τινες Ἑλλήνων ἐπεῖνα τῆ πατρίᾳ φωνῆ μεταβάλλοντες, οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον. ὅπου ἢ οἵ τε τούτων συγγραφεῖς ἐπαύσαντο, καὶ οἱ ἡμέτεροι προφῆται, ἐνταῦθεν τὴν ἀρχὴν ποιήσομαι τῆς συντάξεως. τούτων ἢ τὰ μὲν τὸ κατ' ἐμαυτὸν πολέμου διεξοδικώτερον, καὶ μετ' ὀσης αὖ ἐξεργασίας δυνάμην, δίειμι. τὰ δὲ προγενέστερα τῆς ἐμῆς ἡλικίας ὑπαδραμῶν συντόμως. ὡς Ἀντίοχος ὁ κληθεὶς ἐπιφανὴς ἑλὼν κατὰ κράτος Ἱεροσόλυμα, καὶ καταχὼν ἔτεσι ξ΄ισὶ, καὶ μησὶν ἕξ, ὑπὸ τῆ Ἀσαμωναίου παίδων ἐκβάλλεται τῆς χώρας. ἔπειθ' οἱ τούτων ἔγγονοι περὶ τὴν βασιλείας διαστασιάσαντες, εἵλκυσαν εἰς τὰ πράγματα Ῥωμαίους, καὶ Πομπήϊον. καὶ ὡς Ἡρώδης ὁ Ἀντιπάτερ καταλύσει τὴν δυναστείαν αὐτῆ, ἐπαγαγὼν σύστιον. Ὅπως τε ὁ λαὸς, μετὰ τὸν Ἡρώδου τελευτὴν κατεστασίασαν, αὐγούστε μὲν Ῥωμαίων ἡγεμονεύοντος, Κυιντιλλίου δ' Οὐάρου, κατὰ τὴν χώραν ὄντος. καὶ ὡς ἔτει δωδεκάτῳ τ νέρωνος ἀρχῆς ὁ πόλεμος ἀνερράγη, τά τε συμβάντα κ' κίσιον, & ὅσα περὶ τὰς πρώτας ὁρμὰς ἐπῆλθον οἱ Ἰουδαῖοι τοῖς ὅπλοις.

Ὅπως τε τὰς περιοίκους ἐτειχίσαντο, καὶ ὡς νέρων ὑπὲ τοῖς κασίου πταίσμασι δείσας περὶ τὴν ὅλων, ἐστρατήγησεν ἐφ' ἑαυτῷ τὸν πόλεμον. & ὡς οὗτε μετὰ τὸ πρεσβυτέρου τ παίδων εἰς τὴν Ἰουδαίων χώραν ἐνέβαλεν, ὅση τε χερσὶν Ῥωμαίων στρατιᾶ, καὶ ὅσοι σύμμαχοι ἐκόπησαν εἰς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν. & ὡς τὴν πόλεων αὐτοῖς, αἱ μὲν ὁλοχερῶς & κατὰ κράτος, αἱ δ' ἐξ ὁμολογίας ἔλαβεν, ἔνθα δὴ καὶ περὶ τ Ῥωμαίων διαταξίας ἐν πολέμοις, καὶ τὴν ἄσκησιν τῆ στρατιωτῶν, τ τε Γαλιλαίας ἑκατέρας τὰ διαστήματα, καὶ τὴν φύσιν, καὶ τοὺς τ Ἰουδαίας ὅρους, ἔτι τε τ χώρας τὴν ἰδιότητα, λίμνας τε καὶ πηγὰς τὰς ἐν αὐτῇ, καὶ τὰ περὶ ἑκάστην πόλιν τῆ ἁλισκομένων πάθη, μετ' ἀκριβείας ὡς εἶδον ἢ ἔπαθον, δίειμι. ὑφὲ ἓν δὲ τῆ ἐμαυτῦ τὰ συμφορῶν ἀποκρύψομαι, μέλλων γε πρὸς εἰδότας ἐρεῖν.

Ἐπειθ' ὡς ἤδη καμνόντων Ἰουδαίοις τῆ πραγμάτων, θνήσκει μὲν νέρων, διαστασιάσας ὑπὲ ἱεροσολύμων ὡρμημένος, ὑπὸ τῆς ἡγεμονίας ἀπέλκεται. τά τε γλυφόμενα περὶ ταύτης αὐτῆ σημεῖα, καὶ τὰς ὑπὲ Ῥώμης καταβάσεις, καὶ ὡς αὐτὸς ὑπὸ τῆ στρατιωτῆ ἄκων αὐτοκράτωρ ἀποδείκνυται. καὶ ὡς τούτου ἀποχωρήσαντος ὑπὲ διοικήσει τῆ ὅλων εἰς τὴν Αἴγυπτον, ἐς ἀσπάθη τὰ Ἰουδαίων, ὅπως τε ἐπανέστησαν αὐτοῖς οἱ τύραννοι, καὶ τὰς τούτων πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς. καὶ ὡς ἀφ' ἁς ἀπὸ τ Αἰγύπτου πλοῦς, δεύτερον εἰς τὴν χώραν ἐνέβαλεν. ὅπως τε τὰς δυνάμεις, & ὅπου συνήγαγε, καὶ πόσαις & ὅπως ἐν τῆς στάσεως ἡ πόλις διέκειτο παντὸς αὐτῆ, προσβολάς τε ὅσας ἐποιήσατο, & πόσα χώματα, προβόλους τε τῆ τειχῶν, & τὰ

A concessa infirmioribus neque scientibus licentia scribendi res à principibus gestas. Honoratur itaque apud nos historię veritas, quę à Grę-
cis negligitur. Ab origine quidem Iudæos repetere, qui fuerint, quóve pacto ab Ægyptiis discesserint, quásque regiones errando peragrauerint, & quas vel quoties incoluerint, & quemadmodum inde migrauerint, neque huius esse temporis, & prętereà superuacaneũ existimaui: quoniam multi ante me Iudęorum de maioribus huius gentis verissima composuerunt
B & nonnulli Grękorum, quę illi scripserant, patria vòce prosecuti non multum à veritate deuiarunt: ex eo autem historię principium sumam, quo scriptores eorum & prophetę nostri desierunt. Et bellum quidem meis temporibus gestum, latiùs quáque potuero diligentia referam: quę verò ętate mea sunt antiquiora, summatim breuitérque percurram. Quomodo Antiochus cognomento Epiphanes, deuicta penitus Hierosolyma, cùm triennium séxque
C menses eam tenuissel, ab Asamonię filiis expulsus est. Deinde quòd eorum posteri de regno dissentientes, ad res suas occupandas populum Romanum Pompeiúmque traxerunt: quomodóque Herodes Antipatri filius eorum potentię finem fecerit, auxilio Sosij. Tum, quomodo Herode mortuo, plebis in eos orta seditio est, Augusto quidem imperante Romanis, Quintilio autem Varo prouinciam obtinente.
D Quódque bellum anno duodecimo imperij Neronis eruperit: quámque multa per Cestium acciderint: quantáque ad primos impetus armis Iudæi peruaserint: quóque modo accolas permunierint: & quòd Nero propter acceptas Cestij ductu clades summæ rei metuens, Vespasianum bello præposuerit: & quòd is cum maximo filiorum Iudæam intrauerit, quantúmque Romanorum exercitum ducens: quantáque manus auxiliorum per omnem cæsa fuerit Galilæam: & quòd eius ciuitatum quasdam vi ceperit, alias deditione. Vbi etiam Romanorum in bello disciplinam curámque rerum, &
E vtriusque Galilææ spatia, & naturam finésque Iudææ, necnõ & peculiarem terræ qualitatem, lacúsque & fõtes, captarúmque ciuitatum mala, cum fide sicut vidi, aut pertuli, expediam. Nec etiam miserias meas celauerim, cùm scientibus eas relaturus sim. Deinde, quòd iam fessis rebus Iudæorum, Nero quidem mortem obierit: Vespasianus autem in Hierosolymam properans, imperij causa retractus sit: quæque signa de hoc ei contigerint, Romæque mutationes: & quòd inuitus à militibus, Imperator declaratus sit: & quòd eo disponendę reipublicę gratia in Ægyptum digresso, Iudæorum status
F seditionibus agitatus sit: quóque modo tyrannis succubuerint, eorúmque inter se discordias mouerint. Et quòd ex Ægypto Titus reuersus, bis Iudæorum fines ingressus sit: quóque modo exercitum, & quo in loco congregauerit: vel qualiter, & quoties ciuitatem affecerit ipso præsente seditio. Aggressus quoque numerosos & quantos erexerit aggeres: triúmque murorum ambitum & magnitudinem, siue

mensuram, & munitionem ciuitatis: & fani templíque dispositionem: ad hæc arę spacium, mensurámque verissimè dicam: festorum quoque dierum mores aliquos, septémque lustrationes, & munia sacerdotum. Itémque pontificis vestes, sanctáque templi cuiusmodi fuerint, sine aliqua dissimulatione, vel adiectione memorabo. Narrabo deinde tyrannorum in suos gentiles crudelitatem, Romanorúmque in alienigenas humanitatem: quotiésque Titus, ciuitatem simul ac templum seruare cupiens, ad concordiæ fœdera dissidentes pronocauit. Differam verò populi vulnera, & calamitates: quámque multa mala nunc bello, nunc seditionibus, nunc fame perpessi, postea capti sint. Nec verò, aut perfugarum clades, aut captiuorum supplicia prætermittam: vel quemadmodum templum inuito Cæsare conflagrauerit. quámque multæ opes sacræ flamma raptæ sint: ac totius, quæ reliqua erat, ciuitatis excidium: & quæ præcesserant portenta, atque prodigia, vel tyrannorum captiuitatem, vel qui seruitio abducti sunt, multitudinem: aut cui quisque fortunæ sit distributus: & quòd Romani quidem belli reliquias persecuti sunt, deuictorúmque munimina funditus euerunt: Titus verò peragrata regione cuncta restituit. eiusdémque reditum in Italiam, ac triumphum. Hæc omnia septem libris comprehensa, adnixus ne vituperationem à rerum scientibus & qui bello interfuerunt sustineam, studiosis veritatis magis quàm voluptatis perscripsi. Narrandi autem initium faciam hoc ordine, quo capitula sunt digesta.

μέτρα τούτων, τήν τε τῆς πόλεως ὀχυρότητα, καὶ τὸ ἱερὸν, καὶ τὸ ναοῦ τήν διάθεσιν. ἔτι δὲ καὶ τούτων καὶ τὸ θωμοῦ τὰ μέτρα, πάντα μετ' ἀκριβείας. ἐθη τε ἑορτῶν ἐνια, καὶ τὰς ἱερὰ ἀγνείας, καὶ τὰς τῶν ἱερέων λειτουργίας. ἔτι δὲ καὶ τὰς ἐσθῆτας τῶν ἱερέων, καὶ τὸ ἀρχιερέως, καὶ οἷον τὸ τοῦ ναοῦ τὸ ἄγιον, οὐδὲν ἔστιν ὑποκρυπτόμενος, ἔστε τοῖς πεφωραμένοις. ἔπεστι δὲ ἐξεμὶ τήν τε τῶν τυράννων πρὸς τοὺς ὁμοφύλους ὠμότητα, καὶ τὴν ῥωμαίων φειδὼ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ ὁσάκις τῖτος σῶσαι τὴν πόλιν, καὶ τὸν ναὸν ἐπιθυμῶν, ὅτι δεξιὰς τοῖς σασπάζοντας προκαλέσατο ἐφικείνων τὰ πάθη τοῦ δήμου, καὶ τὰ συμφορὰς, ὅσα τε ὑπὸ τοῦ πολέμου, καὶ ὅσα ὑπὸ τῆς στάσεως, καὶ ὅσα ὑπὸ τοῦ λιμοῦ κακωθέντες εἰάλωσαν. παραλείψω δὲ τὰς τῶν αὐτομόλων ἀτυχίας, οὐδὲ τὰς τῶν ἁλισκομένων κολάσεις, ὅπως τε ὁ ναὸς ἄκοντος ἐνεπρήσθη καίσαρος, καὶ ὅσα τῶν ἱερῶν κειμηλίων ἐν τῷ πυρὸς ἁρπαγῇ, τήν τε ὅλης πόλεως ἅλωσιν, τὰ τε τούτοις σημεῖα, καὶ τέρατα, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν τυράννων, τῶν τε αἰχμαλωτισθέντων τὸ πλῆθος, καὶ εἰς οἷ ἕκαστοι τύχῃ διενεμήθησαν. καὶ ὡς ῥωμαῖοι μὲν ἐπεξῆλθον τὰ λείψανα τοῦ πολέμου, καὶ τὰ ἐρύματα τῶν χωρίων κατέσκαψαν. πῶς δὲ πᾶσαν ἐπελθὼν τὴν χώραν κατεστρέψατο, τήν τε ὑποστροφὴν αὐτὸ τὴν εἰς ἰταλίαν, καὶ τὸν θρίαμβον. ταῦτα πάντα συνελαβὼν ἐν ἑπτὰ βιβλίοις, καὶ μηδεμίαν τοῖς ὑπεναντίοις τὰ πράγματα, καὶ συμφορὰν τῶν πολέμῳ καταλιπών, ἢ μέμψεως ἀφορμὴν, ἢ κατηγορίας τοῖς γε τ' ἀληθῆ ἀγαπῶσιν, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἡδονὴν, ἀσύγραφα. ποιήσομαι δὲ ταύτης τὴν ἐξηγήσεως ἀρχὴν, ἐν ᾧ τῶν κεφαλαίων ἐποιησάμην.

CAP. I. De vastatione Hierosolymæ ab Antiocho. *Ant. lib. 12. cap. 6.*

CVm potentes Iudæorum inter se dissiderent eo tempore, quo de tota Syria cum Ptolemæo Sexto Antiochus, qui Epiphanes dictus est, ambigebat (erat autem illis contentio de potentia, quod honoratus quisque grauiter ferret similibus subiugari) Onias quidam è pontificibus postquam præualuit, Tobiæ filios expulit ciuitate. Illi autem supplices ad Antiochum confugerunt, petentes vt ipsis ducibus in Iudæam irrumperet. Idque regi persuasum est, iampridem sic animato. Quare cum magnis militum copiis egressus & ciuitatem fortiter expugnatam capit, & maximam eorum multitudinem, quibus Ptolemæus carior erat, interfecit. Datáque passim militibus prędandi licentia, ipse & templum spoliauit, & quotidianæ religionis assiduitatẽ per annos tres, séxq; menses inhibuit. Pontifex autem Onias effugit ad Ptolemæum: acceptóque ab eo in Heliopolitana præfectura solo, ibi oppidum condidit Hierosolymis simile, templúmq; ædificauit: de quibus iterum opportunè referemus. Veruntamen Antiocho neque præter spem deuicta ciuitas, neque populatio, neque tantę cædes satis fuêre: sed intemperantia vitiorum, eorúmque memoria quæ in obsidione pertulerat, Iudæos cogere cœpit: vt abrogato more patrio, nec infantes suos circumciderent, porcósque

Ant. lib. 13. cap. 4.

Ant. lib. 12. cap. 7.

Κεφάλαιον α'.

Στάσεως τῶν δυνατῶν ἰουδαίων ἐμπεσούσης, καθ' ὃν καιρὸν ἀντίοχος ὁ κληθεὶς ἐπιφανὴς, διεφέρετο πρὸς ὅλης συείας πρὸς πτολεμαῖον τὸν ἔκτον, ἡ φιλοτιμία δ' ἦν αὐτοῖς πρὸς δυναστείας, ἐπάγει τῶν ἐν ἀξιώματι μὴ φέρεντος τοῖς ὁμοίοις ὑποτάσσεσθαι, ὀνίας μὲν εἰς τῶν ἀρχιερέων ὑπερατήσας, ἐξέβαλε τῆς πόλεως τοὺς υἱοὺς τωβία. οἱ δὲ καταφυγόντες πρὸς ἀντίοχον, ἱκέτευσαν αὐτοῖς ἡγεμόσι χρῶμενον, εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐμβαλεῖν. πειθεται δὲ ὁ βασιλεὺς ὡρμημένος πάλαι, καὶ μετὰ πλείστης δυνάμεως αὐτὸ ὁρμήσας, τήν τε πόλιν αἱρεῖ καθέρατος, καὶ πολύ τι πλῆθος τῶν πτολεμαίῳ προσεχόντων αἰρεῖ. ταῖς τε ἁρπαγαῖς αὐτὸ λιν ἐπαφεὶς τοῖς στρατιώταις. αὐτὸς καὶ τ' ναὸν ἐσύλησε, καὶ τὸν σιδλεχισμὸν τῶν καθ' ἡμέραν σναγιασμῶν ἐπαυσεν ἐπ' ἔτη τρία, καὶ μιῶας ἑξ. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ὀνίας πρὸς πτολεμαῖον διαφυγὼν, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβὼν τόπον ἐν τῷ ἡλιοπολίτῃ νόμῳ, πολίχνιόν τε τοῖς ἱεροσολύμοις ἀπεικασμένον, καὶ ναὸν ἔκτισεν ὅμοιον, πλὴν οὐ πάνυ καὶ χώραν δηλώσομεν. ἀντίοχος μὲν, ὅτε τὸ παρ' ἐλπίδα κρατῆσαι τῆς πόλεως, καὶ τὰ ἁρπαγὰ, καὶ ὁ τοσοῦτος φόνος ἤρκεσεν. ὑπὸ δὲ ἀκρασίας παθῶν, καὶ κατὰ μῆνιν ὧν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἐπαθεν, ἠνάγκαζεν ἰουδαίους καταλύσαντας τὰ πάτρια, βρέφη τε αὐτῶν φυλάττειν ἀπερίτμητα, καὶ σὺς ὑπὸ-

θηθύειν τῷ θωμῷ. πρὸς ἅ πάντες μὲν ἠπείθουν, A
ἐσφάττοντο ἢ οἱ δοκιμώτατοι. καὶ βακχίδης ὁ
πεμφθεὶς ὑπ' ἀντιόχου φεύσαρχος τῇ φυσικῇ πρὸς-
λαβὼν ὠμότητι τὰ ἀσεβῆ πρόσταγμάτα πρὸς ἀνο-
μίας ἐξέμιαε παρέλιπεν ὑπερβολὴν, καὶ κατ' ἄν-
δρα τοὺς ἀξιολόγους ἀνιζόμενος, καὶ κοινῇ καθ' ἡ-
μέραν ἐπιδεικνύμενος ὄψιν ἀλώσεως τῇ πόλει μίσει
τοῖς ὑπερβολαῖς τῆς ἀδικημάτων τοὺς πάσχοντας εἰς B
ἀμυνὴν τόλμαν ἠρέθισε. ματθίας γοῦν ὁ ἀ-
σαμωναίου τῆς ἱερέων εἷς, ἀπὸ κώμης μωδεὶν ὄνο-
μα, συναγαγόμενος μετὰ χειρὸς οἰκείας, πέντε γὰρ
υἱοὺς ἦσαν αὐτῷ, κοπίσιν ἀναιρεῖ τὸν βακχίδην.
καὶ πρόσχημα μὲν θεῖσας τὸ πλῆθος τῆς φευ-
γόντων εἰς τὰ ὄρη καταφεύγει. προσχωρούντων δ' ἀπὸ
τοῦ δήμου πολλῶν αὐτῷ, ἀναθαρρήσας, κάτεισι,
καὶ συμβαλὼν μάχῃ, νικᾷ τοὺς ἀντιόχου στρατηγοὺς,
καὶ τῆς ἰουδαίας ἐξελαύνει. παρελθὼν δ' ἀπὸ τῆς C
φιλοφρονίας εἰς δυναστείαν, καὶ θέμενος τὰ ἀπαλλα-
γὰ τῆς ἀλλοφύλων ἀρχῆς τῆς σφετέρων ἐκόντων,
τελευτᾷ ἰούδᾳ τῷ πρεσβυτάτῳ τῆς παίδων κα-
ταλιπὼν τὰ ἀρχεῖα. ὁ δ', ἐπεὶ γὰρ ἠρεμίσειν ἀν-
τίοχον ὑπελάμβανε, τάς τ' ἐπιχωρίους συνεκρότει
δυνάμεις, καὶ πρὸς ῥωμαίους πρῶτος ἐποιήσατο φι-
λίαν, καὶ τὸν ἐπιφανῆ πάλιν εἰς τὰ χώρα εἰσβα-
λόντα, μετὰ καρτερᾶς πληγῆς ἀνέσειλεν. ἀπὸ δ' D
θερμοῦ τε κατορθώματος, ὥρμησεν ὅπως τὰ ἐν τῇ
πόλει φρουρὰν, ὅπως γὰρ ἐκκόπτοι, καὶ σκάλαν
ἀπὸ τῆς ἄνω πόλεως, συνῳθεῖ τοὺς στρατιώτας εἰς
τὰ κάτω. τοῦτο δ' τῆς ἄκρας τὸ μέρος, ἄκρα κέ-
κληται. κυκλώσας δ' τὸ ἱερὸν, τόν τε χῶρον
ἐκάθηρε πάντα, καὶ περιετείχισε, καὶ τὰ πρὸς
τὰς λειτουργίας σκεύη καινὰ κατασκευάσας, εἰς
τὸν ναὸν εἰσήνεγκεν, ὡς τῶν πρότερον μεμιασμέ-
νων, βωμόν τε ᾠκοδόμησεν ἕτερον, καὶ τῆς ἐνα-
γισμοῦ ἤρξατο. λαμβανούσης δ' ἄρτι τὸ ἱερὸν κα- E
τάστημα τῆς πόλεως τελευτᾷ μὲν ἀντίοχος. κλη-
ρονόμος δ' τῆς βασιλείας υἱὸς, καὶ τῆς πρὸς ἰου-
δαίους ἀπειθείας, ὁ υἱὸς ἀντίοχος γίνεται. συνα-
γαγὼν οὖν πεζῶν μυριάδας πέντε, ἱππέας δ' εἰς
πεντακισχιλίους, ἐλέφαντας δ' ὀγδοήκοντα, ἐμβάλλει
διὰ τῆς ἰουδαίας εἰς τὰ ὀρεινά. βηθσουρὰν μὲν
οὖν πολίχνιον αἱρεῖ, κατὰ δ' τὸν τόπον ὃς καλεῖ- F
ται βεθζαχαρίας, στενῆς οὔσης τῆς παρόδου ἰού-
δας ὑπλίτας μετὰ τῆς δυνάμεως. πρὶν δ' συνά-
ψαι τὰς φάλαγγας, ἐλεάζαρος ὁ ἀδελφὸς αὐτῷ,
περιδὼν τὸν ὑψηλότατον τῶν ἐλεφάντων, πύργῳ
τε μεγάλῳ, καὶ βαρυχρύσοις περιτειχίσμασι κε-
κοσμημένον, ὑπολαβὼν ἐπ' αὐτὸν τὸν ἀντίοχον εἶ-
ναι, τῆς τε ἰδίων ἐπέχει πολὺ, καὶ διακόψας τὸ στίφος
τῆς πολεμίων, διὰ τὸν ἐλέφαντα διλιώσεν. ἐφικέ- G
σθαι μὲν οὖν τοῦ δοκουῦτος εἶναι βασιλέως, οὐκ
ὀλίγος τε ἦν τοῦ ὕψους. ὁ δ' τὸ θηρίον ὑπὸ τῶν
γαστέρα πλήξας, διπκατέσκεψεν ἑαυτὸν, καὶ συμπε-
πτωκὼς ἐτελεύτησε, μηδὲν πλέον δράσας τοῦ μεγά-
λοις ἐπιβαλέσθαι, θέμενος ἀκλείας ἐν δευτέρῳ τὸ
ζῆν. ὁ γε μὲν κυβερνῶν τὸν ἐλέφαντα, ἰδιώτης ἦν, κἂν εἰ συνέβη ἦν εἶναι τὸν ἀντίοχον, οὐδὲν πλέον ἔλυσεν
ἂν ὁ τολμήσας, τοῦ δοκεῖν ἐπ' ἐλπίδι μόνῃ λαμπροῦ κατορθώματος, ἐλέσθαι τὸν θάνατον. γίνεται δ'
καὶ πληθὼν τοιαύτη τῆς ὅλης παρατάξεως. καρτερῶς μὲν γὰρ ἰουδαῖοι καὶ μέχρι πολλοῦ διηγωνίσαντο,

super aram immolarent. quibus omnes quidem aduersabantur, optimus verò quisque propterea trucidabatur. Et Bacchides præsidiis ab Antiocho præpositus, ad naturalem crudelitatem suam præceptis impiis obtecundans, omnimodam iniquitatem excessit, cùm & singulatim viros honorabiles verberaret, & communiter quotidie speciem captæ vrbis exhiberet: donec eos atrocitate incommodorum, qui ea patiebantur, ad vindictæ audaciam irritauit. Denique Matthias Asamonæi filius, vnus ex sacerdotibus, ex vico cui nomen Modin est, cum manu domestica (nam quinque filios habebat) sicis armatus Bacchidem occidit: & statim quidem præsidiorum multitudinem veritus, in montes refugit. Multis verò ex populo sibi sociatis, recepta fiducia descendit: commissóque prælio, superatos duces Antiochi ex Iudææ finibus exegit. Secundis autem rebus potentiam nactus, suisque volentibus, quod ab alienigenis eos liberasset, imperans, moritur relicto Iudæ principatu, qui filiorum suorum natu maximus erat. Ille autem (nec enim cessaturum existimabat Antiochum) & indigenarum conflauit exercitum, & cum Romanis primus amicitiam pepigit: Antiochumque Epiphanem itetum in fines suos ingredientem vehementissima percussum plaga repressit. Adhuc autem feruente victoria, in præsidia ciuitatis impetum fecit: necdum enim cæsa fuerant: habitóque conflictu, milites de superiori ciuitate, quæ pars sacra dicitur, ad inferiorem compellit. Fano autem potitus, & locum purgauit omnem, muróque cinxit: & vasa noua diuinis rebus curandis fabricata, in templum intulit, veluti prioribus profanatis: arámque aliam ædificauit, & religionibus dedit initium. Sacro autem ritu vix ciuitati reddito, moritur Antiochus: Regni autem eius, & in Iudæos odij filius Antiochus hæres existit. quare coactis peditum millibus L. equitum autem propè v. millibus, LXXX. verò elephantis, montana Iudææ per partes aggreditur, & Bethsuram quidem oppidum capit. in loco verò cui Bethzachariæ nomen est, qua transitus erat angustior, Iudas cum suis copiis occurrit. & priùs quàm congrederentur agmina, Eleazarus frater eius, prospecto præter alios excelso elephante, turríque maxima & munimentis aureis ornato, illic Antiochum esse ratus à suis procul excurrit, ruptáque hostili acie ad elephantum vsque peruenit. sed illum quidem quem regem esse opinabatur, contingere, quòd multum superemineret, minimè potuit. beluam verò in aluo percussam super se deiecit, & obtritus interiit: nulla alia re gesta nisi quòd magnum opus aggressus, vitam gloriæ posthabuit. qui tamen regebat elephantum priuatus erat, & si casu in eo fuisset Antiochus, nihil plus Eleazaro præstitisset audacia, quàm vt sola spe præclari facinoris mortem videretur optasse. hoc autem fratri eius totius prælij præsagium fuit. nam fortiter quidem Iudæi diúque decertarunt:

Ant. lib. 12. cap. 7. 8.

Ant. lib. 12. cap. 14. 15.

sed à regiis secunda fortuna vsis, numeróque præstantibus superati sunt: multísque interfectis Iudas cum cæteris in Gophniticam toparchiam refugit. Antiochus autem ad Hierosolymam profectus, ibíque dies paucos commoratus, penuria vtensilium abstitit: relicto quidem ibi præsidio, quantum satis esse arbitrabatur: cætera verò multitudine ad hyemandum deducta in Syriam. discessu autem regis Iudas non quiescebat, sed accessione multorum suæ gentis animatus, aggregatis etiam quos ex prælio receperat, apud vicum Adasa cum Antiochi ducibus congreditur: factísque fortibus in prælio cognitus, multis hostibus interfectis occubuit. & in diebus paucis frater eius Ioannes occiditur, insidiis eorum captus, qui cum Antiocho sentiebant.

Ant. lib. 12. cap. 18.

πλήθει ὑπερέχοντες οἱ βασιλικοὶ, καὶ δεξιᾷ χρησάμενοι τύχῃ, κρατοῦσι. καὶ πολλῶν ἀναιρεθέντων τοῖς λοιποῖς ἔχων ἰούδας, εἰς τὴν γοφνιτικὴν ἐπαρχίαν φεύγει. ἀντίοχος δὲ παρελθὼν εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ καθίσας ὀλίγας ἡμέρας ἐν αὐτῇ, κατὰ σπάνιν τῶν ἐπιτηδείων ἀπανίσταται, καταλιπὼν μὲν φρουρὰν, ὅσην ὑποχρήσειν ὑπελάμβανε, τὴν δὲ λοιπὴν δύναμιν ἀπαγαγὼν, χειμερεύουσαν εἰς τὴν συρίαν.

CAP. II. De successionib. principum à Ionatha vsq; ad Aristobulum.

CVm autem successisset ei frater Ionathas, & in aliis quæ ad indigenas pertinerent, cautiùs se ageret, suámque potentiam Romanorum amicitia corroboraret, Antiochi quidem filio reconciliatur. non tamen horum ei quicquam profuit ad depellendum periculum. Namque Tryphon tyrannus, Antiochi quidem filij tutor, sed insidiis eum captans, & præter hoc amicis nudare cupiens, Ionathan cùm ad Antiochum paucis comitatus Ptolemaida venisset, dolo comprehendit. eóque vincto contra Iudæam mouit exercitum. vnde repulsus à Simone Ionathæ fratre, quódque ab eo superatus esset, iratus eundem Ionathan interfecit. Simon autem fortiter gerendis rebus intentus, Zara quidem & Ioppen, & Iamniam capit. Euertit autem & Accaron tubactis præsidiis: aduersúsque Tryphonem Antiocho auxilium præbuit, qui Doram ante expeditionem quam in Medos fecit obsidebat. Sed regis auiditatem satiare non potuit, quamuis neci Tryphonis suam quoq; operam adhibuisset. Non multo enim pòst Antiochus Cendebeum ex ducibus suis ad vastandam Iudæam opprimendúmque seruitio Simonem cum exercitu misit. Ille autem, quanquam senior erat, bellum tamen iuueniliter administrabat: & filios quidem suos cum validissimis præmisit, parte verò multitudinis comitatus alio latere aggreditur: multísque per multa loca insidiis etiam in montana dispositis, in omnibus superat, clarissimáque potitus victoria, pontifex declaratur: & ducentos septuaginta post annos Iudæos liberat à dominatione Macedonum. Sed & ipse periit in conuiuio, captus insidiis Ptolemæi generi sui: qui eius coniuge, duobúsque filiis in custodiam conclusis, certos misit, vt Ioannem tertium, cui etiam Hyrcanus nomen fuit, interficerent. Cognito autem impetu, qui parabatur, adolescens ad ciuitatem properabat, multo populo fretus, & propter memoriam paternæ virtutis, & quòd iniquitas Ptolemæi cunctis esset inuisa. voluit autem Ptolemæus etiam alia porta ingredi ciuitatem, sed à populo reiectus est, qui maturiùs Hyrcanũ susceperat.

Ant. lib. 13. cap. 1.

Ant. lib. 13. cap. 9.

Ant. lib. 13. cap. 12.

ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἰωάννης ὑπιβουλευθεὶς ὑπὸ τῶν τὰ ἀντίοχου φρονούντων.

Κεφάλαιον β'.

Διαδεξάμενος δὲ τοῦτον ὁ ἀδελφὸς ἰωνάθης, τά τε ἄλλα πρὸς τοὺς ὑπηκόους, καὶ δορυφορικῆς ἧττον ἑαυτὸν, καὶ τῇ πρὸς ῥωμαίους φιλίᾳ τὴν ἀρχὴν ἐκρατύνατο. πρός τε τὸν ἀντίοχου παῖδα διαλλαγὰς ἐποιήσατο. ὁ μὲν τὴν Συρίαν ἦρκεσεν αὐτῷ πρὸς ἀσφάλειαν. ζύφων δὲ ὁ τύραννος ὑπήκοος μὲν ὢν τοῦ ἀντίοχου παιδὸς, ὑπεβουλεύετο δ' αὐτῷ πρόφασιν ὑποσκευάζεσθαι τοὺς φίλους αὐτοῦ πειρώμενος, ἥκοντα τὸν ἰωνάθην σὺν ὀλίγοις εἰς πτολεμαΐδα πρὸς ἀντίοχον, δόλῳ συλλαμβάνει, καὶ δήσας, ὅτι ἰουδαίαν στρατεύει. εἶτ' ἀπελαθεὶς ὑπὸ τοῦ σίμωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς τοῦ ἰωνάθου, καὶ πρὸς τὴν ἥτταν ὠργισμένος, κτείνει τὸν ἰωνάθην. σίμων δὲ γηραιὸς ἀφηρημένος τὴν πρεσβύτατον, αἱρεῖ μὲν ζαρά τε καὶ ἰόππην, καὶ ἰάμνιαν τὴν πρόσοικον, κατέσκαψε δὲ καὶ τὴν ἄκραν τὴν φρουρῶν κρατήσας. αὖθις δὲ γίνεται καὶ ἀντίοχῳ σύμμαχος κατὰ ζύφωνος, ὃν ἐν δίκῃ πρὸ τῆς ὑπὲρ μήδους στρατιᾶς, ἐπιλύρκει. ἀλλ' ἐν εὐσυσκόπῳ τὴν τοῦ βασιλέως πλεονεξίαν συνεξελὼν ζύφωνα. μετὰ δὲ πολὺ γὰρ ἀντίοχος κενδεβαῖον τὸν αὐτοῦ στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως δηϊώσαντα τὴν ἰουδαίαν ἀπέπεμψε, καὶ καταδουλωσόμενον σίμωνα. ὁ δὲ καὶ τοῖς γήρᾳ ὢν, νεανικώτερον ἀφηνίασε τοῦ πολέμου, τοὺς μὲν τοῦ υἱεῖς ἐπ' αὐτὸν μὴ τὴν ἐρρωμένεστάτην ἐκπέμπει, αὐτὸς δὲ μοῖραν τῆς δυνάμεως ἀναλαβὼν, ἐπῆει κατ' ἄλλο μέρος. πολλοὺς δὲ πολλαχοῦ καὶ τοῖς ὄρεσι περιλοχίσας, πάσας κρατεῖ ταῖς ὑπιβουλαῖς. καὶ νικήσας λαμπρῶς, ἀρχιερεὺς ἀποδείκνυται, καὶ τὴν μακεδόνων ὑπηκοΐαν, μὴ ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, ἰουδαίους ἀπαλλάττει. θνήσκει δὲ καὶ αὐτὸς ὑπιβουλευθεὶς ἐν συμποσίῳ ὑπὸ πτολεμαίου τοῦ ἀμβεβοῦ, ὃς αὐτοῦ τὴν τε γυναῖκα, καὶ τοὺς δύο παῖδας ἐγκαθείρξας, ὑπὲ τὸν τρίτον ἰωάννην, ὃς καὶ ὑρκανὸς ἐκαλεῖτο, τοὺς ἀναιρήσοντας ἔπεμψε. θορυβουμένοις δὲ τὴν ἔφοδον ὁ νεανίσκος ὑποδυόμενος εἰς τὴν πόλιν ἐπείσατο, πλεῖον τοῦ λαοῦ πεποιθὼς, κατά τε μνήμην τῶν πατρώων κατορθωμάτων, καὶ μῖσος τῆς πτολεμαίου παρανομίας. ὥρμησε δὲ καὶ πτολεμαῖος εἰσελθεῖν καθ' ἑτέραν πύλην, ἐξεκρούσθη γε μὴν ὑπὸ τοῦ δήμου ταχέως διεσκεδασμένων ἤδη τῶν ὑρκανόν.

καὶ ὁ μὲν, ὡς ἔδαξε τὴμα ἀνεχώρησεν, ὅπῃ τι τῆς
ὑπὲρ Ἱερειχοῦντος ἐρυμάτων, ὃ Δαγὼν καλεῖται.
κομισάμενος ἢ τὴν πατρῴαν ἀρχιερωσύνην ὑπανε-
νὸς, καὶ θύσας τῷ θεῷ, μετὰ ταχέως ὅπῃ πολε-
μαῖον ὥρμησε τιμωρήσων τῇ μητρὶ καὶ τοῖς ἀδελ-
φοῖς. προσβαλὼν ἢ τῷ φρουρίῳ, τὰ μὲν ἄλλα
κρείττων ἦν, ἡττᾶτο ἢ δικαίου πάθους. ὁ γὰρ πο-
λεμαῖος ὁπότε καταπονοῖτο τὴν τε μητέρα καὶ τοὺς ἀ-
δελφοὺς ἐπὶ προπαλῶν ὅπῃ τοῦ τείχους εἰς δύσ-
νοπτον ἠνίζετο, καὶ δυσκρήμνιεῖν εἰ μὴ θᾶττον
ἀπανασαίη ἀπεπείλει. πρὸς δὲ τὸν μὲν ὑρκανὸν
ὀργῆς πλείων οἶκτος εἰσήει, καὶ δέος. ἡ ἢ μήτηρ, ὑ-
δὲν ἔτε πρὸς τὰς αἰκίας, ἔτε πρὸς τὸν ἀπειλου-
μένον αὐτῇ θάνατον ἐνδιδοῦσα, χεῖρας ὤρεγε, καὶ
κατικτυπόλει τὸν παῖδα, μὴ πρὸς τὸν αὐτῆς ὕβριν
ὀπικλαθέντα, φείσασθαι τοῦ δυσεβοῦς, ὡς αὐ-
τῇ γε κρείττονα τὸν ἐκ πολεμαίου θάνατον ἀθανα-
σίας ἕξ, διδόντος δίκας ἐφ' οἷς εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς
παρηνόμησεν. ὁ ἢ ἰωάννης, ὁπότε μὲν ἐνθυμηθείη
τὸ πρόσταγμα τῆς μητρὸς, καὶ καθακούσειε τῆς ἱκε-
σίας, ὥρμητο προσβάλλειν. ἐπειδὰν ἢ κατίδοι
τυπτομένην τε καὶ ἀπαρατρεπομένην, ἐθηλύνετο, καὶ τοῦ
πάθους ὅλος ἦν. τριβομένης δὲ δὴ ταῦτα τὴν πο-
λιορκίας, ἐπέστη τὸ ἀργὸν ἔτος, ὃ κατὰ ἑπταετίαν ἀρ-
γεῖται πρὸ ἑβδομάσιν ὁμοίως ταῖς ἑβδομάσιν ἡμέ-
ραις. καὶν τούτῳ πολεμαῖος ἀνέθεις τῆς πολιορκίας
ἀναιρεῖ τοὺς ἀδελφοὺς ἰωάννην σὺν τῇ μητρὶ, καὶ φεύ-
γει πρὸς ζηνώνα τὸν ὀπικληθέντα κοτυλᾶν, φιλα-
δελφείας δὴ ἦν τύραννος. ἀντίοχος ἢ κατ' ὀργὴν
ὧν τοῦ σίμωνος ἔπαθε, στρατεύσας εἰς τὴν ἰουδαίαν,
ἐπολιόρκει τὸν ὑρκανὸν προσκαθεζόμενος τοῖς ἱεροσο-
λύμοις. ὁ ἢ τὸν δαυΐδου τάφον ἀνοίξας, ὃς δὴ πλου-
σιώτατος βασιλέων ἐγένετο, καὶ ἀνελόμενος ἐκ τρι-
χίλια τάλαντα χρημάτων, τόν τε ἀντίοχον ἀπανί-
σησι τῆς πολιορκίας πείσας τριακοσίοις τάλαντοις,
καὶ δὴ καὶ ξενοτροφεῖν πρῶτος ἰουδαίων ἐκ τῆς περιου-
σίας ἤρξατο. αὖθις γε μὴν ὡς ἀντίοχος ὅπῃ μήδους
στρατεύσας, καιρὸν ἀμυύνης αὐτῷ παρεῖχεν, αὐθέως
ὥρμησεν ὅπῃ τὰς ἐν συρίᾳ πόλεις κενὰς, ὅπερ δὴ,
ὑπολαμβάνων διῤῥήσειν τὴν μαχιμωτέρων. μεθέ-
βλεν μὲν οὖν καὶ σαμαίαν ἅμα τοῖς πλησίον, ἐπὶ ἢ
στόμα ἔχαιζιν, αὐτὸς αἱρεῖ, πρὸς οἷς τὸ χου-
θαῖον ἔθνος οἰκῆσαι τὸ εἰκαθὲν τῷ ἐν ἱεροσο-
λύμοις ἱερῷ. αἱρεῖ ἢ καὶ τῆς ἰουδαίας ἄλλας τε καὶ ὀ-
λίγας, καὶ δωρεὰν ἔμείσατο. προελθὼν ἔ
μήκει σαμαρείας, ἔνθα νῦν ἐστι σεβαστὴ πόλις
ὑφ' ἡρώδου κτισθεῖσα τοῦ βασιλέως, καὶ πάντοθεν
αὐτὴν ἀποτειχίσας, τοῖς ἱεῖς ἐπέστησε τῇ πο-
λιορκίᾳ, ἀριστόβουλον ἔ ἀντίγονον. ὧν οὐδὲν
ἀνιέντων, λιμοῦ μὲν εἰς ποσοῦτον προῆλθον αἱ κατὰ
τὴν πόλιν, ὡς ἅψασθαι καὶ τῶν ἀνθρώπων. ἐ-
πικαλοῦντο ἢ βοηθὸν, ἀντίοχον τ' ὀπικληθέντα ἀσε-
βέστιον. καὶ ἐκεῖνος ἑτοίμως ὑπακούσας, ὑπὸ τῶν πρὸ
ἀριστόβουλον ἡττᾶται. καὶ ὁ μὲν, μέχρι σκυθοπόλεως
διωχθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, ἐκφεύγει. οἱ δὲ ὅπῃ
τὴν σαμαρείας ὑποστρέψαντες, τά, τε πλήθος πόλιν εἰς τὸ
τεῖχος συγκλείουσι, καὶ τὴν πόλιν ἑλόντες, αὐτήν
τε καθανάπτουσι, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐξανδρα-

& is quidem ſtatim receſſit in quoddam vltra
Hierichunta caſtellum, quod Dagon vocatur.
Hyrcanus autem paternum honorem pontifi-
cis aſſecutus, poſtquam Deo ſacrificia reddi-
dit, velociter Ptolemæum petit & matri ſimul
& fratribus adiumento futurus: caſtellúmque
aggreſſus, aliis quidem rebus ſuperior erat,
iuſto autem dolori cedebat. Ptolemæus enim
quoties premeretur, matrem eius fratréſque
in murum productos, palàm vt poſſent con-
ſpici, verberabat: eoſdémque præcipitandos,
niſi quàm primùm recederet, minabatur. Vn-
de Hyrcanum quidem plus timor ac miſericor-
dia, quàm iracundia commouebat. Mater ve-
rò eius nihil plagis, aut intentata nece perter-
rita, manus protendens, filium precabatur,
ne vel ſuis fractus iniuriis, parceret impio:
ſiquidem ipſa ſibi mortem à Ptolemæo pro-
poſitam immortalitate duceret meliorem,
dummodo ille pœnas eorum, quæ in domum
ſuam contra fas admiſiſſet, expenderet. Ioan-
nes autem nunc obſtinationem matris co-
gitans, ac preces eius audiens, ad irruendum
impellebatur: modò verberari eam lacerarí-
que conſpiciens, effœminabatur: totúsque
plenus doloris erat. Ob hæc autem diu tracta
obſidione, feriatus annus aduenit: quem ſe-
ptimo quoque circuitu redeuntem, apud Iu-
dæos ceſſare moris eſt, exemplo ſeptimorum
dierum. Et in hoc Ptolemæus obſidionis re-
quiem nactus, fratribus Ioannis vnà cum ma-
tre occiſis, ad Zenonem confugit, qui Co-
tylas cognominatus eſt, Philadelphiæ tyran-
num. Antiochus autem ob ea, quæ per Simo-
nem paſſus fuerat, iratus in Iudæam ducit e-
xercitum: ibíque aſſidens Hieroſolymis, Hyr-
canum obſidebat. Ille autem patefacto ſepul-
chro Dauid, qui regum ditiſſimus fuerat, ab-
latíſque inde pecuniæ plus quàm tribus mil-
libus talentorum, & Antiocho perſuaſit, datis
ei trecentis talentis ab obſidione diſcedere, pri-
múſque Iudæorũ priuatis opibus alere peregri-
na cœpit auxilia. Rurſúſque tamen quando An-
tiochus contra Medos bello ſuſcepto tempus
ei vindictæ præbuit, confeſtim aduerſus ciui-
tates Syriæ perrexit, vacuas propugnatoribus
eſſe ratus: quod & verum fuit. Medabam qui-
dem & Samæam cum proximis, nechon &
Sichimam, & Garizim ipſe cepit, & ſuper
his Chuthæorum gentem, adiacentia fano lo-
ca incolentium, ad exemplum eius, quod eſt
Hieroſolymis, ædificato. Cœpit autem & I-
dumææ non paucas alias ciuitates, & præ-
terea Dorcon, & Mariſa. In Samariam verò
vſque progreſſus, vbi nunc eſt Sebaſte ciui-
tas ab Herode rege condita, ex omni eam
parte concludit: filióſque ſuos Ariſtobulum
& Antigonum obſidioni præfecit. Quibus ni-
hil remittentibus, ad hoc famis penuria, qui
erant intra ciuitatem venerunt, vt etiam inſuo-
tam carnem cogerétur attingere. Igitur An-
tiochum adiutorem ſibi aduocant, Spondium
cognominatum. qui cùm prompta eis volun-
tate paruiſſet, ab Ariſtobulo & Antigono ſu-
peratur, & ille quidem ad Scythopolim vſque
perſequentibus eum, memoratis fratribus ef-
fugit: hi verò in Samariam reuerſi, & multitu-
dinem iterum intra murum concludunt, & expu-
gnata ciuitate ipſam diruũt: & habitatores eius

Am. lib. 13. cap. 15.

Am. lib. 13. cap. 16. 17.

captos abducunt. Prosperè autem gestis ita cedentibus, alacritatem refrigescere non sinebant: sed cum exercitu Scythopolim vsque progressi, & ipsam peruaserunt, & agros intra Carmelum omnes, inter se partiti sunt.

CAP. III. De Aristobulo. Antigono, Iuda Essæo, Alexandro, Theodoro, & Demetrio.

SEcundarum autem rerum Ioannis & filiorum eius inuidia seditionem gentilium cõcitauit, multisque aduersus eos collecti non quiescebant, donec aperto bello deuicti sunt. reliquum verò tempus Ioannes cùm fortunatissimè viueret, & optimè rebus per annos xxx. & tres administratis, & quinq; filiis relictis moritur: vir planè beatissimus, & qui nullã dedisset occasionem, cur eius causa de fortuna quispiam quereretur. Denique tria vel maximè præcipua solus habebat. nã & gẽtis princeps, & põtifex erat, & præterea propheta: cum quo Deus ita colloquebatur, vt futurorum nihil penitus ignoraret. quinetiam de duobus maioribus filiis suis, quòd rerum domini permansuri non essent, præuidit atque prædixit. quorum vitæ quis fuerit exitus, narrare non indignum videtur, quantúmque à paterna felicitate diuerterint. Patre nanque mortuo maior Aristobulus translato in regnum principatu, diadema sibi primus imposuit: quadringentis & octoginta vno annis ac tribus mensibus, postquam populus in eam terram deuenit seruitio quod apud Babylonios sustinuit liberatus. Fratrem verò à se secundum Antigonum (nanque illum diligere videbatur) in honore pari producebat: alios autem vinctos custodiæ tradidit. Matrémque itidem colligauit, ausam aliquid de potestate contendere. nanque hanc rerum dominam Ioannes reliquerat. Eóque crudelitatis processit, vt vinctam fame necaret. Horum autem facinorum pœnas Antigoni fratris morte persoluit, quem plurimum amabat, quémque regni participem habebat. nam & hunc interemit, adductus criminationibus per maleuolos regni compositis. Itaque primo quidem Aristobulus dictis fidem non habebat, qui & fratrem magnipenderet, & pleraque liuore fingi arbitraretur. Sed cùm Antigonus ex militia clarus rediisset, festis diebus, quos tabernaculis positis Deo celebrare mos patrius exigebat, euenit eodem tempore vt aduersa valetudo Aristobulum corriperet. Antigonus verò circa festorum solenniorum finem armatis comitatus templum ad orãdum quàm maximè petiuit, plúsque in honoré fratris assẽdit ornatus. Túmque delatores nequissimi regem adeũtes, & armorum pompam, & Antigoni arrogãtiam priuata fortuna maiorem esse criminabãtur: quódque maxima caterua stipatus, vt illum interficeret eò venisset: necenim perpeti honorem solum ex regno habere, cui regnum ipsum liceat obtinere. His paulatim, quamuis inuitus tamen credidit Aristobulus, ac ne vel suspicari quicquam videretur, prospiciens, & vt incerta præcaueret, suos quidem satellites in quendam subterraneum & tenebrosum locum transire iubet. Ipse autem iacebat in castello, Bari antè,

Ant. lib. 13. cap. 18.

Κεφάλαιον γ'.

Πρὸς ἢ τὰς δυσφορίας αὐτός τε ἰωάννης, καὶ τῶν ἀδελφῶν, φθόνος ἐγείρει ςάσιν τῶν ἐπιχωρίων, καὶ πολλοὶ κατ' αὐτῶν συνελθόντες, εἰς πρέμουν, μέχρι καὶ πρὸς φανερὸν πόλεμον ἐκπεσόντες, ἡττηται. τὸ λοιπὸν δ' ὑπήκοος ὢν ὑδαμονίᾳ ἰωάννης, καὶ κρατῶν τὸν ἀρχιερωσύνης, ἐν ἔτεσιν ὅλοις ἑξήκοντα ἔτεσιν, ὧν πέντε μέσι τελευτᾷ, μακαριςότατος ὄντως καὶ κατὰ μηδὲν ἐάσας ἐφ' ἑαυτῷ μεμφθῆναι τὸν τύχην. ἕξ γοῦν τὰ κράτιςα δύο τὰ μόνος εἶχε, τόν τε ἀρχιερωσύνην, τό τε ἔθνους, καὶ ἀρχιερωσύνης, καὶ προφητείαν. ὡμίλει γὰρ αὐτῷ τὸ δαιμόνιον, ὡς μηδὲν τῶν μελλόντων ἀγνοεῖν. ὅς γε καὶ περὶ δύο τῶν πρεσβυτάτων υἱῶν, ὅτι μὴ δεξαμβήσει κύριοι τῶν πραγμάτων, προεῖδέ τε καὶ προεφήτευσεν, ὧν τὸν καταςροφὴν ἄξιον ἀφηγήσασθαι, παρόσον τῆς παρούσης δυδαμονίας ἀπέκλιναν. μετὰ γὰρ τὸν τοῦ πατρὸς τελευτήν, ὁ πρεσβύτερος αὐτῶν ἀριςόβουλος τὸν ἀρχὴν εἰς βασιλείαν μεταθεὶς, προσέθετο μὲν διάδημα πρῶτος, μετὰ τετρακοσιοςὸν καὶ ἑβδομηκοςὸν πρῶτον ἔτος, ἀφ' οὗ μιᾶς ἕξεις, ἐξ ἧς κατῆλθεν ὁ λαὸς εἰς τὸν χώραν, ἀπαλλαγεὶς τῆς ἐν βαβυλῶνι δουλείας. τῶν ἢ ἀδελφῶν, τὸν μὲν μετ' αὐτὸν αὐτόχρονον, ἐδόκει γὰρ ἀγαπᾶν, ἦκεν ἰσοτίμως, τοὺς δ' ἄλλους εἵρξασι δήσας, δεσμοῖ ἢ κατὰ τὸν μητέρα διενεχθεῖσαν περὶ τῆς ἐξουσίας. ταύτην γὰρ δὴ κυρίαν τῶν ὅλων ὁ ἰωάννης ἀπολελοίπει. καὶ μέχρι τοσαύτης ὠμότητος προῆλθεν, ὡς τε κατὰ μικρὰ διαφθεῖραι δεδεμένον. περιέρχεται ἢ αὐτὸν ἡ πόσις εἰς τὸν ἀδελφὸν αὐτόχρονον, ὃν ἠγάπα τε, καὶ τῆς βασιλείας κοινωνὸν εἶχε. κτείνει γὰρ κατὰ τέτον ἐκ δολερῶν, ἃς οἱ πονηροὶ τῶν κατὰ τὸ βασίλειον ἐνεπιδύσαντο. τὰ μὲν δὴ πρῶτα διπίσει τοῖς λεγομένοις ὁ ἀριςόβυλος, ἅτε δὴ κατὰ τὸν ἀδελφὸν ἀγαπῶν, ἐδοὺς φθόνῳ τὰ πολλὰ τῶν λογοποιημένων. ὡς δ' ὁ αὐτόχρονος λαμπρὸς ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ἦλθεν εἰς τὴν ἑορτὴν, ἐν ᾗ σκηνοποιεῖσθαι πάτριον τῷ θεῷ, συνέβη μὲν κατ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας, νόσῳ χρήσασθαι τὸν ἀριςόβυλον. τὸν ἢ αὐτόχρονον ὅτι τέλει τῆς ἑορτῆς ἀναβαίνοντα μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ὁπλιτῶν, ὡς ἐνὸν μάλιςα κοσμημένον προσκυνῆσαι τὸ πλέον ὑπὲρ τὰδελφοῦ. καὶ τέτῳ προσιόντες οἱ πονηροὶ τοῦ βασιλεῖ τὸν τε πομπὸν τῶν ὁπλιτῶν ἐδήλουν, καὶ τὸ φρόνημα τοῦ αὐτόχρονου, μεῖζον ἢ κατ' ἰδιώτην, ὅτι τε παρὰ μετὰ μεγίςου συντάγματος ἀναβήσων αὐτόν. οὐ γὰρ ἀνέχεσθαι τιμὴν μόνον ἐκ βασιλείας ἔχειν, παρὸν αὐτὸν κρατεῖν. τέτοις καὶ μικρὸν ἄκων ὑπίδυσιν ἀριςόβυλος, καὶ προνοῶν ἢ μηδ' ὑποπτίαν φανερὰς ἡμῖν, καὶ προσφαλίζ πρὸς τὸ ἄδηλον, καθίςησι μὲν τὸν σωματοφύλακας ἐν πύλῃ τῆ ὑπογαίων ἀλαμπεῖ. κατέκειτο δ' ἐν τῇ βάρει πρότερον καλεμένῃ, αὐθις

συλλαβὼν εἵργνυσιν, ὃς καὶ αὐτὸν ἔμελλεν ἀπολεῖν ὥρμησε. τοὺς δὲ λοιποὺς μεθ' ὕβρεως ἀπήλασε. θορύβου δὲ μείζων ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις γίνεται τὰ πρῶτα. χιλίους γὰρ πάλιν ἔπεμψαν πρέσβεις εἰς τύρον, ἔνθα διέτριβεν ἀντώνιος δηλονότι ἱεροσολύμων ὁρμησόμενος. ὁδηλονότι τούτους κελεύσας, ἐκπέμπει τὴν ἀρχοντα τῶν τυρίων, κολάζειν ὅσους ἂν λάβῃ, συγκαταθέσθαι τε τὴν ἀρχὴν τοῖς ὑπ' αὐτὸν κατασταθεῖσι τετραρχαις. ὁ δὲ τούτοις πολλὰ παρήνει παρελθὼν ὅπως τὴν αἰγιαλὸν ἡρώδης σῶν ὑρκανῷ, μηδὲ ἑαυτοῖς ἀπωλείας αἴτιοι, μήτε τῇ πατρίδι πολέμου γένωνται φιλονεικήσαντες ἀκαίρως. ἦν δὲ ἔτι μᾶλλον ἀγανακτοῦντων, ἀντώνιος ἐκπέμψας ὁπλίτας, πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινε, πολλοὺς δὲ ἔτρωσεν. ὧν οἵτε πεσόντες ταφῆς, καὶ οἱ ἁλόντες θεραπείας ἠξιώθησαν ὑπὸ ὑρκανοῦ. ἀμελῶς δὲ οἱ διαφυγόντες ἠρέμουν, ἀλλὰ τὴν μὲν τὴν πόλιν σωζεσθαι ὁρῶντες, παρώξυναν τὸν ἀντώνιον, ὡς καὶ τοὺς δεσμώτας ἀποκτεῖναι.

Κεφάλαιον ια'.

Μετὰ δὲ ἔτη δύο, βαρζαφάρνης τῶν πάρθων σατράπης σὺν πακόρῳ τῷ βασιλέως υἱῷ συείαν καὶ χόντος, λυσανίας ἀναδεδειγμένος ἤδη τὴν ἀρχὴν, τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος, πτολεμαῖος δ' ὢν ἐκεῖνος μυναίου, πείθει τὸν σατράπην ὑποσχέσει χιλίων ταλάντων, καὶ πεντακοσίων γυναικῶν, καταλαβεῖν ὅπως βασιλεία τὸν ἀντίγονον, καταλύσας δὲ τὸν ὑρκανόν. τούτοις ὑπαχθεὶς πάκορος, αὐτὸς μὲν ἦλθε κατὰ τὸν ῥωμαίων, βαρζαφάρνην δὲ ἔμελλε τὰ μεσογείᾳ πορεύεσθαι κελεύειν. τὴν δὲ ὑπὸ θαλαττίων τύριοι, πάκορον ὑποδέξαντο, καί τοι πτολεμαέων καὶ σιδωνίων δεδεγμένων. ὁ δὲ οἰνοχόῳ τινὶ τῶν βασιλικῶν ὁμωνύμῳ μοίραν τῶν ἵππου φύλακος, ἐμβαλεῖν ἐκέλευσε εἰς τὴν ἰουδαίαν, κατασκεψόμενόν τὰ τῶν πολεμίων, καὶ πόρους ἃ δεῖ βοηθήσοντα αὐτῷ. τὸν δὲ λυπούμενον τὸν κάρμηλον, πολλοὶ ἰουδαῖοι σωδεξάμενοι πόρῳ αὐτῷ, προθύμους ἑαυτοὺς ὅτι τὴν εἰσβολὴν παρεῖχον. ὁ δ' αὐτοὺς ὅτι τὸν καλούμενον δρυμὸν προέπεμψε, τὸ χωρίον καταλαβεῖν, ἐν ᾧ θορυβώδης συμβολῆς, ὡσάμενοι τοὺς πολεμίους, καὶ διώξαντες ὅτι ἱεροσολύμων ἐθεον. θορυβούμενοι δὲ πλείους, μέχρι τῶν βασιλείων προῆλθον. ὑρκανὸν δὲ καὶ φασαήλ δεξαμένων αὐτοὺς κρατερῶς σίφει. μάχη καὶ τὴν ἀγορὰν συρρήγνυται. καθ' ὃν χρόνον θορυβούμενοι τοῖς πολεμίοις οἱ περὶ ἡρώδην, κατακλείουσιν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ φρουρὸς αὐτῷ ἄνδρας ἑξήκοντα τὸν πλησίον οἰκείας ἐγκατέστησαν. τούτους μὲν οὖν ὁ σασπάζων πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς λαὸς, ἐπελθὼν ἐμπρησιν. ἡρώδης δὲ τὸ δῆμον πολλὰς κατ' ὀργὴν τῶν ἀπολωλότων, αἱρεῖ συμβαλών, καθ' ἡμέραν ἐπεκθεόντων ἀλλήλοις καὶ λόχους, φόνος ἦν ἀδιάλειπτος. ἐνεστώσης δὲ ἑορτῆς, ἣν πεντηκοστὴν καλοῦσι, τότε πρὸς τὸ ἱερὸν πᾶσα, καὶ ἡ πόλις ὅλη πλήθουσα τῶν ἀπὸ τῆς χώρας αἰσθημάτων τὸ πλέον ὁπλιτῶν. ἐφ' ᾧ φασαήλος μὲν, τὸ τεῖχος, ἡρώδης δὲ μετὰ τῶν πολλῶν ἐφρούρει τὰ βασίλεια, καὶ τοῖς πολεμίοις ὅπλα δραμοῦσιν ἀσυντάκτοις καὶ τὸ πρόσαντες, πλείστους μὲν ἀνῄρει, ῥᾳδίως δὲ πάντας. καὶ τοὺς μὲν, εἰς τὴν πόλιν, τοὺς δὲ εἰς τὸ ἱερὸν, τοὺς δὲ εἰς τὸ ἔξω χαράκωμα συνελείσθη. καὶ τῇ τῷ δ' ἀλλαντὶ μὲν ἀντίγονος ἐκάλει, πάκορον εἰσαφεῖναι. φασαήλος δὲ πεισθεὶς τῇ πόλει ξενίᾳ τὸν πάρθον εἰσδέχεται, μὴ πεντακοσίων ἱππέων, πρὸς

CAP. XI. De bello Parthorum contra Iudæos & fuga Herodis ac fortuna. *Ant. lib. 14. cap. 22.*

BArzapharne autem Parthorum satrapa Syriam biennio pòst cum regis filio Pacoro detinente, Lysanias patris sui mortui successor Ptolemæi Minnæi filij, mille satrapæ talenta pollicitus, & mulieres quingentas, ei persuadet vt Antigonum in regnum inducerent, Hyrcanúmque deponerent. Impulsus igitur ab eo Pacorus, ipse quidem per maritima loca perrexit, Barzapharnem autem itinere mediterraneo iussit irrumpere. Sed maritimorum Tyrij Pacorum excluserunt, cùm Ptolemaidenses eum & Sidonij recepissent. Ille autem quendam regium pincernam, cognominem suum, equitatus ei parte attributa, ad Iudæam iussit accedere, & exploraturum hostium consilium, & vbi vsus exegisset, præsidio futurum Antigono. quibus Carmelum populantibus, multi Iudæi vltro ad Antigonum confluunt, ad expeditionem alacriter animati. Ille autem ad locum qui Drymos dicitur, occupandum eos præmittit: vbi commissa pugna, depulsísque hostibus & effugatis, Hierosolymam cursu petebant: auctíque multitudine, vsque ad regiam processerunt. Excepti autem ab Hyrcano & Phasaelo, forti acie in foro confligunt. Ibique hostes in fugam versos pars Herodis in fanum concludit: custodéque his sexaginta viros apponit, per ædes proximas collocatos. Sed hos quidem infensus fratribus populus, igne consumit. Herodes autem iracundia peremptorum congressus cum populo, multos obtruncat: inque dies singulos inuicem sese per insidias incursantibus, assiduæ cædes erant. Instante verò die festo, qui Pentecoste vocatur, omnia circa templum, totáque ciuitas plebe rustica repleta est, & pleraque armata. Et Phasaelus quidem muros, Herodes autem cum paucis domum regiam custodiebat. Inuasísque de improuiso hostibus in suburbano, complures quidem peremit, omnes autẽ in fugam vertit, & hos in ciuitatem, alios in fanũ, alios in extremum vallum includit. Interea pacis arbitrum Pacorũ Antigonus petit admitti. Exoratus autem Phasaëlus & ciuitate & hospitio cum quingẽtis equitibus Parthum recepit,

πρὸς

προφάσει μὲν ἥκοντα τῆ παύσαντι λύσιν, τὸ δ' ἀ- A prætextu quidem componendæ seditionis venientem, re autem vera vt adiuuaret Antigonum. Denique Phasaëlum dolo perpulit, vt ad Barzapharnem legatus de pace proficisceretur: quamuis multa dissuadente Herode, atque vt insidiatorem occideret, néve se eius fallaciis dederet, admonente: natura enim Barbaros fidem negligere: Exiit etiam Pacorus cum Hyrcano. quo minus suspectus esset nonnullisque relictis equitibus apud Herodem, quos Eleutheros vocant, cum cæteris Phasaelum prosequebatur. Sed vbi ad Galilæam venerunt, indigenas quidem dissidentes atque armatos offendunt: satrapam verò conueniunt satis callidè & officiis dolos tegẽtem. Denique postquam dona eis dedit, redeuntibus insidias posuit. Illi autem in maritimum quendam locum deducti, cui nomen est Ecdippon, fraudem intelligunt. Ibi enim de promissis mille talentis audierunt: & quòd Antigonus pleraſque mulieres ex his quas ipsi haberent, inter quingentas Parthis deuouisset: quóque sibi semper à Barbaris præstruerentur insidiæ, ac olim capti essent, nisi mora fuisset, dum Hierosolymis caperetur Herodes, ne sibi præcius quæ de his agerentur, caueret. Hæc iam non verba erant solùm, nam & custodes haud procul abesse conspiciebat. Et tamen Phasaelus Hyrcanum deserere non sustinuit, quamuis eum sæpius moneret Ofsilius vt fugeret: cui Saramalla Syrorum tunc ditissimus dixerat: quemadmodum essent omnia de insidiis constituta. Sed conuenire satrapam maluit, atque in os exprobrare, quod se insidiis appetisset: ac maximè quia pecuniæ causa talis extitisset, cùm plus ipse pro salute daturus esset, quàm pro regno promisisset Antigonus. Ad hæc Parthus subdola satisfactione iuréque iurando suspicionem deprecatus, perrexit ad Pacorum: statimque à Parthis qui remanserant, quibúsque iussum erat, Phasaelus atque Hyrcanus comprehenduntur, periuriam simul ac perfidiam execrantes. At interim pincerna ad hoc missus, Herodem capere moliebatur: eúmque fallere, vt extra murum procederet, sicut sibi mandatum fuerat, conabatur. Ille autem suspectos habere solitus Barbaros, & tunc minimè dubitans in hostes incidisse literas quæ insidias indicarent, prodire nolebat: quanquam satis idoneam causam Pacorus obtenderet, epistolas portantibus obuiam ire debere: nec enim ab hostibus esse captos, aut quicquam de insidiis, sed quæ Phasaelus gessisset, his contineri. Iamdudum autem ab aliis audierat Herodes, fratrem suum Phasaelum esse correptum: & Hyrcani filia Mariamne prudentissima fœminarum, multis eum precibus ne prodiret orabat: néve se crederet manifestis iam conatibus Barbarorum. Adhuc autẽ Pacoro cũ sociis deliberante, quonam modo clã patraret insidias, nec enim fieri posse vt tantæ sapientiæ vir ex aperto circũueniretur, nocte Herodes cũ propinquissimis sibi ad Idumeam ignaris hostibus proficiscitur. Eo cognito, Parthi persequebantur. Et ille matrem quidem fratrésque suos,

ληθὲς, ἀντιγόνῳ βοηθόν. τὸν γοῦν φασάηλον ἐνεδρεύων αὐτόθεν ἐπεισε πρὸς βαρζαφάρνην πρεσβεύσασθαι περὶ καταλύσεως, καίτοι πολλὰ ἀποτρέποντος Ἡρώδου, καὶ παραγνοῦντος ἀνελεῖν τὸν ἐπίβουλον, ἀλλὰ μὴ ταῖς ἐπιβουλαῖς ἑαυτὸν ἐκδιδόναι, φύσει γὰρ ἄπιστους εἶναι τοὺς βαρβάρους. ἐξῆσι δ' ὑρκανὸν ὡσαλαβὼν καὶ πάκορος, ὡς ἦττον ὑποπτεύοιτο, καταλιπὼν παρ' ἡρώδῃ τινὰς τῶν ἐλευθέρων καλουμένων ἱππέων, τοῖς λοιποῖς B ἐπέμπε φασάηλον. ὡς δ' ἐγγύς τε καὶ τὴν γαλιλαίαν, τοὺς μὲν ἐπιχωρίους ἀφεῶτας, καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις ὄντας καταλαμβάνουσιν, τῷ σατράπῃ δ' ἐντυγχάνουσι πανούργως σφόδρα, καὶ ταῖς φιλοφρονήσεσι τὴν ἐπιβουλὴν καλύπτειν ἐπεκελεύοντο. δῶρα γοῦν δοὺς αὐτοῖς, ἔπειτ' ἀναχωρεῖν ἐκέλευσε. τοῖς δ' ἄφθησις γίνεται τῆς ἐπιβουλῆς, καταχθεῖσιν εἰς τι τῆς παραθαλασσίων χωρίων, ὃ καλεῖται ἐκδίππων. ἐκεῖ γὰρ τὴν τε ὑπόσχεσιν ἤκουσαν τῆς χιλίων ταλάντων, C καὶ ὡς ἀντίγονος ταῖς πλείσταις τῆς παρ' αὐτοῖς γυναικῶν, ἐν ταῖς πεντακοσίαις καθωσίωσε παρθοις. ὅτι δὲ προλοχίζοιντο μὲν αὐτοῖς αἱ νύκτες ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἀεὶ, πάλαι δ' ἂν καὶ συνελήφθησαν, εἰ μὴ προέμενον ἐν ἱεροσολύμοις ἡρώδην πρότερον λαβεῖν, ὡς μὴ προπυθόμενος τὰ κατ' αὐτοὺς φυλάξαιτο. ταῦτ' ἦν ἔτι λόγος ἐν μόνον, ἀλλὰ καὶ φύλακας ἤδη πόρρωθεν αὐτῶν ἔβλεπον. ὁ μὲν φασάηλος, καίτοι πολλὰ παραγνῶντος ὀφελίου φεύγειν, πέπυστο γὰρ ἔτι σαραμάλλα τὸν πλουσιώτατον τότε σύρων τὴν συρίαν τὰ D πάντα βουλῆς ὅλην, καταλιπεῖν ὑρκανὸν ὑπέμενεν, ἀλλὰ τῇ σαφεστάτῃ προσελθὼν ἀντιρρις ὠνείδιζε τὸν ἐπιβουλεύσαντα, καὶ μάλιθ' ὅτι χρήματων ἕνεκεν. πλείω γὰρ μὲν αὐτὸς ὑπὲρ σωτηρίας δώσειν ὑπεσχνεῖτο, ὧν ἀντίγονος ὑπὲρ βασιλείας ὑπέσχηται. πρὸς ταῦτα πανοῦργος ὁ πάρθος, ἀπολογίας τε καὶ ὅρκοις ἀποσκυασάμενος τὴν ὑποψίαν, ᾤχετο πρὸς πάκορον. δι' ὀλίγου δὲ τῆς καταλειφθέντων πάρθων, οἷς προστέτακτο σασάηλόν τε καὶ ὑρκανὸν συνελάμβανον, τά τε ἄλλα πρὸς τὴν ἐπιορκίαν καὶ τὸ ἄπιστον αὐτοῖς καταρωμένους. ἐν ᾧ τούτῳ καὶ τὸν ἡρώδην ὁ πεμφθεὶς οἰνοχόος ἐπεβούλευσε συλλαβεῖν ἔξω τῶν τείχους ἀπατήσας προελθεῖν, ὥσπερ ἐντολὰς εἶχεν. ὁ δ' ἀπ' ἀρχῆς ὑποπτεύων τοὺς βαρβάρους, καὶ τότε πεπεισμένος εἰς τοὺς πολε- F μίους ἐμπεπωκέναι τὰ μεμυσμένα τῶν ἐπιβουλῶν αὐτῷ γράμματα, προελθεῖν οὐκ ἐβούλετο, καίτοι μάλα ἀξιοπίστως τῶν πακόρου φάσκοντος, δεῖν αὐτὸν ὑπαντῆσαι τοῖς τὰς ἐπιστολὰς κομίζουσιν. ὅτε γὰρ ἐαλωκέναι τοὺς πολεμίους αὐτὰς, μὴ προέχειν ἐκ ἐπιβουλεύειν, ἀλλ' ὁπόσα διεπράξατο φασάηλος. ἔτυχεν δὲ παρ' ἄλλων προακηκοὼς τὸν ἀδελφὸν συνειλημμένον, καὶ προσέτι ὑρκανοῦ θυγάτηρ μαριάμμη συνεστῶσα γυναικῶν καταπολοῦσα, μὴ προσέναι, μηδὲ πιστεύειν ἑαυτὸν ἤδη φανερῶς ἐπιχειροῦσι τοῖς βαρβάροις. ἔτι δὲ τῆς προὶ πάκορον σκεπτομένων πῶς ἂν κρύφα τὸν ἐπιβουλεύειν, οὐ γὰρ ἐκ τοῦ φανεροῦ οἷόν τε εἶναι ἀνδρὸς οὕτω δυνατοῦ προληφθέντα, προλαβὼν ἡρώδης μετὰ τῶν οἰκειοτάτων προσώπων, νύκτωρ ὅτι ἰδουμαίας ἐχώρει λάθρα τῆς πολεμίων. ἀμφότεροι δ' οἱ πάρθοι κατεδίωκον. κἀκεῖνος τὴν μὲν μητέρα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς,

desponsatámque puellam cum matre, minimóque fratre prætendere iter iussit. Ipse autem cautè cum famulis suis Barbaros retentabat: multisque per omnes conflictus interemptis, ad castellum Massada properabat. Grauiores autem in fuga Parthis Iudæos expertus est: Qui cùm semper molesti fuissent, à sexagesimo tamen ciuitatis stadio aliquandiu etiam acie decertauerunt. vbi Herodes victoria potitus, cùm multos interfecisset, ipsúmque locum in memoriam præclari facinoris ædificatum, locupletissima exornauit regia, arcémque in eo munitissimam condidit, ac de suo nomine Herodion vocauit. Et tunc quidem cùm fugeret, multos sibi adiungebat. Postea verò quam Thresam Idumææ peruenit, occurrit ei frater Iosephus, turbámque sequentium diminui persuadet: nec enim capacem esse tantæ multitudinis Massadam. Erat autem supra quàm nouem millium multitudo. Itaque paruit Herodes eius consilio, & impares quidem necessitati per Idumæam dimisit cum viatico, lectissimos autem maximéque necessarios tenuit, atque ita in castellum receptus est. Deinde octingentis ibi relictis, qui mulieres defenderent, itémque commeatu, qui satis esset obsessis, ipse in Petram ciuitatem Arabiæ perrexit. Parthi autem apud Hierosolymam in prædam versi, in fugientium domos ac regiam irruebant, solis Hyrcani pecuniis abstinentes: quæ trecenta talenta superabant, aliorum verò spe minores inueniebantur: quoniam Herodes iampridem Barbarorum perfidiam suspicans, quicquid in opibus pretiosum in Idumæam multo antè comportauerat: eiúsque sociorum itidem quisque fecerat. Verumtamen postquam præda potiti sunt Parthi, ad hoc iniuriæ processerunt, vt omnem terrã illam bello implacato replerent, Marisa quoque ciuitate vastata: nec solùm Antigonum regem constituerent, verùm etiam Phasaelum & Hyrcanũ vinctos ei traderent verberandos. At ille Hyrcaniquidẽ auriculas dentibus truncat, vtne solutus quidem mutatis rebus vnquam pontificatum recipiat: ab integris enim celebrari sacra oportet: Phasaeli verò virtute præuentus est Antigonus. Qui cùm nec ferri copiam, nec manus liberas haberet, ad saxum fracto capite interiit: atque ita probato, quòd verus Herodis frater esset, Hyrcanúsque degenerasset, viriliter moritur: dignum anteacta vita obitum assecutus. Fertur tamen & aliud, quòd ex illa quidem plaga respiuerit, sed veluti curandi eius causa, missus ab Antigono medicus, venenis malis vulnus expleuerit, cóque illum pacto peremerit. Vtrumuis autem verius sit, præclarum habet initium. Denique aiunt eum prius quàm efflaret animam, cognito ex quadam muliercula, quòd Herodes euasisset, dixisse: Nunc bono animo discedam, qui vltorem inimicorum reliquerim. Ille quidem hunc exitum habuit. Parthi autem quanquam mulieribus caruerint, quas maximè cupiebant, rebus tamen cum Antigono apud Hierosolymam compositis: vinctum in Parthiam Hyrcanum ducunt. Herodes autem obstinatus

καὶ τὸν καθωμολογημένον παῖδα μὴ τῆς μητρὸς, μηδὲ τοῦ νεωτάτου τῶν ἀδελφῶν παραστάξας ὀδύνειν, αὐτὸς ἀσφαλὴς μὴ τῷ θεραπόντων ἀνοκωπεῖ τοῖς βαρβάροις. καὶ πολλοὺς κἀπᾶσαν παροξυνὼν ὑποκτείνας εἰς μασάδαν τὸ φρούριον ἀφίκετο. καὶ βαρυτέροις κατὰ τὸν φυγὴν παρθῶν Ἰουδαίοις ἐπείχεσεν, ἀναχλήσαντας μὲν διὰ μακρῶς, ὑπὸ δὲ ἑξήκοντα τῆς πόλεως σταδίων ταξαμένους ὑπομόνως πολεμοῦ χείρον. ἔνθα κρατήσας ἡρώδης, καὶ πολλὰς αὐτῶν ὑποκτείνας, αὖθις εἰς μνήμην τοῦ κατορθώματος ἔκτισεν τὸ χωρίον, καὶ βασιλείοις τε πολυτελέσι κόσμησε, καὶ ἀκροπόλιν ὀχυρωτάτην ἀνέδειματο, ἡρώδειόν τε ἐκάλεσεν ἀφ' ἑαυτοῦ. τὴν μὲν οὖν φεύγοντες καθ' ἡμέραν, αὐτῷ προσεγίνοντο πολλοί. καὶ κατ' ὀλίγον γενομένῳ τῆς Ἰδουμαίας ἰώσηπος ἀδελφὸς ὑπαντήσας, σωτεύδοντι τοὺς πολλοὺς τῷ ἐπομένων ἀποφορτίσασθαι. μὴ γὰρ αὖ τοσοῦτον ὄχλον δέξασθαι τὴν μασάδαν. ἦσαν δ' ὡσεὶ χίλιοι. πειθεὶς οὖν ἡρώδης, τοὺς μὲν βαρυτέρους κατ' χρείας ἀφῆκεν αὐτὰ τὴν Ἰδουμαίαν, δοὺς ἐφόδια. μετὰ τῶν ἀναγκαιοτάτων, τοὺς ἀλκιμωτάτους καταλαβὼν, εἰς τὸ φρούριον διεσώζεται. καταλιπὼν δὲ ἐνταῦθα τοῖς γυναιξὶν ὀκτακοσίους φύλακας, καὶ διαρκῆ παρασκευὴν πρὸς πολιορκίαν, αὐτὸς εἰς τὴν Ἀραβικὴν πέτραν ἀπῆλθε, παρθοι δὲ εἰσελθόντες εἰς Ἱεροσόλυμα ἐπ' ἁρπαγὴν ἐπόμενοι, τῷ φυγόντων εἰς τὰς οἰκείας εἰσέπιπτον, καὶ τὸ βασίλειον, ἀπεχόμενοι μόνων τῶν ὑρκανοῦ χρημάτων, ἦν δ' ἐπλείω τριακοσίων ταλάντων. ἐπετύγχανον δὲ καὶ τῶν ἄλλων, ἐφ' ὅσοις ἤλπισαν. ὁ γὰρ ἡρώδης ἐκ πολλοῦ τὴν ἀπιστίαν τῶν βαρβάρων ὑφορώμενος, εἰς τὴν Ἰδουμαίαν τὰ λαμπρότατα τῶν κειμηλίων προαπεστάλκει, καὶ τῶν αὐτοῦ προσεχόντων ὁμοίως ἕκαστος. παρθοι δὲ μετὰ τὰς ἁρπαγὰς ὅπῃ τοσοῦτον ὕβρεως ἐχώρησαν, ὡς ἐμπλῆσαι μὲν ἀκηρύκτου πολέμου τὴν χώραν ἅπασαν. ἀνάστατον δὲ ποιῆσαι τὴν μαρισαίων πόλιν, μὴ μόνον τε καταιῆσαι βασιλέα ἀπόγονον, ἀλλὰ καὶ σαδδουκαῖον αὐτῶ φασάηλον καὶ ὑρκανὸν δεσμώτας ἀγαγέσθαι. ὁ δὲ ὑρκανὸς μὲν προαπεστειλεν αὐτὸς τὰ ὦτα λωβᾶται τοῖς ὀδοῦσιν, ὡς μηδὲ αὖθις ἐν μεταβολῇ ποτὲ δύναιτο τὴν ἀρχιερωσύνην ἀναλαβεῖν. δεῖ γὰρ ὁλοκλήρους ἀρχιερᾶσθαι. τὸν φασάηλον δὲ ἀρετῆς ὑπερέχει, φθάσαντος πέτρα προσαράξαι τὴν κεφαλὴν, ὡς γε σιδήρῳ καὶ χειρῶν εἴργετο. κἀκεῖνος μὲν, ἡρώδου γνήσιον ἑαυτὸν ἀποδείξας ἀδελφὸν, καὶ ὑρκανὸν ἀγχυνέστατον, ἀνδρειότατα θνήσκει, ποιησάμενος τὴν καταστροφὴν τοῖς κατ' τὸν βίον ἔργοις πρέπουσαν. κατέχει δὲ καὶ ἄλλος λόγος, ὡς ἀνενέγκαι μὲν ἐκ τῆς τότε πληγῆς, πεμφθεὶς δ' ἰατρὸς ὑπ' ἀντιγόνου θεραπεύσαι δόλῳ αὐτὸν, ἐμπλήσειε τὸ ξαῦμα δηλητηρίων φαρμάκων, καὶ διαφθείρειεν αὐτὸν. ὁπότερον δ' ἂν ἀληθὲς ᾖ, τὴν ἀρχὴν ἔχει λαμπρόν. φασὶ γοῦν αὐτὸν, καὶ πρὶν ἐκπνεῦσαι, πυθόμενον παρὰ γυναίου τινὸς ὡς ἡρώδης διαφύγοι, νικᾶν εἶπεν ἄθυμος ἄπειμι, τὸν μετελθόντα τοῖς ἐχθροῖς ζῶντα καταλιπών. ὁ μὲν οὖν οὕτως τελευτᾷ. πάρθοι δὲ καὶ τοι δημοτικώτατοι ὢν μάλιστα ἐπεθύμουν γυναικῶν, καθίσασι μὲν ἐν ἱεροσολύμοις ἀντιγόνῳ τὰ πράγματα, δεσμώτην δ' ὑρκανὸν ἀπάγουσιν εἰς τὴν παρθυαίων. ἡρώδης δὲ σωτερώτερον ἤλαυνεν

εἰς τὴν

εἰς τὴν ἀραβίαν, ὡς ἔτι τοῦ ἀδελφοῦ ζῶντος ἐπιχόμβους A
χρήματα παρὰ τοῦ βασιλέως λαβεῖν, οἷς μόνοις πεισθὲν
ὑπὸ φασαήλου τὴν τῶν βαρβάρων ἅλπισε πλεονεξίαν. ἐ-
λογίζετο γάρ, εἰ τὴν πατρῴας φιλίας ἀμνημονέστερος ὁ ἄν-
δρα γένοιτο, καὶ τοῦ δανεῖσαι δωρεὰν μικρολογώτερος, δα-
νείσασθαι παρ' αὐτοῦ τὰ λύτρα ῥύσιον θεὶς τοῦ λυτρωμένου
παῖδα. καὶ γὰρ ἐπήνητο τὸν ἀδελφιδοῦν ὄντα ἑπτά-
ταλαντα ἢ μᾶλλον ἕτοιμος τριακόσια δανεῖναι, παρεσκευάσμενος
τυείοις παρακαλοῦντας. τὸ χρεὼν δ' ἄρα τοῦ αὐτοῦ αὐτο- B
δικὴν ἐφθάκει, καὶ φασαήλου τεθνηκότος εἰς κενὸν ἡρώδης
φιλάδελφος ἦν. ὁ μὲν γὰρ οὐδὲ παρ' ἀρχὴν ἤνεγκε φι-
λίας μνήμασιν. ὁ γοῦν βασιλεὺς αὐτῷ μάλιχος, παρ-
πέμψας καὶ τάχος ἐκ τῆς χώρας, παρεστήσατο ἀπα-
τρίσειν, παραφάσει μὲν χρώμενος παρθίοις, ὑπηκρυκεύ-
σατο γὰρ αὐτοὺς ἐκβαλεῖν ἡρώδου τὰ ἀράβιας. τῷ δ'
ὅτι παραμενοῦντος καταχεῖν τὰ ἀντιπάτρου χρέα,
καὶ μηδὲν εἰς τὰς ἐκείνου δωρεὰς ἀπαρκέσειν χρή- C
ζουσι τοῖς τέκνοις ὑσωπείαν. συμβούλοις δ' ἐ-
χρῆτο τῆς ἀναιδείας τοῖς ὁμοίως ὑποχρεῶν τὰς ἀντι-
πάτρου παρακαταθήκας ἐθέλουσιν. ἦσαν γὰρ αὐτῷ
οἱ δυνατώτατοι. ἡρώδης μὲν δὴ πολεμίους τοὺς ἄραβας
ὁρῶν, δι' ἃ φιλτάτους ἤλπισε, καὶ τοῖς ἀγγέλοις ὑποκει-
νάμενος, ὡς ὑπηρόρου τὸ πάθος, ὑπέστρεψεν ἐπ'
αἴγυπτον. ἐν τούτῳ μὲν πρώτην ἑσπέραν, κατά τι τοῦ ὑπο-
χωρίου ἱερῶν αὐλίζεται τοὺς ὑπολειφθέντας ἀναλα- D
βών. τῇ δ' ἑξῆς εἰς ῥινοκόρουραν παραγενόμενος, τὰ
περὶ τοῦ τοῦ ἀδελφοῦ τελευτοῦ ἀπαγγέλλεται. παρα-
λαβὼν δὲ πένθος ὅσον οἷόν, ὡς ἀπεθήκατο φροντίδων,
ἦει πορρωτέρω. καὶ δὴ βεβαίως ὁ ἄραψ μεταγνόσας,
ἔπεμψε δρόμῳ τάχους τοὺς ἀναληψόντας τὸν ὑβρισμέ-
νον. ἔφθανε δὲ ἐν τούτοις ἡρώδης εἰς πηλούσιον ἀφικό-
μενος, ἔνθα τῆς παρόδου μὴ τυγχάνων ὑπὸ τῶν ἐ-
φορμουμένων, τοῖς ἡγεμόσιν ἐντυγχάνει. κἀκεῖνοι τὴν E
τε φήμην, καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνδρὸς αἰδεσθέντες,
πέμπουσιν αὐτὸν εἰς ἀλεξάνδρειαν. ὁ δὲ παρελθὼν
εἰς τὴν πόλιν, ἐδέχθη μὲν λαμπρῶς ὑπὸ κλεοπά-
τρας, στρατηγὸν ἐλπιζούσης ἕξειν, εἰς ἃ παρεσκεύάζε-
το. ἐμεγαλοψυχοῦντο δὲ τὰς παρακλήσεις τοῦ βασιλί-
δος, καὶ μήτε τὴν ἀκμὴν τοῦ χειμῶνος ὑποδείσας, μή-
τε τοὺς κατὰ τὴν ἰταλίαν θορύβους, ὅτι ῥώμης ἔπλει.
κινδυνεύσας δὲ περὶ τὴν παμφυλίαν, καὶ τοῦ φόρτου τὸ
πλεῖον ἐκβαλών, μόλις εἰς ῥόδον διασώζεται, σφό- F
δρα τοῦ πρὸς κάσσιον πολέμου ταραχωμένου. δι-
αχθεὶς δὲ ὑπὸ πτολεμαίου καὶ σαπφινίου τῶν φί-
λων, καίπερ ἐν ἀπορίᾳ χρημάτων ὤν, ναυπηγεῖται
τριήρεις μεγίστην. ἐν ᾗ μετὰ τῶν φίλων εἰς βρεντέσιον κα-
ταπλεύσας, κἀκεῖθεν εἰς ῥώμην ἐπειχθείς, πρώτῳ
μὲν τὴν παρὰ φιλίαν ἐντυγχάνει ἀντωνίῳ, καὶ τὰς
τε αὐτοῦ, καὶ τῶν γονέων συμφορὰς ἐκδιηγεῖται. ὅτι
τε τοὺς οἰκειοτάτους ἐν φρουρᾷ καταλιπὼν πολιορ- G
κουμένους, δεῖ χειμῶνος πλεῦσαι ἐπ' αὐτὸν ἱκέ-
της. ἀντωνίου δὲ ἥπτετο πρὸς τὴν μεταβολὴν οἴκτος,
καὶ κατὰ μνήμην μὲν τῆς ἀντιπάτρου ξενίας. τὸ δ'
ὅλον, καὶ δεῖ τὴν αὐτοῦ τῶν παρόντος ἀρετὴν, ἔγνωκε
τότε βασιλέα καθίσαι ἰουδαίων, ὃν πρότερον αὐ-
τὸς ἐποίησε τῆς ἀρχῆς. ἐπῆγε δ' ἐκ ἔλαττον τῆς εἰς
ἡρώδην φιλοτιμίας, ἢ πρὸς αὐτὸν ἀμφορά. τοῦτον
γὰρ δὴ σασιώδη τε καὶ ῥωμαίων ἐχθρὸν ὑπελάμβανε.

in Arabiam, velut adhuc viuo fratre suo festinabat: vt pecunias à rege acciperet, quibus solis exoratum iri pro Phasaelo sperabat auaritiam Barbarorum. Etenim cogitabat, si Arabs minùs memor fuisset paternæ amicitiæ, animóque liberali parcior, vel mutuum ab eo sumere, quòd redemptionis causa præberet pignori oppositi ipsius filio quem redimeret. Secum enim habebat fratris filium, septem annos natum: trecentáque talenta dare decreuerat, interpositis precationi Tyriis. Sed profectò studium fortuna præuenerat: & Phasaelo mortuo nequicquam fratrem diligebat Herodes. Non tamen vel apud Arabas saluam amicitiam reperit. Denique Malichus rex eorum præmissis qui hoc admonerent, quamprimùm reuerti eum ex finibus suis iubet, simulatione quidem Parthos per legatos petisse, vt Herodem Arabia pelleret: certa verò causa fuit, quòd vicem Antipatro debitam negare proposuerat, neque pro beneficiis ab eo perceptis aliquid eius filiis gratiæ rependere, consolationis egentibus. Impudentiæ verò suasores habebat, qui Antipatri vellent abiurare deposita. Erant autem circa eum potentissimi. Proinde Herodes vbi Arabas ex ea sibi causa hostes esse deprehendit, vnde amicissimos existimabat, eáque respondit nunciis, quæ dolor imperauit, Ægyptum versus recedit. & prima quidem vespera in quoddam agreste fanum, dum post se relictos reciperet, diuertit. Postero autem die cum Rhinocoluram peruenisset, fratris ei mors nunciatur. acceptóque tanto luctu, quantum curatum æstum deposuit, ibat vlterius. Itaque Arabem serò facti pœnituit: & qui reuocarent eum, quem contumeliosè tractauerat, velociter misit. Herodes autem in Pelusium peruenerat: ibíque transitu prohibitus ab eius rei speculatoribus, rectores adit: & illi famam viri dignitatémque reueriti, Alexandriam eum prosequuntur. Ingressus autem ciuitatem, à Cleopatra honorificè susceptus est, ducem sibi militum fore eum ad ea quæ parabat, existimante. Posthabitis autem reginæ precibus, neque hyemis asperitatem, neque marina discrimina, quo minus nauigaret Romam, extimuit. Circa Pamphiliam verò periclitatus, maiore oneris parte reiecta, vix in Rhodum vehementer bello Cassij vexatam, saluus euadit. Amicorum autem suorum, Ptolemæi & Saphinij receptus hospitio, licet rei pecuniariæ premeretur inopia, maximam tamen ædificat nauim triremem: eáque cum amicis delatus Brundusium, atque inde continuò Romam profectus, familiaritatis paternæ gratia primum conuenit Antonium: cíque tam suas quàm totius generis clades exponit: quódque affinibus suis in castello relictis, atque obsidione cinctis ad eum hyeme supplex nauigasset. Itaque tantæ miserationis casu miseratus Antonius, & memoria quidè iunctæ cũ Antipatro dexteræ, tũ verò ipsius qui aderat contemplatione virtutis, etiam tunc eum regẽ constituere proposuit Iudæorum, quem ipse tetrarchã antea fecerat. Non minus autém quàm fauore Herodis, odio ducebatur Antigoni hunc enim & seditiosum, & Romanis inimicum esse arbitrabatur.

Ant. lib. 14. cap. 15.

Cæsarem quidem habebat multo quàm ipse paratius renouantem Antipatri expeditiones, quas in Ægypto cum eius patre pertulerat: & hospitium & in rebus cunctis beneuolentiam: cùm præter hæc ipsius quoque Herodis strenuitatem cerneret. Verumtamen & senatum conuocabat vbi Messala, & post eum Atratinus, astante Herode, patris eius merita, & ipsius circa populum Romanum fidem prosequebantur, quo simul hostem Antigonum demonstrarent: non solum quòd intra breue tempus is diffidere cœpisset, verumetiam quòd antea quoque populo Romano despecto, Parthorum suffragio regnum curauisset accipere. His autem commoto senatu, cùm Antonius etiam bello contra Parthos gerendo vtile esse diceret Herodem regem creari, omnes assentiunt. Dimissóque senatu, Antonius quidem & Cæsar egrediebantur, medium stipantes Herodem. Consules autem cum aliis magistratibus antecedebant, cæsuri hostias, decretúmque senatus in Capitolio reposituri. Primo autem die regni Herodis, apud Antonium cœnatum est.

καίσαρα μὲν ἔν εἶχεν ἕτοιμότερον αὐτῷ τὰς ἀντιπάτρου στρατείας ἀναπτόμενον, ἃς κατ' ἄγυπτον αὐτῷ τῷ πατρὶ συνδιώνεγκε, τήν τε ξενίαν, καὶ τὴν ἐν ἅπασιν εὔνοιαν, ὁρῶντά γε μὲν καὶ τὸ ἡρῴδου δραστήριον. συνῆγε δὲ καὶ τὴν βουλὴν ἐν ᾗ μεσσαλᾶς, καὶ μετ' αὐτὸν ἀτρατῖνος ἐδόξαζον ἡρῴδην, τάς τε παρῴους εὐεργεσίας, καὶ τὴν αὐτοῦ πρὸς ῥωμαίους εὔνοιαν διεξιόντες, ὅπου δ' κινδύνῳ ἄμα καὶ πολέμιον τὸν ἀντίγονον, ἐξ ὧν οὐ μόνον διωμόχθη θᾶττον, ἀλλ' ὅτι καὶ δόξαν παρθων λάβοι τὴν ἀρχὴν, ῥωμαίοις ἐπηρείαν. τὸ δὲ συγκλητικὸν πρὸς ταῦτα κινηθὲν, ὡς παρελθὼν αὐτοκράτωρ, ἐπὶ πρὸς τὸν καὶ παρθων πόλεμον βασιλέα ἡρῴδην συμφέρειν ἔλεγεν, ἐψηφίζοντο πάντες. λυπείσης δὲ τὴν βουλὴν, αὐτοκράτωρ μὲν καῖσαρ, μέσον ἔχοντες ἡρῴδην ἐξήεσαν. πρῶτον δὲ συνέβαινε τοῖς ἄλλοις ἀρχαῖς, οἱ ὕπατοι, θύοντες τε, καὶ τὸ δόγμα ἀναθήσοντες εἰς τὸ καπιτώλιον. τῇ πρώτῃ ἡρῴδου δὲ βασιλείας ἡμέρᾳ, αὐτοκράτωρ εἰστία αὐτόν.

Κεφάλαιον ιϛ'.

CAP. XII. De bello Herodis è Roma redeuntis, pro Hierosolyma & contra latrones. Ant. lib. 14. cap. 23.

EOdem verò tempore Antigonus apud Masadam inclusos obsidebat. aliis quidem victui necessariis abundantes, aquæ autem inopes. Vnde Iosephus quoque frater Herodis cũ ducentis familiaribus suis ad Arabas confugere cogitabat: audito quòd eorum quæ in Herodem commiserat, Malichum pœniteret: castellúmque reliquisset, nisi circa noctem, qua exiturus erat, plurimum imbrium contigisset effundi. aqua enim repletis puteis, fugiendi causa non erat. adeò vt etiam vltro in Antigoni militem eruptiones auderent: multósque nunc aperto prælio, nunc insidiis neci darent: non tamen illis omnia pro voto cedebant, sed ipsi quoque interdum cũ aduerso casu reuertebantur. Interea dux Romani militis Ventidius, prohibitum missus Parthos à Syria, post illos in Iudæam venit: verbo quidem vt Iosepho & qui vnà obsidebantur, ferret auxilium: re autem vera, vt pecunias auferret Antigono. Itaque cùm non longè ab Hierosolymis tetendisset, quæstu expletus, ipse quidem cum maxima exercitus parte discessit. Silonem verò cum paucis, ne furtum deprehenderetur, si omnes abduxisset, reliquit. Antigonus autem sperans iterum Parthos sibi adiumento fore, Silonem interim placabat: vt pendente spe, nihil inquietaret. Iam verò naui ex Italia in Ptolemaidem deuectus Herodes, non parua manu coacta externorum atque gentilium, per Galilæam aduersus Antigonum properabat, Ventidij & Silonis fultus auxilio: quibus Gellius ab Antonio missus, vt Herodem in regnum deducerent, persuasit. Horum autem Ventidius quidem turbas in ciuitatibus, quæ propter Parthos euenerant, componebat. Silonem verò Antigonus in Iudæa mercede corruperat. Non tamen Herodes opis egebat: in dies enim singulos, quo magis iter promouebat, augebantur eius copiæ. nam præter paucos omnis ei Galilæa consensit, & præpositum habebat præmium necessarium Massadam, vt primùm affines suos obsidione liberaret, sed impedimento fuit Ioppe. Hæc enim priùs, quòd hostilis esset, eximenda

Ant. lib. 14. cap. 24.

Παρὰ δὲ τὸν χεῖνον τῶτον, ἀντίγονος ἐπολιόρκει τοὺς ἐν μασάδᾳ, τοῖς μὲν ἄλλοις ἐπιτηδείως διαρκεμένους, ἀπανίζοντας δ' ὕδατος. διὸ καὶ ἰώσηπος ὁ ἀδελφὸς ἡρῴδου σὺν δισχιλίοις τῶν οἰκείων, διανοεῖν ἐβεβούλευτο εἰς ἄραβας, ἀκηκοὼς τὴν εἰς ἡρῴδην ἁμαρτημάτων μᾶλλον μεταμέλειαν. καὶ ἔφθη καταλιπὼν τὸ φρούριον, εἰ μὴ θεὸς τὴν νύκτα δ' ὁδὸν ἐπέβη πλεῖστον ὕσαι. τῶν γὰρ ἐμβοχείων ὕδατος ἀναπλησθέντων οὐκ ἔτ' ἔχρηζε φυγῆς, ἀλλ' ἐπεξήεσαν ἤδη τοῖς θεοῖ ἀντίγονον. καὶ τὰ μὲν, φανερῶς συμπλεκόμενοι, τὰ δὲ λοχῶντες συχνοὺς διέφθειρον. ὁ μὲν ἐν ἅπασιν δυσάχουν, ἔσι δ' ὅπη καὶ αὐτοὶ πάσχοντες ἀνέστρεφον. κἀν τούτῳ βεντίδιος ὁ ῥωμαίων στρατηγὸς πεμφθεὶς ὑπ' συρίας παρθους ἀνείργειν μετ' ἐκείνους εἰς ἰουδαίαν παρέλαβεν, λόγῳ μὲν ὡς βοηθήσων τοῖς θεοῖ ἰώσηπον, ἔργῳ δ' ἀντίγονον ἀργυρεύμενος. ἔγγιστα γοῦν ἱεροσολύμων αὐλισάμενος, ὡς ἐπλήσθη χρημάτων, αὐτὸς μὲν ἀνεχώρει μετ' πλείστης δυνάμεως. σίλωνα δὲ συμμεῖξαι καταλέλοιπεν, ὡς μὴ κατάφωρον τὸ λῆμμα ποιήσειε πάντας ἀπαναστήσας. ἀντίγονος δὲ πάλιν ἐλπίζων πάρθους ἐπαμύνειν αὐτῷ, καὶ σίλωνα τῶν ἐθεράπευσεν, ὡς μηδὲν ἐνοχλοίη πρὸς τὰς ἐλπίδας. ἤδη δὲ ἡρῴδης καταπεπλευκὼς ἐκ τῆς ἰταλίας εἰς πτολεμαΐδα, καὶ συναγωνοχὼς δύναμιν ἐκ ὀλίγων, ξένων τε καὶ ὁμοφύλων, ἤλαυνε δι' γαλιλαίας ἐπ' ἀντίγονον, συλλαμβανόντων βεντιδίῳ τε καὶ σίλωνος, οἷς ἄλλους ὑπ' αὐτωνίου πεμφθεὶς, ἡρῴδῃ συνεπάγειν ἔπεσεν. ἐτύγχανε δὲ βεντίδιος μὲν, ἐν ταῖς πόλεσι, τὰς δι' πάρθους ταραχὰς καθιστάμενος, σίλων δ' ἐν ἰουδαίᾳ, χρήμασιν ὑπ' αὐτοῦ διεφθαρμένος. ὁ μὲν ἡρῴδης ἰσχύος ἐπόρει, θεοῖσιν δὲ αὐτῷ, καθ' ἡμέραν ηὔξετο τὰ τῆς δυνάμεως, καὶ πλεῖον ὀλίγων, πᾶσα γαλιλαία προσέθετο. προὔκειτο μὲν οὖν τὰ ἀναγκαιότατον ἀγώνισμα μασάδα, καὶ τὸ ῥύσασθαι πρῶτον τοὺς οἰκείους ἐκ τῆς πολιορκίας. γίνεται δ' ἐμπόδιον ἰόππη. ταύτην γὰρ ἐχρῆν πολεμίαν οὖσαν, ἐξελεῖν πρό-

προτερον, ὡς μὴ χωρῶντος ἔτι ἱεροσολύμων, καὶ τάττει τὶ τοῖς ἐχθροῖς ἔρυμα καταλίποιτο. σιωῆπε ὁ κὴ σίλων ἀσμενίως τῆς ἀπαναστάσεως προφασιν εὑρών. ὡς ὁ προσέκειντο ἰουδαῖοι διώκοντες, ἔτι τάττει ἡρώδης ἐκδραμὼν μετ' ὀλίγου σίφυος, ξένης τ' ταχέως, κὴ σίλωνα διασώζει κακῶς ἀμυνόμενον. ἔπειτα ἱόππην ἑλὼν, πρὸς τὴν μασάδαν ῥυσόμενος τοὺς οἰκείους ἠπείγετο. κὴ τὸν ἔτι χωρίων, ὃς μὲν, παρρώα φιλία προσῆκεν, οἷς ὁ, τὸ αὐτὸ κλέος, οἷς ὁ τὸ δι' ἀμφοῖν εὐεργεσίας ἀμοιβή. πλείους γε μὴν ἐλπὶς, ὡς ἐκ βασιλέως εὐβάλε. δυσκίνητος ὁ ἤδη δύναμις ἤθροιτο. προϊόντα δ' αὐτίγονος ἐπήρθη, ταπεινὰ δεια τὸν παρόδων προλοχίζων. ἐν οἷς ἀδὴν, ἢ μικρὰ τοὺς πολεμίους ἐβλαπτεν. ἡρώδης ὁ τοὺς τε ἐκ μασάδας οἰκείους ὡδ' ἁλαβὼν ῥᾳδίως, & θρῆσαν τὸ φρούριον, ἦει πρὸς τὰ ἱεροσόλυμα. σιωῆπε ὁ αὐτῷ τὸ μὴ σίλωνος στρατιωτικὸν, & πολλοὶ τῷ ἐκ τῆς πόλεως τὴν ἰσχὺν καταπλαγήτες. στρατοπεδ δυσαμένῳ ὁ κατὰ τὸ πρὸς δύσιν κλίμα τὸ ἄστεος, οἱ ταύτης φύλακες, ἐτόξευόν τε κὴ ἐξεκόντιζον αὐτούς. ἄλλοι ὁ κατὰ ςῖφος ἐκθέοντος, ἀπεπειρῶντο τῆς πρώτης φάλαγγος. ἡρώδης ὁ, τὸ μὲν πρῶτον, κηρύσσειν ἔτι τὸ τεῖχος ἐκέλευεν, ὡς ἐπ' ἀγαθῷ τε παρίοι τὸ δήμου, κὴ ἔτι σωτηρία τῆς πόλεως, μηδὲν μήτε τοῖς ἐχθροῖς ἀμυνόμενος, δώσων ὁ κὴ τοῖς διαφορωτάτοις ἀμνηςίαν. ἐπεὶ ὁ ἀντιπαρηγόρουν οἱ πρὸς τὸν αὐτίγονον, ὅτε κατακούειν τῶν κηρυγμάτων εἴων τινας, ὅτε μεταβάλλεσθαι, τὸ λοιπὸν ἀμύνεσθαι τοὺς ἀπὸ τὸ τείχους ἐπέτρεπε τοῖς σφετέροις. οἱ ὁ, ταχέως ἅπαντας ἀπὸ τῶν πύργων ἐτρέψαντο τοῖς βέλεσιν. ἔνθα δὴ κὴ σίλων ἀπεκαλύψατο τὴν διάνοιαν. ὑπισχνούμενος γὰρ πολλοῖς στρατιώτῃ, παρὰ ἐν ὑπατικὰ ἀναβολὰν, κὴ χρήματά τε εἰς τροφὰς ἅπαντεῖν, ἀπάγειν τε σφᾶς χειμερινωτάτους εἰς τοὺς ὑπατικοὺς τόπους, ἐπειδὴ τὰ πρὸς τὴν πόλιν ἦν ἔρημα, πάντα τῷ πρὸς αὐτίγονον προπαρασκευασαμένων, σπένει τε τὸ στρατόπεδον, κὴ ἀναχωρεῖν ἐπείγετο. ἡρώδης δ' ἐντυγχάνων τοῖς τε ὑπὸ τὸν σίλωνα ἠγεμόσι, κὴ κατὰ πλῆθος τοῖς στρατιώταις, ἐδεῖτο μὴ καταλιπεῖν αὐτὸν, ὑπό τε κάματος κὴ ἀπορίας κὴ τῆς συσκλήτου προπεμφθέντα. λύσειν γὰρ αὐθημερὸν αὐτῷ τὰς ὑποσχέσεις. κὴ μὴν τὴν δόσιν, οὐδέπω ὁρμήσας αὐτὸς εἰς τὴν χώραν, ταυτὶ αὐτοῖς ὑπατικὰ ἀφορίαν ἐκόμισεν, ὡς πάσας ὑποκόψαι τὰς σίλωνος προφάσεις. εἴς τε τὰς ἑξῆς ἡμέρας μὴ λιπεῖν τὴν χορηγίαν προνοούμενος, ἐπέστελλε τοῖς πρὸ σαμάρειαν, ὡκειωτὸ ὁ ἡ πόλις αὐτῶν, σῖτον, κὴ οἶνον, κὴ ἔλαιον, κὴ βοσκήματα καταγειν εἰς ἱεριχοῦντα. ταῦτ' ἀκούσας ἀντίγονος, διέπεμψε πρὸς τὴν χώραν, εἴργειν κὴ λοχᾶν τοὺς σιτηγοὺς κελεύων. οἱ δ' ὑπήκουον, κὴ πολὺ πλῆθος ὁπλιτῶν ὑπὸ τὴν ἱεριχοῦντα συνηθροίσθη. διεκαθίζοντο δ' ὅτι τῶν ὀρέων ὡδ' αφυλάσσοντες τοὺς ταπεινὰ δια σκοπούμενος. ἡ μὲν ἡρώδης ἦρχεν. δέκα ὁ σπείρας ἀναλαβὼν, ὧν πέντε μὲν ῥωμαϊκὴ, πέντε δ' ἰουδαίων ἦσαν, ἐχρυσαν κὴ μεθοφόρους μιγάδας, πρὸς οἷς ὀλίγους τῶν ἱππέων, ὅτι τὴν ἱεριχοῦντα ὡδήγησεν. κὴ τὴν μὲν πόλιν

videbatur: ne dum ipse peteret Hierosolymam, receptaculum à tergo aliquod inimicis relinqueretur. Silo autem iungit agmina, inuenisse gaudens resistendi occasionem, quòd eum persecutio premeret Iudæorum. Hos autem Herodes paruæ manus excursatione perterritos, maturè in fugam vertit: & Silonem malè repugnantem, periculo eripit. Deinde capta Ioppe, suos liberaturus ad Massadam festinabat: dum indigenarum alios amicitia paterna sibi sociaret, alios ipsius gloria, nonnullos vtriusque beneficiis debita vicissitudo: plurimos tamen spes, vt à rege certissimo. Iámque validissimas quæsierat militum copias: sed Antigonus iter eius impediebat, loca insidiis opportuna præoccupans, vnde nullum aut minimum afferebat hostibus detrimentum. Herodes autem facilè receptis ex Massada pignoribus suis & rebus, à castello in Hierosolymam perrexit. Cui se Silonis milites & multi ex ciuitate iunxerunt, virium eius timore perculsi. Castris autem potitis ad occiduam regionem oppidi, custodes eius partis ipsum sagittis & iaculis impetebant: ab aliis verò per cuneos excurrentibus primæ frontis acies tentabantur. Herodes autem primò circa muros præconis voce declarari iussit, populi se bono & saluti ciuitatis aduenisse: pœnásque ab nullo quamuis manifesto inimico repetiturum, sed discordissimis etiam offensarum obliuionem daturum. Deinde cùm allocutionibus contrariis pars Antigoni obstaret, quò minus aut præcones exaudire, aut voluntatem mutare quispiam posset, quod reliquum erat, suis imperat murorum defensores deturbare: atque illi statim sagittis cunctos ex turribus in fugam verterunt. Ibique tunc Silonis derecta corruptio est. Multis enim militum subornatis, qui rebus egere se necessariis acclamarent, pecuniámque alimentis poscerent, atque hyemandi gratia in loca opportuna dimitti (nam ciuitati proxima deserta erant, ita omnibus ab Antigono antè prouisis) & incitabat exercitum, & ipse recedere conabatur. Herodes autem non solùm duces qui Siloni parerent: sed etiam milites vbi plurimi essent conueniendo, rogabat ne se destituerent, quem scirent à Cæsare & Antonio & senatu deductum, in vno die pollicitus eos penuria soluere. Deinde hæc precatus ipse agros adit: tantámque his exhibuit copiam commeatus, vt Silonis omnes accusationes perimeret, simúlque prospiciens, ne vel in posterum ministrare desinerent, accolas Samariæ per epistolas admonebat (nam ciuitas eius se clientelæ dederat) vt alimenta & vinum & oleum, & pecora in Hierichunta deferrent. Hoc vbi audiuit Antigonus, statim qui frumentatu hostes prohiberent, atque insidiis opprimerent, per agros dimittit. Illíque iussis obediunt, & magna iam manus armatorum super Hierichunta fuerat congregata. Discreti autem montibus insidebát, siqui exportarent victui necessaria speculantes. Non tamen Herodes otiosus erat, sed decem cohortibus comitatus, quinque Romanorũ, & quinque Iudæorum, quibus permixti erant etiam mercede conducti trecenti, præterea paucis equitibus Hierichunta peruenit: & ciuitatem quidem

vacuam habitatoribus reperit, quingentos verò cum mulieribus ac familiis montium occupasse cacumina. & hos quidem captos dimisit: Romani autem in reliquam ciuitatem irruunt, eámque diripuêre, cùm plenas domos offendissent omnigenis opibus. Rex autem apud Hierichunta præsidio collocato, reuersus est: Romanúmque militem in his quæ sibi accesserant ciuitatibus, hoc est Idumæa, & Galilæa, & Samaria, hyematurum dimisit: Antigonus quoque Silonis corruptione meruit, vt exercitus partem Lyddenses susciperent in Antigoni gratiam. Et Romani quidem armorum cura soluti, rebus omnibus abundabant. Herodes autem non quiescebat, sed Idumæam duobus millibus peditum, & quadringentis equitibus, misso etiam fratre suo Iosepho, communiuit, ne quid noui cum Antigono tentaretur. Ipse autem, matre cum aliis quos ex Massada liberauerat affinibus suis in Samariam translata, ibique tutissimè collocata vt cætera Galilææ subuerteret, atque Antigoni præsidia expelleret, proficiscitur. Cúmque Sephorim, licèt vehementissimè niteretur, peruenisset, facillimè ciuitatem capit, custodibus eius antè aggressionem fuga dilapsis: ibique suis militibus, quos hyems fatigauerat, recreatis (erat enim magna copia commeatus) aduersus latrones in spelunCis degentes direxit animum: qui pleraque illius regionis incursantes, non minoribus quã belli cladibus incolas afficiebant. Præmissis autem tribus peditum cohortibus, vnáque ala equitum in vicum Arbelam, ipse diebus quadraginta pòst cum reliqua manu superuenit. Nec tamen eius incursum hostes extimuêre, sed armati obuiam procedebant, peritia bellatoris fisi, & ferocitate latronis. Deinde prælio commisso, dextro ipsorum cornu, sinistrum Herodis in fugam pellitur. Ille autem de suo dextro circumgressus, velociter subuenit, & suos quidem à fuga retrahit: irruendo autem in hostes impetum persequentium refrenabat, donec à fronte pugnantes violentiæ concesserunt: qui tamen eos vsque ad Iordanem cædendo persequebatur: & magna fugientium parte peremptа, cæteri trans fluuiũ dissecti sunt: & Galilea metu est purgata, nisi quòd in spelUncis latitantes reliquerant, eorúmque causa diutius ibi remorandum fuit. Quamobrẽ primũ laboris fructum militibus rependebat, centum quinquaginta argenti drachmas singulis diuidendo: eorúmque ducibus multiplicatã summam ad hyberna mittendo. Pherorę autem fratri minimo scripsit, vt & foro venalium consuleret, muróque castellum Alexandrium cingeret: quæ ab illo curata sunt. Interea circũ Athenas versabatur Antonius. Ventidius autem ad bellum contra Parthos Silonem atque Herodem accersit: mandato eis per epistolas, vt Iudææ statum antè componerent. Sed Herodes, libenter ad Ventidium Silone dimisso, ipse aduersum latrones in spelUncis habitantes mouet exercitum. Istæ autem spelUncæ in prærUptis montibus erant, vndique inaccessæ, transuersósque tantùm ac peranguStos ascensus habebant: saxúmque ab earum fronte vsque ad fauces altissimas pertingebat,

Ant. lib. 14. cap. 24.

Ant. lib. 14. cap. 25.

καταλελειμμένω δείσκει. πεντακοσίους δὲ τοὺς ἄκρα κατειληφότας σὺν γυναιξὶ καὶ γλωσσῇς. αὐτοὺς μὲν οὖν, ἀπολύει λαβών. ῥωμαῖοι δ' εἰσπεσόντες, τὸ λοιπὸν ἄστυ διήρπασαν, πλήρεις καταλαμβάνοντες τὰς οἰκίας παντοίων κειμηλίων. ἐκεχειρώτου μὲν ἐν φρεσὶν ὁ βασιλεὺς καταλιπὼν ὑπέστρεψε, καὶ χειμερίσουσαν τὴν ῥωμαίων στρατιὰν εἰς τὰς μεσογειοτέρας πόλεις διέφθειρεν, ἰουδαίαν καὶ γαλιλαίαν, καὶ σαμάρειαν. ἐπέτυχε δὲ καὶ αὐτόνομος ὢν τῆς σίλωνος δωροδοκίας, ὑποδέξασθαι τὴν στρατιὰν μοῖραν ἐν λύδδοις θεραπεύων αὐτόνομον. καὶ ῥωμαίοις μὲν ἐν ἀφθόνοις διῆγον ἀειμένοις πρὸς ὅπλων. ἡρώδης δ' οὐ ἠρέμει. ἀλλὰ τὴν μὲν ἰουδαίαν διχιλίοις πεζοῖς, καὶ τετρακοσίοις ἱππεῦσι διελάμβανε, πέμψας τὸν ἀδελφὸν ἰώσηπον, ὡς μήτι νεωτερισθείη πρὸς αὐτῶνος. αὐτὸς δὲ τὴν μητέρα, καὶ ὅσους ἐκ μασάδας οἰκείους ἐξήγαγε, μεταγαγὼν εἰς σαμάρειαν. καὶ καταστησάμενος ἀσφαλῶς, ἦει τὰ λοιπὰ δ' γαλιλαίας καταστρεψόμενος, καὶ τὰς αὐτῶνος φρουρὰς ἐξελάσων. πρὸς δὲ τὴν σέπφωριν ἐν νιφετῷ σφοδρωτάτῳ διανύσας, ἀκμὴν ἐπιλαμβάνει τὴν πόλιν, πρὸ τῆς ἐφόδου τῶν φυλάκων ἐκφυγόντων. ἔνθα τοὺς ἐπομένους ὑπὸ τοῦ χειμῶνος κακωθέντας ἀναλαβών, πολλὴν δ' ἐν ἀφθονίᾳ τὴν ἐπιτηδείων, ὅτι τοὺς ἐν τοῖς ἀπηλαίοις ὥρμητο λῃσαὶ, οἱ πολλὴν τῆς χώρας καταῤῥέχοντες, καὶ ἐλάττω κακὰ πολέμου διετίθεσαν τοὺς ὑπηκόους. πρωτέμψας δὲ πεζῶν τεῖα τέλη, καὶ μίαν ἴλην ἱππέων πρὸς ἄρβηλα κώμην, αὐτὸς μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐπῆλθε μετὰ δ' λοιπῆς δυνάμεως. καὶ μὲν πρὸς τὴν ἔφοδον ἔδεισαν οἱ πολέμιοι, μὴ ἐν τῷ ὅπλων ἀπλοΐτων, τὴν μὲν ἐμπειρίαν πολεμικὴν ἔχοντες, τὸ δ' θράσος ληστρικόν. συμβαλόντες γοῦν τῷ σφετέρῳ δεξιῷ τὸ διώνυμον κέρας τῆς ἡρώδου ξέπονται, προελθὼν δ' ταχέως ἡρῴδης ἐκ τοῦ καθ' ἑαυτὸν δεξίου, προσβοήθει. καὶ τὸ μὲν οἰκεῖον ἐπέστρεφεν ἐκ τῆς φυγῆς. τοῖς δ' διώνυμον ἐμπίπτων, ἀπέκοπτε τὴν ὁρμὴν, μέχρι τοὺς κατὰ σόμα προσβολὰς μὴ φέροντες, ἐνέκλιναν. οἱ δὲ, ἕως ἰορδάνου κτείνειν εἵποντο, καὶ πολὺ μὲν αὐτῶν μέρος διέφθειρεν, οἱ λοιποὶ δ' ὑπὲρ τὸν ποταμὸν ἐσκεδάσθησαν, ὥς τε τὴν γαλιλαίαν κεκαθάρθαι φόβων, πλὴν καθόσον οἱ τοῖς ἀπηλαίοις ἐμφωλεύοντες ὑπελείποντο, καὶ ὅτι τούτοις ἔδει διατριβῆς. διὸ δὴ πρῶτον τοῖς στρατιώταις τὰς ἐκ τῆς πεπονημένων ὀπώρας ἀπέδιδου, διανέμων ἑκάστῳ δραχμὰς ἑκατὸν πεντήκοντα ἀργυρίου, καὶ τοῖς ἡγεμόσι πολυπλασίονα διέπεμψεν εἰς οὓς ἐχειμέριζον σαθμούς. φερώνῃ δὲ τῷ νεωτάτῳ τῆς ἀδελφῆς ἐπέστελλε τῆς τε ἀσφαλείας αὐτοῖς ποιεῖσθαι πρόνοιαν, καὶ τειχίζειν ἀλεξανδρεῖον. καὶφερῖνος ἀμφοτέρων ἐπεμελήθη. ἐν δὲ τούτῳ, πρὸς μὲν ἀθλιώνας διῆγε αὐτόνιος. βεντίδιος δ' ὅτι τὸν πρὸς πάρθους πόλεμον σίλωνά τε καὶ ἡρώδην μετεπέμψατο, κατασήσασθαι πρότερον ὅπισθεν, τὰ πρὸς ἰουδαίαν. ἡρώδης μὲν ἀσμένως σίλωνα πρὸς βεντίδιον ἀπολύσας, αὐτὸς ὅτι τοὺς ἐν τοῖς ἀπηλαίοις ἐξεράτιζεν. τὰ δὲ ἀπήλαια ταῦτα πρὸς ἀποκρήμνοις ὄρεσιν ἦν οὐδαμόθεν προσιτὰ, πλαγίας δὲ αὐτοὺς μόνον ἔχοντα στενοτάτας. ἡ δὲ κατὰ μέτωπον αὐτῆς πέτρα κατατείνει εἰς βαθυτάτας φάραγγας,

ὀρθο-

ὀρθιος ὑπερέπεσα τ χαράδρας. ὥστε τ βασιλέα μέ- A
χρι πολλῶ δ' ἀπορεῖν πρὸς τὸ ἀμήχανον τ τόπου, τε-
λευταῖον δ' ὀπτιοίᾳ χρήσασθαι σφαλερωτάτῃ. τοὺς γὰρ
ἀλκίμους καθιμῶσι ἐν λαρνακίοις εἰσιεῖ τοῖς σομίοις. οἱ δ'
ἀπείσφαττόν τε αὐτοὺς σὺν ὑλυσιν, καὶ πῦρ ἐνίεσαν τοῖς
ἀμυνομένοις. βουληθεὶς δ' ἐξ αὐτῶν καὶ πείσαι τινας
ἡρώδης, ἐκήρυξεν ἀποχωρεῖν πρὸς αὐτόν. τ δ' ἐθελου-
σίας δ' οὐδεὶς προσέθετο, καὶ τῶν βιαζομένων δ' πολλοὶ
τ αἰχμαλωσίας προείλοντο θανατον. ἐνθα καὶ τῶν γη- B
ραιῶν τις ἑπτὰ παίδων πατὴρ μὴ τ μηδὸς, δεομένοις
τοὺς παῖδας ὑπερθέσθαι σφίσιν ἐξελθεῖν ὅτι δεξιᾷ κλεί-
νῃ ζόφῳ τοιῷδε καθ' ἕνα προϊέναι κελεύσας, αὐτὸς ἵ-
στατο πρὸ τοῦ σομίου, καὶ τ ἀεὶ προϊόντα τῶν υἱῶν ἀπέ-
σφαττεν. ἐξ ὑπόπλω δ' ἡρώδης ὑποβλέπων, τῷ τε πάθει
συνεχέετο, καὶ τῇ φρεσβύτῃ δεξιαὶ ὤρεγε, φείσασθαι τῶν
τέκνων παρακαλῶν. ὁ δ' πρὸς ὀδὲν ἐνδοιὰς τ λεγομέ- C
νων, ἀλλὰ καὶ προσονειδίσας τὸν ἡρώδην εἰς ταπφότη-
τα, ὅτι τοῖς παισὶν ἀναιρεῖ καὶ τ γυναῖκα, καὶ καταβαλὼν
κατ' τ κρημνῶν τοὺς νεκροὺς τὸ τελευταῖον καὶ ἑαυτὸν ἔρρι-
ψεν. χρῆται μὲν οὖν τὰ πλάγια, καὶ τοῖς ἐν αὐτοῖς ἡ-
ρώδης. καταλιπὼν δ' τ στρατὸν μοῖραν ὅσην ἀποχρήσειν
ὑπελάμβανε πρὸς τὰς ἐπανάστασεις, καὶ πολεμαῖον
ἐπ' αὐτῆς, ὅτι σαμάρειαν ὑπέστρεφεν, ὁπλίτας μὲ τε-
χιλίους, ἱππεῖς δ' ἄγων ἑξακοσίους ἐπ' ἀντίγονον. ἔνθα
πρὸς τ ἀποχώρησιν αὐτῶν λαβόντες ἄδειαν, οἷς ἔθος ἦν D
θορυβεῖν τ γαλιλαίαν, κτείνουσι μὲν πολεμαῖον τὸν
στρατηγὸν ἀδοκήτως προσπεσόντες, ἐπόρθουν δ' τὴν
χώραν ποιούμενοι τὰς ἀναφυγὰς εἰς τὰ ἕλη, καὶ τὰ δυ-
σερεύνητα τῆς χωρίων. πυθόμενος δ' ἡρώδης τ ἐπα-
νάστασιν, ἀλλ' ταχέως ἐπεβοήθει. καὶ πολὺ μὲ αὐτῶν πλῆ-
θος διέφθειρεν, τὰ φεύγια δ' πάντα πολυορκίας ἀξε-
λῶν, ὅπερ ἦν μεταβολῆς εἰσπροσέταξε τῶν τῆς
πολεμίων ἑκατὸν τάλαντα. ἤδη δ' πάρθων μὲ ἐξελη- E
λαμένων, αἰχμαλώτου δ' πακόρου, βεντίδιος ὑπεῖλαν-
τος ἀντωνίου συμμάχοις πέμπει ἡρώδῃ καὶ ἀντιγόνου
χιλίους ἱππεῖς, καὶ δύο τάγματα. τούτων τ στρατηγὸν
μαχαιρᾶν ἀντίγονος ἱκέτευε δι' ὑπουλῶν ἑαυτῷ βοη-
θὸν ἀφικέσθαι. πολλὰ δὲ τε τῆς ἡρώδου βίας, καὶ
ἐπηρείας τῆς βασιλείας ἀποδυόμενος, καὶ χρήματα
δώσειν ὑπισχνούμενος. ὁ δ', ὡ γὰρ κατεφρόνει τὸ πέμ-
ψαντος, ἄλλως τε καὶ πλέον ἡρώδου διδόντος, εἰς μὲν
τὴν προθυμίαν, οὐκ ὑπήκουσεν. ὑποκινούμενος δὲ
φιλίαν, κατάσκοπος ἦλθε τῆς ἀντιγόνου πραγμάτων, ἡ- F
ρώδῃ μὴ πειθθεὶς ἀποξέπεσε. προσαδόμενος δ' αὐτὸ
τὴν δόλιον ἀντιγόνου, τὴν τε πόλιν ἀπέκλεισε,
καὶ ἀπὸ τῶν τειχῶν ὡς πολέμιον ἠμύνατο, μέχρις οὗ
δούμενος μαχαιρᾶς, εἰς ἀμμαοῦντα πρὸς ἡρώδην
ἐχώρει, καὶ πρὸς τὴν δυμπρίαν τεθυμωμένος, ὅ-
σους ἐπετύγχανεν ἰουδαίους ἀνῄρει, μηδεμίαν τῶν ἡ-
ρωδείων φειδὼ ποιούμενος, ἀλλ' ὡς ἀντιγονείοις χρώ-
μενος ἅπασιν. ἐφ' οἷς χαλεπαίνας ἡρώδης, ὥρμησε
μὲν ἀμυνάσθαι μαχαιρᾶν ὡς πολέμιον, κρατήσας G
δ' τῆς ὀργῆς ἤλασεν πρὸς αὐτάνιον κατηγορήσοντα τῆς
μαχαιρᾶ παρανομίας. ὁ δ' ἐν ὑπολογισμῷ τῶν ἡμαρ-
τημένων γινόμενος, ταχέως μεταδιώκει τε τὸν βασι-
λέα, καὶ πολλὰ δεηθεὶς, ἑαυτῷ διαλλάττει. ὁ μὲν ἡρώ-

rectum vallibus imminens, vt aliquandiu quidem rex pro loci difficultate quid ageret, incertus esset. Postremò autem placuit, vt molimine vteretur satis incauto. Etenim valentissimus quisque demissus arculis, exponebatur in ostia speluncarum. Hique cum familiis eos mactabant, ignémque repugnantibus iniiciebant. Cúmque aliquos ex his conseruare vellet Herodes, vt ad se accederent, voce præconis edixit. Sed illorum neque voluntarius se quisquam ei tradidit: sed & quos vis coëgerat, multi mortem captiuitati prætulerunt. Vbi etiam senior quidam, septem filiorum pater, orantes cum matre pueros, vt egredi sibi ad fœdera permitteret, occidit hoc modo: Iussit exire singulos, ipse ad ostium stabat, & prodeuntem quemque filiorum trucidabat. Herodes autem è specula hæc prospiciens, & dolore conficiebatur: & vt filiis parceret, seni dexteram cum precibus porrigebat. Ille autem dictis eius nequaquam mitior factus, insuper humilem animum Herodi exprobrauit. & post filios occidit vxorem: deiectísque desuper mortuis, postremò semetipsum præcipitem mittit. Speluncis igitur & qui in his erant ita subactis, Herodes relicta exercitus parte, quantum ne quis rebellare tentaret satis esse arbitrabatur, eique parti Ptolemæo præposito, in Samariam rediit: scutatorum quidem tria millia, sexcentos verò equites in Antigonum ducens. Túnque propter eius abscessum nacti licentiam, quibus Galilæam turbare mos erat, Ptolemæũ quidem ducem aggressi, nec opinantem interficiunt. Agros autem vastabant, in paludes atque in abditissima loca refugientes. Quibus cognitis Herodes maturè succurrit: & magnam quidem eorum multitudinem morte consumit. Omnibus autem castellis obsidione liberatis, huius mutationis causa mulctam exegit à ciuitatibus pecuniam, centum talenta. Iam verò Parthis expulsis, occiso etiam Pacoro, Ventidius Antonij literis monitus, equitum mille auxilia duarúmque legionum, aduersus Antigonum mittit Herodi. eorum autem ducem Machæram, vt se adiutum veniret, per epistolas rogauit Antigonus, & de iniuria Herodis multa conquestus, & pecuniam dare pollicitus. Sed is, nec enim ad quos missus fuerat, negligendum putabat, cùm præsertim plura daret Herodes, in proditione quidem ei non paruit, simulata verò amicitia res Antigoni exploratum perrexit, non admisso Herodis consilio, dissuadentis id fieri. Antigonus autem, quia præsensit quid cogitaret, ciuitatem ei clausit, & tanquam hostem arcebat à mœnibus, donec Machæram incepti puduit, & in Amathuntem ad Herodem recessit. Iratus autem quòd res aliter cesserat, quoscunque Iudæos offendisset interficiebat, vt nec vel Herodianis parceret: sed vt Antigonianis omnibus abutebatur. Hæc cùm ægrè ferret Herodes in Machæram quidem vindicare voluit, tanquam in hostem: iracundiam verò repressit, & ad Antonium properabat, apud eum accusaturus Machæræ iniquitatem. Ille autem delicta sua reputans

velociter regem consequitur: vtque in gratiam secum redeat, multis precibus efficit. Neque tamen Hero-

des à proposito suo reuocatus est quò minus ad Antonium pergeret. Sed cùm audisset eum magnis viribus oppugnare Samosatam, iuxta Euphratem validissimam ciuitatem, acriùs festinabat, opportunum hoc tempus esse perspiciens demonstrandæ virtutis, & vt magis magísque placeret Antonio. Denique mox vt ad eum venit, finem attulit obsidioni, multis Barbaris interfectis, magnáque prædæ parte sibi destinata: vt Antonius quidem, quanquam eius virtutem antea mirabatur, tamen etiam tunc magis eandem opinionem haberet, multúmque ad honores eius spémque regni adderet: Antiochus verò tradere Samosatam cogeretur.

CAP. XIII. De morte Iosephi, & obsidione Hierosolymæ per Herodem, & Antigono occiso. *Ant. lib. 14. cap. 25.*

DVm hæc agerentur, res Herodis in Iudæa tractæ sunt. Reliquerat enim Iosephum fratrem suum, qui omnia procuraret, cum mandatis huiusmodi, vt nihil ante reditum suum aduersus Antigonum moueret, quia non firmum esset auxilium Machærę, quantum ex delictis superioribus appareret. Verùm Iosephus, vbi fratrem procul abesse cognouit, immemor præceptorum, Hierichunta cum quinque cohortibus à Machæra secum missis petit, vt maturo messium tempore frumenta diripiat. Incursu autem hostium per montana atque aspera loca oppressus, & ipse cadit, magnam viri fortis in ea pugna gloriam consecutus, & omnes Romani milites pereunt. Recèns autem lectæ de Syria cohortes erant, nec veteranorum quenquam permixtum habebant, qui belli imperitis opitulari posset. Antigonus autem victoria minimè contentus fuit: sed eò processit iracundiæ, vt mortuum quoque Iosephum verberaret. Denique nactus corpora mortuorum, etiam caput eius abscidit, quamuis L. talenta Pheroras frater pretium redemptionis offerret. tanta verò nouitas post Antigoni victoriam Galilææ res occupauit, vt qui partibus eius magis fauerent, productos primates Herodis studiosos lacu submergerent: multáque in Idumæa quoque mutarentur, vbi Machæra castelli cuiusdam instaurabat mœnia, cuius nomen est Githa. nec horum quicquam Herodes audierat. Captis enim Samosatis Antonius, & præposito Syriæ Sosio iusso vt Herodem quoque aduersus Antigonum adiuuaret, discessit in Ægyptum. Sosius autem duabus cohortibus in Iudæam præmissis, quarum Herodes vteretur auxilio, ipse cum cætera manu militum sequebatur. Herodi autem degenti prope Daphnem Antiochiæ, mortẽ fratris somnia manifesta significant. Cúmque turbatus profiluisset è stratis, ecce nuncij cladis intrabãt: quare præ dolore paululùm questus, maxima parte luctꝰ dilata, in hostes properabat, vltra vires iter accelerans. & vbi ad Libanum venit, octingentos montis accolas assumit auxilio, vnámque his iungit Romanorum cohortem. cum quibus non expectata luce, Galilæam ingressus est, hostésque obuios in eum quem réliquerant locum auertit. & assiduè quidem castellum oppugnare tentabat: sed prius quàm id caperet, asperrima hyeme coactus, in vicum proximum recepit exercitum. paucis autem diebus pòst,

δης ἐπαύσατο τ θεὸς αὐτόνιον ὁρμῆς. ἀκμήσως ἢ αὖτ μᾶ πολλῆς δυνάμεως θεραπολεμοῦντα σαμοσάτοις, πόλις δ' ἔστιν Ἀφράτη πλησίον καρτερὰ, θᾶττον ἠπείγετο, τ καιρὸν ὁπτιδέιον ὁρῶν θεός τε ὑπίδεξιν ἀνδρίας, καὶ τῷ μᾶλλον ἀρέσασθαι τ αὐτόνιον. γίνε) γοῦν ἐπελθὼν τέλος αὐτοῖς τ πολιορκίας, πολλοὺς μὲν τῶν βαρβάρων ἀποκτείνας, πολλὰ δ' ἀποτεμόμενος λείας, ὡς τε τ μὲν αὐτόνιον θαυμάζοντα, καὶ πάλαι τὰ τ ἀρετῆς αὐτ, τότε μᾶλλον ἔτως ἔχειν, & πολὺ θεοθεῖναι τε ἄλλως αὐτ, & ταῖς εἰς τ βασιλείαν ἐλπίσιν. αὐτίοχον δ' τὸν βασιλέα ἀναγκαδῶναι τὰ σαμόσατα παραδοῦναι.

Κεφάλαιον ιγ'.

τῷ πᾶν κύκλῳ νάγμα, τοῖς ἀποβαίνουσι πλατὺ πε-
ίπατος. ὁ δὲ εἰσπλους βόρειος, ἀφελεώτατος γὰρ ἀπ-
έμων τῷ τόπῳ βορέας, καὶ ὅπι τὸ στόμα τος κολοσσοὶ
ζεῖς, ἑκατέρωθεν ὑπερεκείμενοι κίοσιν, ὧν τοὺς μὲν
ἐκ λαιᾶς χειρὸς εἰσπλέοντος πύργος νασὸς ἀνέχει,
τοὺς δὲ ἐκ δεξιᾶ, δύο ὀρθοὶ λίθοι συνεζευγμένοι, τῆ
καὶ θάτερον χεῖλος πύργου μείζονες. πρόσκεῖς δὲ
οἰκίαι τῷ λιμένι λαμπρᾶ καὶ αὐταὶ λίθου, καὶ κατα-
τείνουσι ἐπ' αὐτὸν οἱ στενωποὶ τῆ ἄστεος, πρὸς ἓν σχῆ- G
μα μεμετρημένοι, & τῆ στόματος ἄπικρις ναὸς καίσα-
ρος ὅπι μεγάλου, κάλλει καὶ μεγέθει σχήμασι,
ἐν δὲ αὐτῷ κολοσσὸς καίσαρος, ἐκ ἐλάσσων τῆ ὀλυμ-
πίου διός, ᾧ καὶ πρόσκεισθαι, ῥώμης δὲ ἴσος ἦρα τῇ
κατ' ἄργος. ἀνέθηκε δὲ, τῇ μὲν ἐπαρχίᾳ τὸν λιμένα,
τοῖς ταύτῃ δὲ πλοιζομένοις τὸν λιμένα, καίσαρι δὲ,
τὸν τιμὸν τῆ κτίσματος. καισάρειαν γοῦν ὠνόμα-
σεν αὐτὸν. ταῦτα τὸν λοιπὸν τῷ ἔργων ἀμφιθέαζον,

in posterioribus indicabimus. Quin & apud Hierichunta, inter castellum Cyprum & priores domos regias, meliores alias, & quæ commodiorem vium præberent aduenientibus fabricatas, eorundem amicorum nominibus vocitauit. Prorsus non est idoneus regni locus, quem honore Cæsaris nudum reliquerit. Postea verò quàm fines suos templis repleuit, in prouinciam quoque honores eius effudit, & in multis ciuitatibus templa, quæ Cæsaria vocantur, constituit. Cùm autem inter maritimas ciuitates vidisset vnam vetustate iam fessam, quæ Stratonos pyrgos vocabatur, & pro loci natura munificentiæ suæ capacem, totam eam candido saxo reparatam, clarissima regia decorauit, & in ea maximè innatam sibi animi magnitudinem demonstrauit. Nam inter Doram & Ioppen, quarum media ciuitas sita est, omnis ora maritima adeò fuit importuosa, vt omnes, qui ad Ægyptum ex Phœnice nauigarent, in salo fluctuare cogerentur, minas Africi metuentes: cuius etiam mediocris aura, tantas vndarum moles ad scopulos erigit, vt remeante æstu gurgitis, per aliquantum spatium maris feritas augeatur. Sed rex liberalitate ac sumptibus deuicta natura, Piræo maiorem portum fabricauit, & in eius penetralibus alias nauibus stationes fecit altissimas. Et quāquam totus ei locus aduersabatur, tamen ita cum difficultate certauit, vt firmitas quidem structuræ nequaquam mari cederet: pulchritudo verò tanta esset, quasi nulla res ardua præpedisset ornatum. Metitus enim quantum diximus portui spatium per viginti vlnas in profundum saxa demisit, quorum pleraque pedum quinquaginta longitudinis, & altitudinis nouem, & latitudinis decem, nonnulla verò etiam maiora fuerunt. Expleto autem spatio quod vnda celabat, in ducentos pedes murum dilatauit. Ex quibus centum repellendis erant fluctibus antè constructi, vnde etiam procymia dicebantur: cæteri autem saxeo portus quo cingitur muro subiecti sunt, magnis turribus interpositis, quarum maxima atque pulcherrima ex nepote Cæsaris Drusium cognominata est. Crebri autem fornices ad deducenda, quæ portus haberet: próque fornicibus & circum eos crepido saxea, & lata, quæ naues egredientes exciperet, deambulatio. aditus autem Septentrionalis erat. Ventorum enim pro situ loci placidissimus est boreas. ad ostium verò colossi tres, vtrinque fulti columnis: quarum à leua quidem intrantibus stantes solida turris sustinet: dextra verò duo proceri lapides iuncti, & partis aduersæ turris magnitudinem superantes. domus autem portui connexæ, candido item lapide: paríque mensura spatiorum, ciuitatis viæ tendentes in portum. Contra ostium verò portus, in colle, Cæsaris templum magnitudine simul & pulchritudine præcipuum: in eóque Cæsaris colossus non minor quàm Iouis apud Olympiam, cuius ad exemplar factus est, Romano autem par, & Iunoni quæ Argis est. Oppidum autem prouinciæ dedicauit, rebúsque aduecticiis portum, Cæsari verò conditoris honorem, vnde ciuitati nomen Cæsarææ imposuit. Quinetiam & cætera opera, forum,

Ant. lib. 15. cap. 10. 12. & lib. 17. cap. 5.

theatrum, amphitheatrum, digna vocabulo collocauit: & quinquennali certamine instituto, nomen ei Cæsaris donauit. Primúsque ipse in centesima nonagesima & secunda Olympiade maxima præmia proposuit: vt non solùm victores, sed & proximi & tertij successores eorum regalibus diuitiis potirentur. Anthedona quoque tenuatam, quam bella subuerterant, Agrippium vocauit: nimiáque beneuolentia, nomen amici etiam portæ inscripsit, quam ipse in templo ædificauit. sed nec parentes suos ita quisquam dilexit. nam & patri monumentum optimo regni campo ciuitatem condidit, fluminum arborúmque ditissimam, eámque Antipatridem nuncupauit. & super Hierichunta castellum natura tutum, & pulchritudine præcipuum, muro cinxit, atque in honorem matris Cyprum vocauit: fratríque Phasaëlo turrim, cognomine Phasaelidem Hierosolymis ædificauit, cuius ambitus & in magnitudine liberalitas postea declarabitur. Aliámque ciuitatem in regione quæ à Hierichunte in boream tenditur, Phasaelum nominauit. Cognatis autem & amicis æternæ gloriæ traditis, ne sui quidem fuit immemor: sed castellum contra montem Arabici lateris propugnaculo permunitum, de suo nomine Herodium vocauit: tumulúmque in mammæ formam manufactum, qui stadiorum sexaginta spatio ab Hierosolymis aberat, similiter nominatum, munificentius accurauit. Etenim rotundis quidem turribus cacumen eius amplexus est. Ambitum autem compleuit ædibus regiis liberalissimè exornatis: vt non solùm interna membrorum facies clarior esset, verùm etiam foris parietes ac maceriæ tectáque largis infusa diuitiis elucerent. Aquam etiam plurimam ingenti sumptu ex longo interuallo induxit, pérque ducentos gradus marmoris candidissimi fabricauit ascensum. Erat enim totus collis manufactus, & vehementer excelsus. Quin & aliam circa radices eius regiam, ac diuertoria, quæ & sarcinas & amicos recipere possent, ædificauit: vt pro rerum quidem omnium copia ciuitas esse videretur castellum: circumscriptione verò, domus regalis. Tantis autem constructis ædificiis, animi sui magnitudinem in plurimis etiam externis ciuitatibus demonstrauit. Namque apud Tripolim & Damascum & Ptolemaidem, publicas balneas quæ gymnasia dicunt: Bibli autem murum, exhedras verò & porticus, foráque & templa Beryti ac Tyri: necnon & apud Sidonem, & Damascum theatra condidit. Maritimis autem Laodicensibus aquæ ductum: apud Ascalona verò Nymphea siue lacus ornatissimos, & balneas, item peristylia, tam opere quàm magnitudine miranda constituit. Sunt quibus etiam lucos portúsque præstitit. Multæ ciuitates ab eo, tanquam regni sociæ, agris quoque donatæ sunt. Ad exhibitionem verò thermarum aliis reditus annuos ac perpetuos delegauit, quemadmodum Cois, ne quando beneficij gratia deficeret. ad hæc frumenta cunctis ministrauit egentibus: & Rhodiis ad instruendam classem pecunias sæpè multúsque in locis præbuit, incensúmque Pythium in meliorem formam reparauit sumptibus suis. Quid dicam eius in Lycios ſi ſa-

A

B

C

D

E

F

G

κὴ θέατρον, κὴ ἀμφιθέατρον ἄξια τ' ἀγωνισμάτων ἐποιήσατο, κὴ πενταετηρικοὺς ἀγῶνας κατέστησε μεγάλους, ὁμώνυμα ἐπάλεσεν ἀπὸ τῆς κλήσεως, φιλότιμος αὐτὸς ἆθλα μείζονα προθείς, ὅτι τ' ἐκατοστῆς ἑνενηκοστῆς & δευτέρας ὀλυμπιάδος, ἐν αἷς ἐμόνον οἱ νικῶντες, ἀλλὰ κὴ οἱ μετ' αὐτοὺς, κὴ οἱ τρίτοι τῆ βασιλικῆ πλούτου μετελάμβανον. ἀναιτίους δ' & ἀνθηδόνα τὴν ὑπ' ἀλλήλων κατηνειφεῖσαν ἐν πολέμοις, ἀγχίπτολιν προσηγόρευσε. κὴ δι' φίλου δὴ καθ' ὑπερβολὴν διάνοιας, κὴ ὅτι τῆς πύλης ἐκάλεσε τὸ ὄνομα, ἵνα αὐτὸς ἐν τῷ ναῷ κατασπάσασι. φιλοπάτωρ γε μὴν, εἰ καί τις ἕτερος. & γὰρ τῷ πατρὶ μνημεῖον κατέστησε, κὴ πόλιν, ἣν ἐν τῷ καλλίστῳ τ' βασιλείας πεδίῳ κτίσας, ποταμοῖς τε κὴ δένδρεσι πλουσίαν, ὠνόμασεν Ἀντιπατρίδα. κὴ τὸ καθ' ἱερειχοῦντος φρούριον, ὀχυρότητι κὴ κάλλει διαφέρον τειχίσας, ἀνέθηκε τῇ μητρὶ προσφυῶς Κύπρον. φασαήλῳ δ' τῷ ἀδελφῷ, τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ὁμώνυμον πύργον. ὃ τό, τε ὕψωμα, κὴ τὴν ἐν τῷ μεγέθει πολυτέλειαν διὰ τῆς ἑξῆς διηλώσομεν. κὴ πόλιν ἄλλην κτίσας κὴ τὸν ὑπὸ Ἱεριχοῦς ἰόντων αὐλῶνα πρὸς βορέαν, φασαηλίδα ὠνόμασεν. ἐδωδοὺς δ' ἀφθόνως, ἔς τε οἰκείους φίλους, ἀδὲ τῆς αὐτῆ μνήμης ἠμέλησεν, ἀλλὰ φρούριον ὑπερτειχίσας τῷ πρὸς ἀραβίαν ὄρει, προσηγόρευσεν ἡρώδιον ἀφ' ἑαυτοῦ. τὸν δ' μαστοειδῆ κολωνὸν ὄντα χειροποίητον ἑξήκοντα σταδίων ἀπόντα Ἱεροσολύμων, ἐκάλεσε μὲν ὁμοίως. ἐξήσκησε δ' φιλοτιμώτερον. στρογγύλοις μὲν γὰρ τοῖς ἄκραν φύγοις περιέσχεν, ἐπλήρωσε δ' τὸν περίβολον βασιλείοις πολυτελεστάτοις, ὡς μὴ μόνον τοῖ ἔνδον τῆ εἰκημένων ὄψιν εὖ λαμπρὰν, ἀλλὰ κὴ τοῖς ἔξωθεν τείχεσι, κὴ θερμοῖς κὴ ψυχροῖς, περικεχύσθαι τὸν πλοῦτον δαψιλῆ. πόρρωθεν δ' μεγίστοις ἀναλώμασιν ὑδάτων πλῆθος εἰσήγαγε, κὴ βαθμοῖς διακοσίοις λευκοτάτου μαρμάρου, τοῖ ἄκρου διέλαβεν. ἦν γὰρ ὅλη τὸ χωρίον ὀρθίως ὑψηλόν. κὴ παντοίως ποικίλον. κατεσκεύασε δ' & περὶ τὰς ῥίζας ἄλλα βασίλεια, τοῖ τε ἀποσκευὴν κὴ τοῖς φίλοις δέξασθαι δυνάμενα, ὡς τε πάνυ ἔχειν, πόλιν ἔνι δοκεῖν τὸ ἕρυμα, τῇ περιγραφῇ δ', βασίλειον. τοσαῦτα δ' οὐ κτίσας, πλείοσιν & τὴν ἔξω πόλεων τὸ μεγαλόψυχον ἐπεδείξατο. ζιπόλει μὲν γὰρ κὴ δαμασκῷ & πτολεμαΐδι, γυμνάσια, βίβλῳ δ', τεῖχος, ἐξέδρας τε κὴ στοὰς, κὴ ναοὺς, κὴ ἀγορὰς, ἔκτυπα κατασκευάσας κὴ τύρῳ, σιδῶνί τε μὲν κὴ δαμασκῷ θέατρα, λαοδικεῦσι δ' τοῖς θαλαττίοις, ὑδάτων εἰσαγωγὴν, ἀσκαλωνίταις δὲ, βαλανεῖα, καὶ κρήνας πολυτελεῖς. ἀφθόνως δ', ἀφείσυλα, θαύμασι τὴν τε ἐργασίαν & τὸ μέγεθος. εἰσὶ δ' οἷς ἄλση κὴ λειμῶνας ἀνέθηκε. πολλαὶ δ' πόλεις ὥσπερ κοινωνοὶ τῆς βασιλείας, & χώραν ἔλαβον παρ' αὐτοῦ γυμνασιαρχίας. ἄλλας δ' ἐπιτηδείοις τε κὴ δίκαιον ἐδωρήσατο προσόδοις, κατατάξας, ὥσπερ κῶος, ἵνα μηδέποτε ἐκλείπῃ τὸ χάρις. σῖτον γε μὴν πᾶσιν ἐχορήγησε τοῖς δεομένοις. κὴ τῇ ῥόδῳ χρήματα μὲν εἰς ναυτικὴν κατασκευὴν παρέσχε, πολλαχῆ δὲ κὴ πολλάκις. ἐμπρησθὲν δ' τὸ πύθιον, ἰδίοις ἀναλώμασιν ἄμεινον ἀνεδείματο. τί δεῖ λέγειν, τὰς εἰς λυκίους

ſi ſa-

Σαμίους δωρεάς, ἢ τὴν δι' ὅλου τὴν Ἰωνίας; ἐν οἷς ἐδεήθησαν ἕκαστοι δωφιλείας. ἀλλὰ ἀθληταί, καὶ Λακεδαιμόνιοι, καὶ Νικοπολῖται τε, καὶ τὸ κατὰ Μυσίαν Πέργαμον, ἀνάπλεῳ τῶν ἡρῴων δώρων ἀναθημάτων; ἢ ἡ ἀντιοχέων τῶν ἐν Συρίᾳ πλατεῖαν, ἀνάπλεῳ ὄντα ὑπὸ βορβορυγῦ, κατεστρωσέ τε σταδίων εἴκοσι τὸ μῆκος ὄντων ξεστῇ μαρμάρῳ, καὶ πρὸς τὰς ὑετῶν ἀποφυγὰς σκόσμησεν ἰσομήκεσι στοαῖς; ταῦτα μὲν ἄν τις εἴποι, ἴδια τῆς εὐπαθούντων ἡμῶν ἐκείνοις. τὸ δ' ἧλείοις χαρίσθαι, καὶ μόνον κοινὸν τῆς Ἑλλάδος, ἀλλ' ἅπασι τῆς οἰκουμένης δῶρον, εἰς ἓν ἡ δόξα τῆς ἐν ὀλυμπιάσιν ἀγώνων διῆκνεῖται. τούτοις γὰρ δὴ καταλυομένοις ἀπορεῖα χρημάτων ὁρῶν, καὶ τὸ μόνον λείψανον τῆς ἀρχαίας Ἑλλάδος ὑποῤῥέον, καὶ μόνον ἀγωνοθέτης ἧς ἐπιτυχὲ πενταετηρίδος εἰς Ῥώμην ἁπλοῦν ἐγένετο. ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ διηνεκὲς πόρος χρημάτων ὑπέδειξεν, ὡς μηδέ ποτε ἀγωνοθετοῦσαν τὴν μνήμην αὐτοῦ ἐκλιπεῖν. ἀνύστου δ' αὖ εἴη χρεῶν ἀγαλύσις, ἢ φόρων ἐπανέξινσις, καθάπερ Φασηλίταις καὶ Βαλανεώταις, καὶ τοῖς ἄνω Κιλικίας πολιχνίοις, ταῖς ἐτησίοις εἰσφοραῖς ἐπανεκόμισε. πλεῖον γε μὴν αὐτοῦ τὸ μεγαλονοίας ἔθαρσυνεν ὁ φόβος, ὡς μὴ δόξειεν ὄνειδος, ἢ τι θηρᾶσθαι μεῖζον, διεργάζεσθαι τὰς πόλεις πλέον τῆς ἐχόντων. ἐχρήσατο δὲ καὶ σώμασι πρὸς τὴν ψυχὴν ἀναλόγως, καὶ γενναῖος ἀεὶ θηρευτὴς ἦν ἄριστος ἀεὶ θηρώμενος, ἐν ᾧ μάλιστα δι' ἐμπειρίαν ἱππικῆς ἐπετύγχανε. μιᾷ γοῦν ἡμέρᾳ ποτὲ τεσσαράκοντα θηρίων ἐκράτησεν. εἰ δὲ καὶ συνέφορος ἦν ἡ χώρα, τὸ πλέον δ' ἐλάφων καὶ ὄνων ἀγρίων ὄντων. πολεμιστὴς ἀνυπόστατος. πολλοὶ γοῦν καὶ τῶν γυμνασίαις αὐτὸν κατεπλάγησαν, ἀκοντιστήν τε ἰδυβολώτατον, καὶ τοξότην δυσοχώτατον ἰδόντες. πρὸς δὲ τοῖς ψυχικοῖς, καὶ τοῖς σωματικοῖς προτερήμασιν, ἐχρήσατο δεξιᾷ καὶ τύχῃ. καὶ γὰρ ἀπαίσιος ἔπαιεν ἐν πολέμῳ, καὶ τῆς πταισμάτων ἐκ αὐτὸς αἴτιος, ἀλλ' ἢ προδοσία τινῶν, ἢ προπετείᾳ στρατιωτῶν ἐγένετο.

Κεφάλαιον ιζ.

ΤΑ᾽ς γε μὴν ὑπαθρίους δυσχερείας, ἡ τύχη τοῖς κατ' οἶκον αἰσθηροῖς ἐνέμεσησε, καὶ κακοδαιμονᾶν ἐν γυναικὸς ἤρξατο, πρὶ μὲν μάλιστα ἐπαιδεύσεν. ἐπεὶ γὰρ εἰς τὴν ἀρχὴν παρῆλθεν, ἀποπεμψάμενος μὲν ἰδιώτης ὢν ἔσχε γαμετὴν, ἐκ γένους μὲν ἱερατολύμων, λεγομένη δὲ ὄνομα, γαμεῖ Μαριάμμην τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀριστοβούλου θυγατέρα, δι' ἣν αὐτῷ σασαθῆναι συνέβη τὸν οἶκον, καὶ τάχιον μὲν, μάλιστα δ' ὑπὲρ τὸν Ῥώμης ἄφιξιν. πρῶτον μὲν γὰρ ἐκ τῆς δοκούσης ἰόν αὐτάδελφον ἔλαβε ταῖς Μαριάμμης, ἐφυγάδευσε τῆς πόλεως, μόνας ταῖς ἑορταῖς ἀφεὶς καταίνας. ἔπειτα τὸν πάππον τῆς γυναικὸς ὑρκανὸν, ἐκ Παρθυαίων πρὸς αὐτὸν ἐλθόντα, δι' ὑποψίαν ὑπουλῆς αἰτίλεν, ὃν ἠχμαλωτίσατο μὲν Βαρζαφάρνης καταδραμὼν συείαν, ἐζητήσαντο δὲ κατ' οἶκον οἱ ὑπὲρ Εὐφράτην ὁμοεθνεῖς, καὶ εἶχε τούτοις ἐπείδη παρῃνέσει μὴ ἀβλαβῆ πρὸς ἡρῴδην, ἐκ αὖ παραπώλετο. δέλεαρ δὲ αὐτῷ θανάτου τὴν ἡνίας ὁ γάμος κατέστη, τούτῳ γὰρ πεποιθὼς, καὶ θρασὺν τὸ παῤῥησίας ἐφιέμενος, ἦλθε. παρώξυνε δὲ ἡρῴδην, ἐκ αὐτὸς ἀνεπιτήδειος βασιλείας, ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ βασιλεύειν

aut Samios liberalitatem? pérque omnem Ioniam eorum quæ desiderasset quisque, largitiones? Nónne etiam Athenienses & Lacedæmonij, & Nicopolitani, & in Mysia Pergamus, Herodis sunt plena donariis? Nónne Antiochensium Syriæ plateam, cùm plena cœni ab omnibus vitaretur, per viginti stadia prolixam, strauit polito marmore: declinandisque imbribus, quàm longa esset porticibus ornauit? Sed hæc quidem propria quis dixerit illorum, quibus ea detulit, populorum. Quod autem Elidensibus præstitit, non solum Achaiæ commune, sed etiam totius orbis terræ munus videtur, per quem Olympiaci certaminis gloria diffunditur. Nam cùm hoc deficere sumptuum videret inopia, quódque solùm ex veteri Græcia restabat collabi, non solùm agonotheta ipse factus est, eo lustro, quod cùm Romam nauigaret, offendit: sed etiam perpetuos pecuniarum reditus instituit, vt nunquam eius memoria agonothetæ munere fungi desineret. Inextricabile opus fuerit, debitorum siue tributorum remissiones exponere, sicut Phaselitas & Balaneotas, aliáque circa Ciliciam municipia leuauit annuis pensionibus: licèt multùm eius animi magnitudinem timor fregerit, ne quam pateretur inuidiam: velut maius aliquid aucuparetur, si beneficiis amplioribus afficeret ciuitates, quàm qui eas haberent. Quin & corpore vsus est, quod animo conueniret. cúmque summus venator esset, in hoc tamen ipso equitandi peritia quæ cuperet assequebatur. Denique vno die quondam quadraginta feras subegit. Est autem aprorum altrix illa regio, sed magis ceruis & onagris frequentatur. Bellator autem erat, qui sustineri non posset. itaque multos etiam in exercitatione terrebat: quibus & torquendo iaculo directissimus, & sagittarum librator videbatur egregius. Præter animi autem corporísque virtutem, fortuna quoque secunda vsus est. Raro enim contra votum eius, belli cessit euentus. & si quando id accidit, non ipsius culpa, sed aut proditione quorundam, aut temeritate militum factum est.

CAP. XVII. De dissidio Herodis cũ filiis Alexandro & Aristobulo. Ant. lib. 15. cap. 3. 8. 9. & lib. 16. cap. 13.

AT verò publicam ei felicitatem mœrores inuidere domestici, & aduersi casus ex muliere cœperunt, quàm maximè diligebat. Nam quia regis metuit potestatem, repudiata quam priùs acceperat vxorem ex Hierosolymis genus ducentem, quæ Doris vocabatur, Mariamnem sibi coniunxit, Alexandri filiam Aristobuli filij, vnde domus eius in discordiam venit, & antea quidem, maximè verò postquam Roma regressus est. nam primum Antipatrum ex Doride filium, eorũ causa quos è Mariamne susceperat, expulit ciuitate: solis festis diebus eò commeandi facultate concessa. Deinde auum coniugis Hyrcanum, ex Parthis ad se reuersum propter insidiarum suspicionem peremit: quem captum quidem, occupata Syria, Barzapharnes abduxerat: miserati verò gentiles liberauerant, qui vltra Euphratem colebant. Et si monitis eorum paruisset, ne ad Herodem transiret, non interisset. Verùm mortis eius illicebra, fuit neptis matrimonium. hoc enim fretus, multóque amplius pa-

triam desiderans, venit. Herodem autem commouit, non quòd regnum affectaret, sed quòd ipsi iure

deberetur. Quinque autem filiorum quos ex Mariamne susceperat, duæ fœminæ, cæteri mares erant, horúmque minimo Romæ in studiis mortuo, duos maiores natu, & propter matris nobilitatem, & quod iam regnanti sibi fuissent geniti, regiè producebat. Sed enim fortior amor his Mariamnes suffragabatur: qui in dies singulos proficiens, adeò succendebat Herodem, vt eorum nihil sentiret quæ propter dilectam sibi dolerent. Tantum namque in eum Mariamnes erat odium, quantum ipse illam amabat. Habens igitur ex rebus quidem ipsis inimicitiarum probabiles causas, ex amore verò fiduciam, in os ei, quæ Hyrcano auo suo fecisset obiiciebat, quæque in fratrem Aristobulum egisset. Nec enim vel huic, quanquam puer erat, parcebat: quem pontificem in decimoseptimo ætatis anno creatum, post honorem statim occîdit. Atque ille quidem cum sacra veste amictus ad aram accessisset festo die, populus omnis illacrymauit: & tamen noctu missus in Hierichunta, ibi sicut mandatum fuerat, lacu submersus à Gallis interiit. Hæc igitur Herodi Mariamne probro dabat, sororémque eius & matrem maledictis atrocioribus dehonestabat. Sed ille quidem amore mutus erat. Graui autem indignatione mulieres sæuiebant: & quo maximè commoueretur Herodes, insi mulabant eam adulterij: præter alia multa, quæ verisimilia fingerentur, hæc accusantes, quòd in Ægyptum imaginem suam misisset Antonio: próque immoderata libidine, absentem se properasset ostendere viro mulierum cupidine insanienti, & qui vim posset inferre. Id veluti fulmen aliquod emissum perturbauit Herodem, maximè quidem amoris causa zelotypia succensum, deinde etiam cogitantem Cleopatræ sæuitiam, cuius gratia & Lysanias rex & Malichus Arabs erant perempti. Non enim coniugis amissione, sed morte sua periculum metiebatur. Itaque profecturus Iosepho Salomes sororis suæ viro, quem fidum habebat, & pro affinitate beneuolum, commendabat vxorem: mandato ei clàm, vt eam interficeret, si etiam se occidisset Antonius. Verùm Iosephus non malignè, sed regis amorem mulieri cupiens demonstrare, quòd ab ea nec mortuus pateretur diuelli, secretum ei sermonem aperit: Et illa reuerso Herode, multáque inter fabulas de affectu iurante, quódque nunquam esset alterius mulieris amore captus, Valde, inquit, amor erga nos tuus mandatis Iosepho comprobatus est, quibus vt me occideret præcepisti. His auditis quæ occulta credebat, amens erat Herodes ilicò: nec vnquam Iosephum mandata sua proditurum fuisse ratus, nisi eam corrupuisset, præ dolore insaniebat. Cúmque stratis exiluisset, in regia spatiatur: ibique tunc Salome soror eius arrepto tempore criminandi, suspicionem de Iosepho confirmauit. Vnde Herodes immoderata zelotypia furens confestim vtrunque iussit interfici. Deinde pœnitudo sequebatur insaniam: & postquam iracundia concidit, amor iterum calescebat. Tanta vis autem cupidinis erat, vt ne mortuam quidem putaret eam, sed præ ægritudine tanquam viuam alloqueretur: donec processu temporis funere cognito, mœroris magnitudine eum

ἐπέβαλλεν αὐτῷ. τῷ δ' ὑπὲρ μὲν Μαριάμμης τῶν τέκνων αὐτῷ ἠμυνθύων. δύο μὲν θυγατέρες, ξεῖς δ' ἦσαν υἱεῖς, ἡ τύχη ὁ νεώτατος μὲν ἐν ῥώμῃ παιδὸς ὁμήλιξ, τελευτᾷ. δύο δὲ τοὺς πρεσβυτέρους βασιλικῶς ἦγε, δι' ἃ τε τὴν μητέραν εὐγένειαν, καὶ ὅτι βασιλεύσοντι γεγένηται αὐτῷ. τὸ δὲ τέκνων ἰσχυρότερον, ὁ μὲν Μαριάμμης ἔρως συνήργει, καθ' ἡμέραν ἐπικαίων ἡρῴδην λαβερώτερος, ὡς μηδενὸς τῷ δι' ἃ τὴν συμφορὰν λυπηρῶν αἰσθάνεσθαι. τοσοῦτον δὲ μῖσος εἰς αὐτὸν ἡ Μαριάμμης, ὅσος ἐκείνης πρὸς αὐτὴν ἦν ἔρως. ἔχουσα δὲ τὴν μὲν ἀπέχθειαν ἐκ τῆς πρὸς μητρὸς ἀλογίας, τὴν δὲ παῤῥησίαν ἐκ τοῦ φιλεῖσθαι, φανερῶς ὠνείδιζεν αὐτῷ, ἃ κατὰ τὸ πάππον ὑρκανὸν, καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀριστόβουλον. ἐδρᾶ γὰρ τούτοις καθάπερ ὄντος παιδὸς ἐφεῖστο. δοὺς μὲν αὐτῷ τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπ' ἀκμῇ δικαίᾳ, μετὰ δὲ τὴν πρώτην κτείνας ἀριστόβουλον. ἐπειδὴ τὸ ἱερὸν εἰσῆλθε λαμβάνοντι, καὶ τῷ βωμῷ προσελθόντι, καθ' ἑορτὴν, ἄθρους ἐπεδάκρυσε τὸ πλῆθος. πέμπεται μὲν οὖν ὁ παῖς δεῦρο νυκτὸς, εἰς Ἱεριχοῦντα. ἔνθα δὴ κατὰ τὸν τοῦ ἁλμυροῦ βαπτιζόμενος, ἐν κολυμβήθρᾳ τελευτᾷ. δεῦρο ταῦτα πρῴδην τε ὠνείδιζεν ἡ μιριάμμη, καὶ ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ καὶ ἡ μήτηρ, δεινὰς ἐξύβιζε λοιδορίας. ἀλλ' ἐμὲ, πεφίμωτο τοῖς ἐμοῖς. δεινὴ δὲ γὰρ γυναῖκας ἀγανάκτησις εἰσῆει, καὶ πρὸς ὃ μάλιστα κινήσειν τὸν ἡρῴδην ἔμελλον εἰς μοιχείαν διέβαλλον αὐτὸν, ἀλλά τε πολλὰ πρὸς τὸ πιθανὸν συνῳδυάζομεναι, καὶ κατηγορῶσαι διότι τοῦ εἰκόνα τοῦ ἑαυτῆς πέμψειεν εἰς ἀγρίππαν αὐτοκράτορα, καὶ δι' ὑπερβολὴν ἀσελγείας, ἀποῦσαν δόξειεν ἑαυτὸν ἀνδρὶ γυναικομανοῦντι, καὶ βιάζεσθαι δυναμένῳ. τοῦτο ὥσπερ σκῆπτος ἐμπεσὸν, ἐτάραξεν ἡρῴδην, μάλιστα μὲν διὰ τὸν ἔρωτα ζηλοτυπούμενος ἔχοντα, λογιζόμενον δὲ καὶ τοῦ κλεοπάτρας δεινότητα. διὰ δὲ λυσανίας τε ὁ βασιλεὺς ἀπῆρτο, καὶ μάλχος ὁ ἄραψ. ἁ γὰρ ἀφαιρήσει γαμετὴς ἐμέτρει τὸν κίνδυνον, ἀλλὰ θανάτῳ. μέλλων οὖν ἀποδημεῖν, ἰώσηπον τῷ ἀνδρὶ σαλώμης τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ, πιστὸν δὲ καὶ δι' ἃ τὸ κῆδος δίνους, ἐπιτρέπεται τοῦ γυναῖκα κρύφα δοὺς ἐντολὰς ἀναιρεῖν αὐτοῦ εἰ κἀκεῖνον ἀπολοῖτο. ὁ δὲ ἰώσηπος ὕπ' ἀκοπόθως, ἀλλὰ τὸν ἔρωτα τῆς βασιλέως ἐπιδεικνύμενος τῇ γυναικὶ βουλόμενος, ὡς δὲ ἀποθανὼν αὐτῆς ἐπομόσαι δι' ἀχθῶν, τὸ ἀπόῤῥητον ἐκφέρει. κἀκείνη πρὸς ἐπανήκοντα τὸν ἡρῴδην, πολλά τε περὶ τοῦ πρὸς αὐτοῦ πόθου ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἐπομνύμενον, καὶ ὡς οὐδὲ ἐφαίνετο ποτὲ γυναικὸς ἄλλης πάνυ χρεὼν εἶναι τὰς πρὸς ἰώσηπον ἐντολὰς ἐπεδείξω τὸν εἰς ἡμᾶς ἔρωτα, κτείναι με προσέταξας. ἐκφρων δι' ὀργὴν ἀκούσας τὸ ἀπόῤῥητον λοῦ, καὶ ἃ οὐ πάντων ἰώσηπον ἐξαγγεῖλαι τοῦ ἐντολὰ φάμενος, εἰ μὴ διαφθείρειν αὐτὸν, ἐνθυσιάσας τῷ πάθει, ὁ τῆς καίσης ἐξαλλόμενος, αὖθις ἐν τοῖς βασιλείοις ἀνελέγετο. καὶ τούτῳ σαλώμη ἡ ἀδελφὴ τὸν κομιεῖν εἰς τὰς ἀγκοινὰς ἁρπάσασα, τοῦ εἰς τὸν ἰώσηπον ἐβεβαίωσεν ὑποψίαν. ὁ δὲ ὑπ' ἀκράτου ζηλοτυπίας ἐπμανεὶς, ἀθρόον κτείνειν προσέταξεν ἀμφοτέρους. μετάνοια δ' αὖθις εἴπετο τῷ πάθει, καὶ τὸ θυμοῦ παυσάμενος, ὁ ἔρως πάλιν ἀνεζωπυρεῖτο. τοσαύτη δὲ λοῦ ἐπεγένετο τῆς ὀλιθυμίας ὡς μηδὲ τεθνάναι δοκεῖν αὐτὴν, ἀλλὰ δι' ἀκράτειαν ὡς ζώσῃ προσλαλεῖν, μέχρι τοῦ χρόνῳ διδαχθεὶς τὸ πένθος ἀπάλλαγον τοῦ λύπῃ ἔχε, τῇ πρὸς

τῇ πρὸς πατρουσίαν διαθέσει. κληρονομῶσι δὲ τῆς μη- A
τρῴας οἱ παῖδες ὀργῆς, καὶ τὸ μύσος ἔννοιαν λαμβάνον-
τες, ὡς πολέμιον ὑφεώρων τὸ πατέρα, καὶ πρότερον μὲν
ὅτι ῥώμης παρὰ δόμιον. πλέον δέ, ὡς εἰς ἰουδαίαν ὑπέ-
στρεφαν. συνῆδρωτο δ' αὐτοῖς ταῖς ἡλικίαις ἡ διάθε-
σις. ὅτι δὲ γάμων ἔχοντες ὥραν, ὁ μὲν, τὴν τηθίδος σα-
λώμης, ἣ τῆς μητρὸς αὐτῶν κατηγόρησεν. ὁ δέ, ἔγημε
ἀρχελάου τοῦ καππαδοκῶν βασιλέως θυγατέρα. B
προσελάμβανον ἤδη τοῦ μίσους καὶ παῤῥησίαν. ἐν δὲ τοῖς
θεάτροις αὐτοῖς, ἀφορμὰς οἱ διαβάλλοντες ἐλάμβανον,
καὶ φανερώτερον ἤδη τοῦ βασιλέως διελέγοντό τινες, ὡς
ὅπως βουλεύοιτο μὲν ὑπ' ἀμφοτέρων τοῦ υἱοῦ. ὁ δὲ ἀρχε-
λάῳ κηδεύσας καὶ φεύγειν συμβουλεύοιτο, τοῦ πεν-
θεροῦ προποιθὼς, ἵνα ὅπως κατηγορήσῃ
αὐτοῦ κατηγορήσῃ. ἀναπλησθεὶς δὲ τοῦ διαβολῶν ἡρώδης ὥσπερ ὅπλοπει-
χισμα τοῖς υἱοῖς, καταγεῖ τὸν ἐπ' ἀμφοῖν δωρεὰν ἀντίπατρον, καὶ πάντα τρόπον προτιμᾶν ἀρχέταν. τοῖς δὲ ἀφό- C
ρητος ἦν ἡ μεταβολὴ, καὶ τὸ ἐξ ἰδιώτου μηδὲν ὁρῶντες προκόπτοντα, διὰ τὴν αὐτοῦ δυσφύειαν ἐκ ἐπιφέρων
τὸ ἀγανακτήσεως. ἐφ' ἑκάστῳ δὲ τοῦ ἀναρῶν, τὸ ὀργὴν
ἐξέφαινον. ὡς δὲ οἱ μὲν καθ' ἡμέραν προσίσαντο μᾶλ-
λον. ὁ δὲ ἀντίπατρος ἤδη καὶ δι' αὐτὸν ἐσπουδάζετο, δει-
νότατος μὲν ὢν ἐν ταῖς πρὸς τὸν πατέρα κολακείαις,
διαβολὰς δὲ κατὰ τῶν ἀδελφῶν ποικίλας ἐκπυδάζό-
μενος, καὶ τὰ μὲν, αὐτὸς λογοποιῶν, τὰ δὲ, τοῖς ὑπηδείοις
φημίζειν καθιεὶς, μέχρι παντάπασι τοὺς ἀδελφοὺς D
ἀπέῤῥηξε τῆς βασιλικῆς ἐλπίδος. καὶ δὴ ἐν ταῖς διαθή-
καις, καὶ φανερῶς, αὐτὸς ἦν ἤδη διάδοχος. ὡς βασι-
λεὺς γοῦν ἐπέμφθη καὶ πρὸς καίσαρα, τοῦ τε κόσμου,
καὶ ταῖς ἄλλαις θεραπείαις, πλὴν διαδήματος χρώ-
μενος. χρόνῳ δὲ ἐξίσχυσεν εἰσαγαγεῖν ὅπως τὴν μα-
ριάμμης κοίτην τὴν μητέρα. δυσὶ δὲ ὅπλοις κατὰ
τῶν ἀδελφῶν χρώμενος, κολακείᾳ καὶ διαβολῇ, τὸν
βασιλέα καὶ πρὸ θανάτου τοῦ υἱοῦ ὑπεργάσατο. τὸν E
γοῦν ἀλέξανδρον σύρας μέχρι ῥώμης ὁ πατὴρ, καὶ ἐφ'
ἑαυτῷ φαρμακείας, ἔκρινεν ὅπως καίσαρος. ὁ δὲ δώρων
μόλις ὀλοφυρμοῦ παῤῥησίαν, καὶ δικαίως ἐμπειρότε-
ρον αὐτιπάτρου, καὶ ἡρώδου φρενιμώτερον, τὰ μὲν ἁ-
μαρτήματα τὰ πατρὸς αἰδημόνως ὑποσείλατο. τὰς δὲ
αὐτοῦ διαβολὰς, ἰσχυρῶς ἀπεδύσατο. καθαρὸν δὲ καὶ τὸν
ἀδελφὸν ἀποδείξας κοινωνοιῶτα τοῦ κινδύνων, ὅτως
ἤδη τότε ἀντιπάτρου πανοῦργον, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀπιμίαν ἀ- F
πωδύρετο. σωτήριον δὲ αὐτῷ μὴ καθαρεῦσαι τὸ σωφρόνως, ἢ σοφοὶ λόγοις ἰσχύς. ἐν δὲ δὴ δεινότατος εἰπεῖν. καὶ
τὸ τελευταῖον φάμενος, ὡς τοῦ πατρὶ κτείνειν αὐτοὺς
ὄφελον, εἰ δὴ προτίθεται τὸ ἔγκλημα, προήγαγε μὲν εἰς
δάκρυα πάντας. τὸν δὲ καίσαρα διέθηκεν οὕτως, ὡς
ὑπογνῶναι μὲν αὐτοῦ τὰ κατηγορημένα, διαλλάξαι δὲ
ἡρώδῃ εὐθέως. αἱ διαλλαγαὶ δὲ ὅπι τούτοις ἦσαν,
ὥστε ἐκείνους μὲν τοῦ πατρὶ πάντα πειθαρχεῖν, τὸν G
δὲ, τὴν βασιλείαν καταλιπεῖν ᾧ βούλεται. μετὰ
ταῦτα δὲ ὑπὸ ῥώμης ὑπέστρεφεν ὁ βασιλεύς, τοῦ μὲν
ἐγκλημάτων ἀφικέναι τοὺς υἱεῖς δοκῶν, τῆς δὲ ὑποψίας
ἐκ ἀπηλλαγμένος. παρηκολούθει δὲ αὐτιπάτρος
ἡ τῷ μίσους ὑπόθεσις, ἀλλ' εἰς γε τὸ φανερὸν τὴν ἀπέ-
χθειαν ἐκ ἐξέφερε, τὸν διαλλακτὴν αἰδούμενος.

quo superstitem dilexerat æquauit affectum. Maternæ autem iracundiæ succedunt filij, & immanitatem sceleris reputantes, non aliter suspectum patrem quàm si hostis esset, habebant: idque & antea, quàm diu Romæ in studiis erant, & multò magis postquam in Iudæam reuersi sunt. Siquidem cum ætatibus eorum, mentium quoque roborabatur affectio. Iam verò maturi coniugio, vnus amitæ suæ Salomes, quæ matrem amborum accusauerat, filiam duxit: alter Archelai Cappadocum regis. Vnde accessit etiam libertas odio, & occasiones ex eorum confidentia delationibus collatæ sunt. Itaque apertiùs quidam cum rege colloquebantur, quòd ei per vtrumque filium structurentur insidiæ: & alter quidem vltrices materni exitij simul cum fratre armaret manus: alter verò, hoc est Archelai gener, socero fretus etiam fugam pararet, ipsum apud Cæsarem accusaturus Herodem. His igitur criminationibus repletus Herodes, veluti propugnaculo sibi futurum aduersus filios, adduxit Antipatrum ex Dotide susceptum: hísque illum præponere modis omnibus cœpit. Qui cùm hanc mutationem tolerabilem non putarent, ac priuata matre editum proficientem viderent, indignationem cohibere pro sua nobilitate non poterant: sed in singulis quibus offenderentur, iram prodebant. Et illi quidem in dies singulos magis magísque negligebantur. Antipater autem etiam sui causa fauorabilis erat: nam & patri blandiri callidè nouerat, & varias in fratres suos calumnias conferebat, quædam ipse dictitans, amicos verò suos ad alia diuulganda submittens, donec omnino spem regni abscidit fratribus suis. In testamento enim ipse apertè quoque iam successor fuerat declaratus. Denique tanquam rex etiam ad Cæsarem missus est, cultúque regio & cæteris obsequiis præter diadema vtebatur. Tempore autem voluit etiam suam matrem in cubile Mariamnes inducere: duobúsque armorum generibus in fratres vsus, blanditiis & calumniis regi obrepsit vt etiam de filiorum morte cogitaret. Quapropter Alexandrum quidem secum Romam pater abstractum, veneni sibi dati reum apud Cæsarem postulauit. Ille autem vix deplorandi copiam nactus, & licèt apud imperitissimum iudicem, tamen Herode & Antipatro prudentiorem, delicta quidem patris verecundè suppressit: in se verò delata crimina fortiter diluit: periculorúmque socio fratre purgato, mox de Antipatri calliditate, & de suis iniuriis questus est: cùm præter innocentiæ conscientiam eloquentia iuuaretur. erat enim acerrimus in dicendo. postremò prolocutus quòd eos pater libenter occideret, crimen illi obiecit. & lacrymas quidem cunctis excussit: verùm Cæsarem sic affecit, vt eorum accusationibus spretis, Herodem statim reuocaret in gratiam. Hac autem lege reconciliatio facta est, vt adolescentes quidem patri in omnibus obedirent, ille autem relinqueret regnum cui vellet. Postea rex Roma reuersus, licèt soluisse crimini-
bus filios videretur, nondum tamen erat suspicionibus liberatus: quoniam argumentum odij sequebatur Antipater, etsi verecundia reconciliatoris palàm proferre inimicitias non auderet.

Ant. lib. 16. cap. 4.

Cùm autem Ciliciam præternauigans Eleusam delatus esset, suscepit eum benignissimè Archelaus, pro salute generi gratiam referens, & redintegratæ concordiæ causa lætus: quippe nihil moratus amicis Romæ scripserat, vt in causa dicenda suffragarentur Alexandro: & vsque ad Zephyrium deduxit talentis xxx. donatum. Postea verò quàm Hierosolymam peruenit Herodes, populo conuocato, tribúque filiis propè astantibus causam reddit profectionis: multáque Deo gratias agit, multas etiam Cæsari, qui domus suæ perturbationem sedasset: &, quod regno maius esset, concordiam filiis præstitisset, quam ego, inquit, arctiùs copulabo. Nam ille quidem me regni dominum & successorum iudicem constituit. Ego autem cum mea commoditate illi gratias refero, tréque filios meos reges designo, huiúsquæ sententiæ meæ socium primum Deum fieri precor, deinde vos. Namque huic ætas, illis nobilitas successionem regni conciliat, & quidem magnitudo eius etiam pluribus sufficit. Quos autem Cæsar iunxit, & pater instituit obseruate: non iniustis eos, neque disparibus, sed meritis colentes honoribus. Nec enim tanta quis afficiet eum lætitia, cui præter ætatem obsequitur, quantum ei, quem despiciet, doloris infliget. Quos autem singulis coniunctos esse oporteat propinquos atque amicos, ego distribuam, & concordiæ sponsores illos constituam: pro certo sciens, sedi tionum contentionúmque causas ex contubernalium nasci malitia: hósque si boni fuerint, affectiones tueri. Rogo autem vt non solùm isti, sed etiam primates ordinum exercitus mei, in me solo spem habeant in præsentia. Non enim regnum, sed regni honorem filiis meis trado: & iucunditate quidem quasi rectores potientur, pondus autem rerum tamen nolim, meum est. Consideret autem quisque vestrum ætatem meam, vitæque institutum, necnon etiam pietatem. nam neque senex ad eò sum, vt de me citò desperetur: neque voluptatibus assuetus, quæ adolescentium quoque vitam spacio breuiore concludunt. Diuinitatem verò ita coluimus, vt in longum nos æuum progressuros esse credamus, quòd si quis in contemptum meum filiis meis placere maluerit, etiam pro illis mihi supplicium dabit. Ego enim, non quòd inuideam ex me genitis, honorificè eos habeo: sed quia noui hæc studia adolescentibus ferociæ nutrimenta fugerere. Itaque si cogitent qui ad eos se applicant: bonis quidem apud me paratum esse præmium, seditiosis verò apud ipsos etiam quibus lenocinabantur, infructuosam fore malignitatem, omnes profectò mecum, hoc est, cum filiis meis sentient. Namque ipsis expedit me regnantem, méque his esse concordem. Vos autem, ô boni filij, sacram primùm retinentes mente naturam, cuius affectiones inter feras bestias saluæ sunt, deinde Cæsarem qui nos reduxit in gratiam, méque tertium qui ea quæ iubere liceat rogem: fratres permanete. Iam nunc autem vobis & vestimenta, & obsequia dabo regalia: Deúmque oro vt conferret iudicium meum, si concordes eritis. Hæc locutus, singulos benignè consalutauit,

ὡς ἦ πρὸς κιλικίαν ἀπαντῶν κατῆρεν εἰς ἐλεοῦσαν, ἐπέστειλε μὲν αὐτοῦ φιλοφρόνως ἀρχέλαος, ὑπὲρ τῆς γαμβροῦ σωτηρίας διαλεγόμενος, καὶ τῆς διαλλαγῆς ἐφησθέντος, ὡς αὐτῷ ἐπέκειτο γεγραφὼς τοῖς ἐν ῥώμῃ φίλοις, συλλαμβάνειν ἅπαντας τῷ ἀλκίμῳ ἀλεξάνδρῳ. ἔπεμπεν ἢ μέχρι ζεφυρίου δῶρα δοὺς, μέχρι τεσσαράκοντα ταλάντων. ὡς ἢ εἰς ἱεροσόλυμα πρώτης ἀφικνεῖται, συναγαγὼν τὸ λαὸν, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ υἱοῖς ἅπασι παρόντας, ἀπελογεῖτο ὧν εἰς τὸ δυσθυμίας. καὶ πολλὰ μὲν εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ, πολλὰ ἢ καίσαρι κατασταθέντι τὸν οἶκον αὐτοῦ τετραγμένον, καὶ μεῖζόν τε τοῖς ἐμοῖς ἅπασι τῆς βασιλείας τέλειν ὁμόνοιαν, ἣν αὐτὸς ἐφαρμόσαι μᾶλλον. ὁ μὲν γὰρ κύριον ἐμὲ τῆς ἀρχῆς καὶ δικαιοῦντα τὸ διαδόχου κατέστησεν, ἐγὼ ἢ μετὰ τοῦ συμφέροντος ἑαυτῷ κἀκεῖνον ἀμείβομαι. τοὺς δὲ τοὺς ἐμοὺς παῖδας ὑποδείκνυμι βασιλέας, καὶ τῆς γνώμης πρῶτον τὸν θεὸν σύμψηφον, ἔπειτα καὶ ὑμᾶς ἅπαντας ἡγεῖσθαι. τῷ μὲν γὰρ, ἡλικία, τοῖς ἢ, δύναμις τέλειον διαδόχοις ἀφίξενεῖ. τὸ γε μὴν μέγεθος τῆς βασιλείας ἀρκεῖ καὶ πλείοσιν. οὓς ἢ καίσαρ μὲν ἰδίωσε, καθίσησι ἢ πατὴρ, ὑμεῖς τηρήσατε, μήτε ἀδίκους, μήτε ἀνωμάλους τὰς τιμὰς διδόντες. ἐγὼ ἢ κατὰ φρισβεῖον. ὁ γὰρ τοσοῦτον διαφανεῖ τὸν τοῦ παρ' ἡλικίαν θερμοδρόμου, ὅσον ὁδοιπόρει τὸ ἀπομόνομον. οἷς γε μὴν ἐκάστῳ σωτείναν δήσει συζυγίας καὶ φίλους, ἐγὼ διανεμῶ, καὶ τὰ ὁμονοίας ἐκείνοις ἐγγυητὰς κατασήσομαι, σαφῶς ὅτι μὲν ὑβρις, ὅτι τὰς ἔριδας, καὶ τὰς φιλονεικίας, ἀμυνῶσιν αἱ τῶν συνδιατεινόντων κακοπάθειαι, κἂν ὦσιν ἕτοιμοι, τηρεῖν τὰς τοργάς. ἀξιῶ ἢ ὑμᾶς τούτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῇ στρατιᾷ μου ἡγεμόνας, ἐν ἐμοὶ μόνῳ τὰς ἐλπίδας ἔχειν ὅτι τὰ παρόντος. ὑ γὰρ βασιλείαν, ἀλλὰ τιμὴν βασιλείας τοῖς υἱοῖς ἀποδίδωμι. ἐγὼ τῶν μὲν ἡδέων, ὡς ἀρχόντες ἀπολαύουσι. τὸ βάρος ἢ τῶν ἀναγκαίων, ἐμόν ὅτι, κἂν μὴ θέλω. σκεπτέσθω ἢ ἕκαστος τὴν τε ἡλικίαν, καὶ τὸν ἀγῶνα τοῦ βίου, καὶ τὸν δυσέβειαν. ἔστε γὰρ ἕτως εἰμὶ γέρων, ὡς τ' ἂν ἀπελπισθεῖμι ταχέως, ἔστε εἰς ζυφὸν ἐκδιαιτόμενος, ἢ καὶ νέος ὑποτεμνεται. τό, τε θεῖον οὔτω τε θερμοδρόμῳ, ὡς τε ἂν ἐπὶ μήκιστον βίου προελθεῖν. ὁ ἢ τοὺς ἐμοὺς παῖδας θερμοδρόμων ἐπὶ τῇ ἐμῇ καταλύσει, δώσει μοι καὶ παρ' ἐκείνων δίκας. ὑ γὰρ ἐγὼ φθόνῳ τοῖς ἐξ ἐμοῦ γεγονόσιν, ἀνακόπτω τὸν εἰς αὐτοὺς φιλοτιμίαν, ὅπως ἄμεινον ἢ τοῖς νέοις γίνεσθαι τὰς παιδὰς θεάσους ἐφόδιον. εἰ γε μὴν ἕκαστος ἐνθυμηθείη τῶν προσιόντων, ὅτι χρησὸς μὲν ὢν, παρ' ἐμοῦ λήψεται τὰ ἀμοιβὴν, σασπάζων ἢ καὶ παῖδα τῶν θερμοδρόμων τὸ κακόηθες ἀόσητον ἕξει, πάντας οἶμαι τὰ ἐμὰ φρονήσειν, τούτοις τὰ τῶν ἐμῶν ἡγῶν. κὴ γὰρ τούτοις συμφέρει κρατεῖν ἐμὲ, κἀμὲ τούτοις ὁμονοεῖν. ὑμεῖς ἢ ὦ παῖδες ἀγαθοὶ, πρῶτον ἐνθυμούμενοι τὴν ἱερὰν φύσιν, ἧς καὶ θηρίοις αἱ στοργαὶ μένουσιν, ἔπειτα τὸν ποιησάμενον ἡμᾶς διαλλαγὰς καίσαρα, τέλειον ἐμὲ τὸν ἐν οἷς ἔξεσιν ὑπιτάσσειν καλούμενα, μείνατε ἀδελφοί. δίδωμι ἢ ὑμῖν ἐσθῆτα τε ἤδη καὶ θεραπείαν βασιλικήν. ἐπεύχομαι δὲ καὶ τῷ θεῷ τηρῆσαι τὴν ἐμὴν κρίσιν, αἰ ὁμονοῆτε. ταῦτα εἰπὼν, καὶ φιλοφρόνως ἕκαστον καταπασάμενος τῷ ὑῶν, διέλυσε

πλῆθος, τοῖς μὲν, συνδιχομήνυς τοῖς εἰρημένοις, ὅσοι δὲ ἐπεθύμουν μεταβολῆς, μηδὲ ἀκηκοέναι προσποιουμένοις. σωαιρεῖ δὲ τοῖς ἀδελφοῖς ἴσους, καὶ χείρους τὰς ἐπ' ἀλλήλοις διανοίας ἔχοντας ἀπηλλάγησαν. ἀλέξανδρος μὲν καὶ ἀριστόβουλος ὀδυνώμενοι κεκυρωμένον αὐτιπάτρῳ τὸ πρεσβεῖον. αὐτίπατρος δὲ ἐν τῷ δευτερεύειν νεμεσῶν τοῖς ἀδελφοῖς. ἀλλ' ὁ μὲν, ποικιλώτατος ὢν τὸ ἦθος, ἐχεμυθεῖν τε ἥδει, καὶ πολλὰ τῶν πανούργων χρώμενος, τὸ πρὸς αὐτοὺς ἐπάλυπτε μίσος. τοῖς δὲ, δι' ὀλιγότητα πᾶν τὸ ναπθὲν ἐν ὅτι γλώσσης, καὶ παροξύνοντες μᾶλλον, ἐπέκειντο πολλοὶ, πλείους δὲ τῶν φίλων παρεδύοντο κατάσκοποι. πᾶν δὲ τὸ παρ' ἀλεξάνδρῳ λαληθὲν, ἀθέως ἐν παρ' αὐτιπάτρῳ, καὶ μὴ προσηκόντως μετέβαινεν ἀπὸ αὐτιπάτρου πρὸς ἡρώδην. ὅτε δ' ἁπλῶς φθονερὸς ὁ νεανίας, ἀνυπόδητος ἦν, ἀλλ' εἰς διαβολὴν τὸ ῥηθὲν ἐστρέφετο, καὶ μετρίως παῤῥησιαζόμενον μέγιστα τοῖς ἐλαχίστοις προσεπλάττετο. καθεὶς δ' αὐτίπατρος ἀεὶ τοὺς ἐρεθίζοντας, ὅπως αὐτὸ τὸ ψεῦδος ἔχοι τὰς ἀφορμὰς ἀληθεῖς, κἀκ τῶν φημιζομένων ἔν τι διελεγχθὲν, ἅπασι πίστιν ἐπετίθει. καὶ τῶν αὐτὸν μὲν φίλων ἢ φύσει σεμνότατος ἦν ἕκαστος, ἢ κατεσκεύαζετο δωρεαῖς, ὡς μηδὲν ἀνφέρειν τῶν ἀπορρήτων, καὶ τὸν αὐτιπάτρου βίον, ἵνα μὴ ἁμάρτοι τῆς εἰπὼν κακίας μυσήριον. τοὺς γὰρ ἀλεξάνδρῳ συνόντας χρήμασι διαφθείρων, ἢ κολακείαις ὑπιών, οἷς πάντα κατειργάσατο, πεποίηκει προδότας, καὶ τῶν πραττομένων ἢ λαλουμένων φῶτας. πάντα γὰρ ἀφελουμένως δραματουργῶν, τὰς πρὸς ἡρώδην ὁδοὺς τοῖς διαβολαῖς ἐποιεῖτο τεχνικωτάτας. αὐτὸς μὲν ἀδελφῷ προσωπεῖον ὑπουλόμενος, καθιεὶς δὲ μιμητὰς ἑτέρους. κἂν πεισθὲν ἀπαγγελθεῖη τι κατὰ ἀλεξάνδρου, παρελθὼν ὑπεκρίνετο, καὶ διασύρειν τὸ ῥηθὲν ἀρξάμενος, ἔπειτα κατεσκεύαζεν ἡ συχὴ, καὶ πρὸς ἀγανάκτησιν ἐξῆγε τὸν βασιλέα. πάντα δὲ εἰς ὑπουλίαν ἐφήγετο, καὶ τὸ δοκεῖν τῇ σφαγῇ τὸν πατρὸς ἐφεδρεύειν ἀλέξανδρον. ἡδὺ γὰρ ὅτι πίστιν ἐχορήγει τοῖς διαβολαῖς, ὡς ὁσιολογούμενος αὐτίπατρος ὑπὲρ αὐτοῦ. τούτοις ἡρώδης ἐξαγριούμενος, ὅσον ὑφῆρει καθ' ἡμέραν τῆς πρὸς τὰ μειράκια σοργῆς τοσοῦτον αὐτιπάτρῳ προσετίθει. συναπέκλινον δὲ καὶ τῶν κατὰ τὸ βασίλειον, οἱ μὲν ἐκόντες, οἱ δὲ ἐξ ὑπαγμάτων, ὥσπερ πτολεμαῖος ὁ τιμιώτατος τῶν φίλων, οἵ τε ἀδελφοὶ τοῦ βασιλέως, καὶ πᾶσα ἡ γυνή. πάντα γὰρ αὐτίπατρος ἦν. καὶ τὸ πικρότατον ἀλεξάνδρῳ, πάντα ἦν αὐτιπάτρου μήτηρ, σύμβουλος κατ' αὐτῶν, μηχαναῖς χαλεπωτέρα, καὶ πλεῖόν τι προγόνων μισοῦσα τοὺς ἐκ βασιλίδος. πάντες μὲν οὖν ὅτι ταῖς ἐλπίσιν, ἐστεράπδουν αὐτίπατρον ἤδη. συναφίσα δ' ἕκαστον, τὰ βασιλέως προσάγματα, ὡδηγεῖλαντος τοῖς πιστοτάτοις, μήτε προσιέναι, μήτε προσέχειν τοῖς περὶ ἀλέξανδρον. φοβερὸς δ' ἦν ὁ μόνον τοῖς ἐκ τῆς βασιλείας, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξωθεν φίλοις. ἡδὺ γὰρ βασιλέων τοσοῦτον κῆσαρ ἔδωκε τιμὴν, ὥστε τὴν ἀπ' αὐτοῦ φόβον ἔχειν, καὶ μὴ προσκύσης πόλεως ἐξαγαγεῖν. τὰ δ' μειράκια, τὰς μὲν διαβολὰς ἠγνόει παρὰ τὴν

populúmque dimisit: alios conuenientia dictis eius optantes: qui verò mutationis erant cupidi, ne audisse quidem se quicquam simulantes. Fratres autem dissensio non reliquit, sed peiora suspicantes alius de alio digressi sunt. Namque Alexander & Aristobulus ægrè ferebant confirmatum esse Antipatro meritum, Antipater autem succensebat vel secundo loco fratres haberi. sed tamen ille pro varietate morum, & reticere secreta nouerat, & quanto sibi essent odio multa fraude celabat. His autem pro nobilitate generis, in lingua erat quicquid venisset in mentem. Et multi quidem his instigandis operam dabant, plures autem amicorum sese explorandi causa insinuabant. Itaque omne quod dictum esset apud Alexandrum, statim apud Antipatrum erat, & ab Antipatro ab Herodem cum adiectione deferebatur. Nec vel simpliciter aliquid prolocutus, adulescens innoxius habebatur, sed cuncta eius verba in crimina vertebantur: maximáque minimis affingebantur, sicubi liberior paulò fuisset. Semper autem qui eum irritarent submittebat Antipater vt mendacia sua veras occasiones haberent: multísque falsò vulgatis, vnum quid comprobatum fidem omnibus faceret. Sed huius quidam amicorum quisque aut natura taciturnus erat, aut muneribus parabatur, ne quid occultum expromeret: nec errasset aliquis, si Antipatri vitam malitiæ dixisset arcanum. Alexandri verò familiares, aut pecunia corruptos, aut impulsos blanditiis, quibus expugnauit omnia, fures ac proditores eorum quæ contra se dicerentur siue agerentur, effecerat. Cùm autem cautè vniuersa committeret, astutis etiam criminationibus aditus ad Herodem moliebatur: fratrísque personam gerens aliis delatoribus subornatis vtebatur. Si quid in Alexandrum nunciassent fauore simulato, id quod primò reprehendisset, mox otiosè astruendo, regis iracundiam prouocabat omniáque ad insidias referebat: & vt necem patris Alexander optare videretur. nihil enim maiorem fidem calumniis suggerebat, quàm si eum purgaret Antipater. His accensus Herodes, quantum in dies singulos de affectu adulescentium detrahebat, tantum adiiciebat Antipatro. In eandem verò partem inclinati sunt etiam qui regno parebant: hi volentes alij pro imperio, sicut Ptolemæus amicorum clarissimus, regísque fratres, ac tota progenies. omnia namque in Antipatro sita erant: & quod Alexandro fuit acerbissimum, cuncta in eorum perniciem, matris Antipatri consilio gerebantur. Nouerca enim sæuior erat, multóque plusquam priuignos oderat, quos regina mater ediderat. Sed quanquam omnes, vt Antipatro magis obsequerentur, spes inducebat: non minus tamen præcepta regis quemque ab adulescentibus separabant: qui catissimis edixerat, ne quis ad Aristobulum vel eius fratrem accederet, aut se ad eos applicaret. non solùm autem regalibus erat formidini, verumetiam externis amicis. Nulli enim regum tantum potestatis Cæsar dederat, vt fugitiuos suos quamuis ex ciuitatibus non subiectis ei liceret educere. Adulescentes autem delata in se facinora nesciebant, hisque

propterea capiebantur incautiùs. Nullus enim palam inculabatur à patre: sed affectu refrigescente paulatim intelligentes, aduersus dolorem asperiùs excitabantur. Eodem autem modo etiam Pheroram patruum, & Salomen amitam, contra illos commouit Antipater, assiduè velut cum vxore sermocinando quibus in eos instigaretur. Huius autem inimicitias augebat Alexandri quoque vxor Glaphyra, multa de sua nobilitate commemorans, cunctatúmque se quæ in regno viuerent dominam esse dictitans: paternum enim genus à Temeno, maternum autem à Dario Hystaspis filio ducere, multúmque ignobilitatem despiciens sororis & vxorum Herodis: quarum quæque propter formam, non propter nobilitatem esset electa. Namque multas ei fuisse diximus vxores: quòd liceret Iudæis more patrio plures habere, quódque rex pluribus oblectaretur. Omnibus igitur propter superbiam & contumelias Glaphyræ inuisus erat Alexander. Salomen autem Aristobulus, & si socrus eius erat, ipse inimicam sibi reddidit, & ante quidem propter maledicta Glaphyræ fæuientem: frequenter enim humilitatem generis obiiciebat vxori: quódque ipse priuatam, reginam vero frater suus duxisset Alexander. Hoc Salomes filia cum fletu matri nunciauit. Addebat autem, quòd aliorum quoque fratrum matres idem Alexander & Aristobulus, si regnum obtinuissent, textrices cum ancillis facere minitarentur, ipsos quoque vicorum scribas, scilicet irridentes, quòd literarum studiis operam darent. His commota Salome, quòd iracundiam cohibere non posset, Herodi cuncta indicauit. Satis autem idonea videbatur contra generum dicens. Et præter hæc alia quædam criminatio diuulgata est, quæ succendit animum regis. Audiuit enim Alexandrum & Aristobulum crebrò matrem implorare, casúmque eius cum gemitu atque imprecationibus conqueri: ac sæpe illo quædam ex Mariamnes vestimentis posterioribus diuidente coniugibus, minitari solitos esse, quòd citò pro regalibus deliciis nigris vestibus induerentur. His de causis Herodes licèt constantem animum adulescentium formidaret, tamen ne spem correptionis abscinderet, ad se eos vocauit: Romam enim migraturus erat: & quasi rex pauca interminatus, pluribus quasi pater monuit: rogauítque vt fratres diligerent, promissa priorum peccatorum venia, si post hæc meliores fierent. Illi autem criminationum inuidiam deprecando, fictas eas esse dicebant, purgationísque suæ fidem rebus ipsis posse constare: verùm ipsum quoque debere, omissa facilitate credendi, aditum maledictis obstruere. nunquam enim calumniatores defore, dum cui persuadeatur extabit. Cùm his eum maturè placauissent, vt patrem, præsenti metu reiecto, de futuris mœrere cœperunt. Etenim cognouêre Salomen sibi esse infensam, & patruum Pheroram: verterque autem sæui & graues erant: sed amplius Pheroras, qui totius quidem regni præter diadema socius esset: proprios autem reditus haberet centum talentorum, totiúsque trans Iordanem terræ fructus ipse caperet, à fratre sib[illegible]

Ant. lib. 16. cap. 7.

μᾶλλον ἀφυλάκτως ἐπέπιπτον αὐτοῖς, ἀδεῶς δὲ ὑπὲρ φανερῶς ἀπεμέμφετο. σωιέι δὲ κ) μικρὰ τὰ τοιαῦτα φύσμασι, & πρὸς τὸ λυπῆν μᾶλλον ἐξαχύνετο. ἐτέθηκε δὲ πρὸς αὐτὰ, κ) τὸ θεῖον φέρωραν αὐτάδελφον ἐθρωδῶς, & τὸ τηθίδα σαλώμην, ὡς αἱ γαμετὴ ἴσαν, καθομιλῶν ἀεὶ κ) παροξυνῶν. σωήργει δὲ κ) πρὸς ταύτης ἀπέχθειαν, ἡ Ἀλεξάνδρου γυνὴ γλαφύρα θρασυλογοῦσα τὴν αὐτῆς δυσγένειαν, & ὡς πασῶν τὸ κ) τὸ βασίλειον εἴη διαπρεπὲς, κ) πατέρα μὲν ἀπὸ τηθυος, κ) μητέρα δὲ, ἀπὸ Δαρείου τοῦ ὑστάσπεως ἔσται. πολλὰ δὲ ὠνείδιζεν εἰς δυσγένειαν, τὴν τε ἀδελφὴν τοῦ ἡρώδου, & τὰς γυναῖκας, ὧν ἐκάστη δι' ὑμορφίαν, ἀλλ' ὑπὸ γήμου πολλαὶ δ' ἦσαν, ὡς αὐ ἐφιεμένου τε πατρίως ἰσονομεῖν πλείοις, κ) τῷ βασιλέως ἡδονῇ πλείοσιν ἐν πᾶσαν δὲ τὸ μεγάλαυχον τῆς γλαφύρας, κ) τὴν λοιδορίας, ἐμίσουν ἀλέξανδρον. τὴν δὲ σαλώμην, κ) τοι πενθερὰν οὖσαν, αὐτὸς ἀριστοβούλου ἑαυτῷ διεγάσασθαι, ὁρμισμένην, κ) φεύγειν ὅλως ἐκ γλαφύρας βλασφημίας. ὠνείδιζε δὲ τῇ γυναικὶ συνεχῶς τὴν ταπεινότητα, & ὡς αὐτὸς μὲν ἰδιώτης, ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀλέξανδρος γήμας βασιλίδα. ταῦτα κλαίουσα τῇ σαλώμῃ διήγγειλεν ἡ θυγάτηρ. ἐφέστιθει δὲ ὅτι κ) τῶν ἄλλων ἀδελφῶν, τὰς μὲν μητέρας ἀπειλοῖεν οἱ περὶ ἀλέξανδρον, ἐπειδὰν βασιλεύσωσι τὴν βασιλείαν, ἰσουργοὺς ἅμα ταῖς δούλαις ποιήσειν. αὐτοὺς δὲ κωμῆς γραμματεῖς, ὑπομειδιῶντας, ὡς παιδευομένους ὑπεμείλασ. πρὸς ἃ τὴν ὀργὴν ἡ κατέχουσα σαλώμη πάντα διήγγειλεν τῷ ἡ. σφόδρα δ' ἦν ἀξιόπιστος κ) γαμβρεῦσι λέγουσα. κ) τις ἑτέρα διαβολὴ συνέβαλλεν, ἡ τὸν θυμὸν ὑπεκαύσασα τοῦ βασιλέως. ἤκουσε γὰρ αὐτοὺς συνεχῶς ἀπαγαλεῖσθαι μὲν τὴν μητέρα, κ) κατοιμώζειν ὑπερωμένους αὐτῷ. πολλάκις δ' αὐτὸ διαδιδόντος τῷ μιριάμμης ἐθνῆτον τινὰ τοῖς μεταγυνέραις γυναιξὶν ἀπειλεῖν, ὡς αὐτὴ τῷ βασιλικῶν ἐν τάχει φείσονται ἑαυτοῖς, ἐκ τειχῶν πεποιημένοις. διὰ ταῦτα, κ) τοι τὸ φρόνημα τῷ νεανίσκων ὑποδίσας, ὅμως ἀπέκοπτε τὴν ἐλπίδα τῆς διορθώσεως. ἀλλὰ προσπαλεσάμενος αὐτοὺς, κ) δὲ εἰς ῥώμην ἐκπλεύσειν ἔμελλε, βραχέα μὲν ἐπείλησεν ὡς βασιλεύς, τὰ πολλὰ δ' ἐνουθέτησεν ὡν πατὴρ, κ) φιλεῖν τοὺς ἀδελφοὺς παρεκάλει, διδοὺς τῷ προημαρτημένων ἄφεσιν, εἰ πρὸς τὸ μέλλον ἀμείνους γένοιντο. οἱ δ', τὰς μὲν διαβολὰς ἀπιστοῦντο, ψευδεῖς εἶ λέγοντες, πεισθῆναι δὲ τὴν ἀπολογίαν τοῖς ἔργοις ἔφασκον. δεῖν μὲν τοι κἀκεῖνον ἀποφαίνειν τὰς λογοποιίας, τῷ μὴ πιστεύειν ῥᾳδίως. ἐ δὲ ὀφείλειν τοὺς παραψευσομένους αὐτῷ, ἕως ἂν ὁ πειθόμενος ᾖ. τούτοις ὡς πατέρα πεισαντες ταχέως, τὸν μὲν ἐκ χρόνου φόβον διεκρούσαντο, τὴν δὲ εἰς τὰ μέλλοντα πίστιν προσέλαβον. ἔγνωσαν γὰρ τὴν τε σαλώμην ἐχθρὰν, κ) τὸν θεῖον φερώραν. ἦσαν δὲ βαρεῖς μὲν ἀμφότεροι κ) χαλεποὶ, φερώρας δὲ μείζων, ὡς πάσης μὲν κοινωνεῖ τῆς βασιλείας πλὴν διαδήματος, προσοδους δὲ ἰδίας ἑκατὸν εἶχε τάλαντα. τὴν δὲ πέραν ἰορδάνου πᾶσαν ἐκαρποῦτο χώραν, λαβὼν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ

δῶρον.

θεον. ὃς αὐτὸν ἐποίησε καὶ τετράρχην, αἰτησάμενος A dono datæ. Quinetiam tetrarcham eum fieri
παρὰ καίσαρος, βασιλικῶν τε γάμων ἠξίωσε συνοι- beneficio Cæsaris, idem Herodes impetrauerat: regalique connubio dignatus erat, so-
κήσας ἀδελφῇ τῆς ἰδίας γυναικός, μιᾷ τῶν τοῦ ἐκείνης rore vxoris suæ nuptum ei collocata. Et post
παλαιτέρων, ὀκτὼ περὶ ἑξακοσίοις ταλάντοις. ἀλλ' illius mortem, despondérat ei filiarum suarum
ἐπιθέσθαι φερώρας τὸν βασιλικὸν γάμον θεᾷ ἔρωτα maximam, trecentis talentis in dotem da-
δέλης. ἐφ' ᾧ χαλεπῶς ἤνεγκε ἡρῴδης, τῷ μὲν θυγατέρα tis. Sed regale matrimonium Pheroras, an-
τοῦ θεοῦ παρθέναι ὕστερον ἀναρπάσαντι σωίζδιξεν ἀ- cillæ amore captus, refugerat. quamobrem
δελφιδοῦ. φερώρᾳ δ' μετ' ὀ πολὺ τῷ ὀργῇ αἰεί, δι- B iratus Herodes, filiam nuptum dedit fra-
δοὺς συγγνώμῃ τῇ νόσῳ. διεβάλλετο δ' κ παλαι μὲν, tris filio, qui post a Parthis occisus est.
ἐπὶ ζώσης τ βασιλίδος, ὑπὸ βουλέσθαι αὐτοῦ φαρμά- Mox autem morbo Pheroræ venia data, indi-
κοις. τότε δ' πλεῖσοι μηνυταὶ θεσπίσαι, ὡς καίπερ gnationem remisit. De hoc autem erat vetus
φιλαδελφότατον ὄντα ἡρῴδην, εἰς πίστιν ἐπαχθῆναι opinio, quòd etiam viua regina Herodem op-
τοῦ λεγομένων κ δίος. πολλοὶ δ' τοῦ τ' ὑπονοίᾳ βα- primere voluisset veneno. Sed tunc plurimis
σανίσας, τελευταῖον ἦλθεν ὅτι τοῖς φερώρα φίλοις, ὧν delatoribus aditus erat, vt quamuis amantissimus fratris esset Herodes, fide tamen eorum
ὑπεβάλλετο μὲν, αὐτικρὺς ὡμολόγησεν ὑδείς, ὅτι δ' τῷ quæ audisset, adduceretur ad metum. Ita-
ἑρμῆλαι ἁρπασάμενος εἰς πάρθους ἀποδραίη παρ- que de multis qui suspecti erant habita quæ-
ασκευάζεσθαι. συμμέτοχος δ' τῆς σκέψεως αὐτοῦ καὶ C stione, postremò ad Pheroræ amicos venit,
καὶ φυγῆς, κοσόβαρος ὁ σαλώμης ἀνὴρ, ᾧ συνῴκισεν quorum nulla quidem fuit de maleficiis aper-
αὐτῷ ὁ βασιλεὺς ὅτι μοιχείᾳ τῇ θατέρου διαφθα- ta confessio, quòd cum amica subrepta in
ρέντος. ἐπὶ δ' ἐλαθέρα διαβολῆς, ὑδὲ σαλώμη. κ γὰρ Parthos cogitasset effugere prodiderunt: huius
αὐτῆς φερώρας ὁ ἀδελφὸς κατηγόρει, συνθήκας περὶ autem consilij & fugæ conscium esse Aristobulum Salomes maritum: cui rex eam tradidit, postquam superior adulterij causa peremptus est. sed nec Salome criminatione libera manserat. nam & hanc frater Pheroras accusabat, quòd cum Syllæo procuratore Obodæ regis Arabum de nuptiis constituisset, quem inimicissimum Herodes habebat. Con-
γάμου ποιησάμενος θεὸς συλλαῖον, τὸν ὀβάδα τῶ ἀρά- D uicta autem & in hoc, & in omnibus quæ
βων βασιλέως ἐπίτροπον, ὃς δ' ἐχθίστατος ἡρῴδῃ. Pheroras detulerat, indulgentiam meruit: itaque ipsum etiam rex Pheroram criminibus
διελεχθεῖσα δ' κ τοῦτο, καὶ πάντα ὅσα φερώρας ἐνεκά- soluit. Domus verò tempestas in Alexandrum
λει, συγγνώσκειν, κ αὐτὸν δ' φερώραν ὁ βασιλεὺς ἀ- transiit, totáque capiti eius incubuit. Tres
φείλυσε τῆς ἐγκλημάτων. μετέβαινε δ' ἐπ' ἀλέξαν- erant eunuchi regis carissimi, & ex genere famulatus neminem id latebat. Vni enim vinum ministrare fuit cura, alteri cœnam apponere, tertius autem dormitum eum collocabat, & cum ipso cubabat: hos muneribus maximis Alexander cupiditati suæ subiecerat. Itaque postquam regi hæc sunt indicata, vi tormentorum coacti, & stuprum statim confessi sunt, & quibus essent ad hoc promissis inducti aperuerunt: quomodo eos fefellisset Alexander, nullam in Herode spem habendam esse, improbo sene, commemorans, & qui capillos inficeret, vt ob hoc etiam eum iuuenem putarent: verùm se coli oportere, qui etiam inuito eo regni esset futurus successor: neque multo pòst ab inimicis pœnas repeteret, fortunatósque amicos suos beatósque faceret, ac præ cæteris ipsos. Quin & obsequia potentium Alexandro clàm parere, militúmque rectores, itémque ordinum principes occultè ad eum conuenire dixerunt. Hæc Herodes adeò pertimuit, vt non auderet statim delata proferre, sed exploratores die noctúque submittens, dicta factáque singula scrutabatur: & de quibus suspicio esset, ilicò trucidabat. Itaque regnum eius acerbissima iniquitate repletum est. Nam pro suo quisque odio vel inimicitiis, calumnias finxêre, multíque regis iracundia cædis cupida contra aduersarios abutebantur. & mendacio quidem confestim fides habebatur: erant autem criminationibus ipsis velociora supplicia. Denique acculabatur qui modò acculauerat: & cum eo qui ante se conuictus esset: ducebatur ad pœnam,

De vita namque periculum regis quæstiones A breuiore compendio terminabat. Ad hoc autem sæuitiæ processerat, vt nec eorum quenquam humanis aspiceret, qui accusati non essent: verumetiam amicis immitissimum sese præberet: Itaque multis etiam regno interdixit, & in quos potestatem non habebat, in eos dictis asperis sæuiebat. Accessit malis Antipater, collectáque propinquorum caterua, nullum criminationis genus omisit. Tantus autem ineptia sua regem commentísque delatorum timor inuasit vt stricto instare sibi gladio videretur videre Alexandrum: Denique subitò & ipsum correptum in vincula coniecit, & in amicorum eius tormenta perrexit, multi autem tacitè moriebantur, nulla voce supra conscientiam prodita. alij verò quibus mendacium impatientia doloris extorsit, de patris eum insidiis cum fratre Aristobulo cogitasse dixerunt: tempúsque obseruare, vt illo dum venaretur occiso, Romam profugerent. His tametsi verisimilia non erant, sed necessitate cruciatus ex tempore fingebantur, libenti tamen animo rex credebat, pro consolatione accipiens vincti filij, ne id fecisse videretur iniustè. Verum Alexander quoniam suspicionem patris nullo modo aboleri posse arbitrabatur, vltro malis assentiendum putauit: ac digestis aduersus inimicos quatuor libris, fatetur insidias, earúmque se plurimos D socios habere perscribit; ante omnes autem Pheroram & Salomen. Hanc enim etiam stupro sibi quondam esse mixtam cùm vim noctu adhibuisset inuito. Iámque libri in manibus erant Herodis: multa & grauia de optimatibus clamantes, cùm maturè in Iudæam Archelaus venit, metuens genero simul ac filiæ, quibus etiam prouidentissimo consilio succurrit, regísque minas atte dissoluit. Mox enim cum eo congressus, vbinam est, clamat, E exitiabilis gener meus? aut vbi parricidate caput aspiciam, quod meis manibus ipse lacerabo: addámque filiam meam bono marito nouo? nam etsi consilij particeps non est, quia tamen eiusmodi viri coniunx fuit, inquinata est. Miror autem patientiam tuam, cuius periculũ agitur, quòd adhuc viuit Alexander: ego namque ita ex Cappadocia properãs veniebam, vt qui & illum reperirem olim dedisse supplicij, & de filia quæstionem tecum haberem, quã F tui tuæq; dignitatis contemplatione illi despõderam. At nunc de vtroque nobis consulendũ est: licèt nimium pater sis, & ad puniendum insidiatorem filium minus fortis. Permutemus dexteras, & alter alterius iracundiæ vicarij succedamus. Talibus increpans, quamuis pertinacem fallit Herodem. Itaque ille quos Alexander perscripserat libros, legendos ei præbet, singulísque capitulis insistens, cum G eo deliberabat. Vnde occasionem sui consilij nactus Archelaus, paulatim causam in eos, qui scriptis continebantur, & in Pheroram cõtulit. Cùm autem sibi credere regem videret, considerandum est, inquit ne fortè adolescentulus tot nequissimorum insidiis circumueniatur, non tu ab adulescentulo. nec enim apparere causam, cur in tantum ruerit scelus, qui & nunc regno potiretur, & successionem regni speraret, nisi aliquos haberet huius persuasionis

Am lib. 16. cap. 8. & 9.

τὰς γὰρ ἐξετάσεις ὁ βασιλέως, ὁ μὲν τὴν ψυχὴν κίνδυνος ὑπετίθετο. ὀργὴν ἢ εἰς τοσοῦτον πικρίας, ὡς μηδὲ τὴν ἀκαταπάτων τινὶ θεὸν βλέπειν ἡμέρως, εἰ μὴ τοῖς φίλοις ἀπίστως ἔτος. πολλοῖς γοῦν αὐτὴν ἀπεῖπε τὸ βασίλειον, καὶ θεὸς οὐδὲν εἶχε χειρὸς ἐξουσίαν, τὸν λόγῳ χαλεπὸς ἦν. ἐπανέβη ἢ αὐτίπατρος εἰς τὴν συμφορὰς ἀλεξάνδρῳ, καὶ τίφος; ποιήσας τὴν συγχύσεων ἐν ἔτι ἦν τινα ἀλλοίωσιν παρέλιπε. θορύβου γε δὴ θεὸς τοσοῦτον δέος ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τὴν τεραρχείας αὐτὸν, καὶ τὴν συνταγμάτων, ὥστε ἐφεστάναι δοκεῖν αὐτῷ τὸ ἀλεξάνδρου ξιφήρη. συλλαβὼν γοῦν αὐτὸν ἔδησεν ἐξαπίνης, καὶ θεὸς βάσανον ἐχώρει τὴν φίλων αὐτοῦ. σιγῇ ἢ ἀπέθνησκον οἱ πολλοὶ, μηδὲν ὑπὸ τὸ συνειδὸς πόντες. οἱ ἢ ὑπὸ τὴν ἀλγηδόνων φύσασθαι βιαζόμενοι ἔλεγον, ὡς βουλεύοι τε αὐτῷ μὴ ἀρίστου τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ φυλάττοι κινήσεώτα πατρὸς εἰς ῥώμην ὑποδρασίαν. τούτοις καθάπερ ἐπιθανοῦσι, ἀλλ' ὑπὸ τὴν ἀνάγκης ἐχεδλασμένοις, ὁ βασιλεὺς ἔδοξεν ἡδέως, ὡς ἀμυθίαν λαμβάνων τοῦ δῆσαι τὸν υἱὸν τὸ μὴ δοκεῖν ἀδίκως. ὁ ἢ ἀλέξανδρος, ἐπεὶ τὸν πατέρα μεταπείθειν ἀμήχανον ἐώρα, τοῖς δεινοῖς ἐμόσε χωρεῖν διέγνω. καὶ τέσσαρας καὶ τὴν ἐχθρὸν βίβλους συνταξάμενος, μαρτυρεῖ μὲ τὸν ὅπλων, κοινωνοὺς ἢ ἀπεδείκνυε τοὺς πλείστους αὐτοῦ, οὐδὲ ἢ πάντων φερώραν, καὶ σαλώμην. ταύτην γὰρ δὴ καὶ γυναῖκά ποτε αὐτῷ μὴ θέλοντι, νύκτωρ εἰσβιασαμένου. αἵτε οὖν βίβλοι παρῆσαν εἰς χεῖρας ἡρώδη, πολλὰ δεινὰ καὶ τοῦ δυνατοῦ βοῶσαι, καὶ δὴ τόχους εἰς Ἰουδαίαν ἀρχέλαος ἀφικνεῖται παρὰ τὸν γαμβρὸν καὶ τὴν θυγατρὶ δείσας. γίνεται ἢ βοηθὸς αὐτοῖς μάλα εὐμηθὴς, καὶ τέχνη τινὶ τῷ βασιλέως ἀπειλὴν διαφυγόντα. συμβαλὼν γὰρ δι' ἡδέως αὐτῷ, ποῦ ποτέ ἐστιν ὁ ἀλιτήριός μου γαμβρὸς ἐβόα. ποῦ ἢ τινὶ πατροκτόνον ὄψομαι κεφαλὴν, ἵν' ταῖς ἐμαυτοῦ χερσὶ διαπαρέξω. παρεθήσω ἢ τινὶ θυγατέρα μου τὴν καλὴν συμφίω. καὶ γὰρ εἰ μὴ κεκοινώνηκε τοῦ σπέρματος, ὅτι τοιοῦτον γέγονε γυνὴ, μεμίανται. θαυμάζω δὲ σὲ τὸν βουλευθέντα τῆς ἀνεξικακίας, εἰ ζῇ μέχρι νῦν ἀλέξανδρος. ἐγὼ γὰρ ἠπειγόμην ἀπὸ καπαδοκίας, ὡς τὸν δώρησον πάλαι δεδωκότα δίκας. μὴ ἢ σοῦ παρὰ τὰς θυγατρὸς ἐξετάσων, ἵν' κἀκείνῳ, σὲ καὶ τὸ σὸν ἀξίωμα βλέπων συνεγύμνασα. νῦν ἢ περὶ ἀμφοῖν ἡμῖν βουλεύτεον. κἂν ἧς λίαν πατὴρ τοῦ κολάζειν υἱὸν βέλτιον ἀτονώτερος, ἀμείψομεν τὰς δεξιὰς, καὶ γλυκάνομεν τῆς ἀλλήλων ὀργῆς διάδοχοι. τούτοις παρεκομπάσας, καὶ περ ὡδὲ ταραγμένου ἡρώδου, ὑπάγεται. δίδωσι γοῦν αὐτῷ τὰς συνταχθείσας ὑπ' ἀλεξάνδρου βίβλους ἀναγνῶναι, καὶ καθ' ἕκαστον ἐφίσας κεφάλαιον, συνεσκέπτετο. λαμβάνει ἢ ὁ ἀρχέλαος ἀφορμὴν τοῦ στρατηγήματος, καὶ κατ' μικρὸν εἰς τοὺς ἐγγεγραμμένους καὶ φερώραν μετῆγε τινὶ αἰτίαν. ὡς ἢ ἐώρα πιστὸν τὸν βασιλέα, σκεπτέον ἦν μήποτε τὸ μειρακίου ὑπὸ τοσοῦτον εἴη πονηρῶν βουλευόμενον, οὐχ ὑπὸ τοῦ μειρακίου σύ. καὶ γὰρ οὐδὲ ὁρᾶν αἰτίαν, ἐξ ἧς αὐ εἰς τηλικοῦτον μίσος περιέστησεν, ἀπολαῦον μὲν τῆς βασιλείας, ἐλπίζον ἢ καὶ διαδοχῆς, εἰ μή τινες ἦσαν

αἰα-

ἀπαντῶντας, καὶ τὸ ἦθος ἀπὸ τούτων διαπλάττοντας, καὶ τὸ μὲν ἡλικίας ἀκόλαστον, διὰ τοιαύτης μεταχειριζόμενοι. ἔλεγε γὰρ τοῦτον ἐξαπατᾶσθαι μὲν, οὐ νέους μόνον, ἀλλὰ καὶ γέροντας, οἴκους δὲ λαμπροτάτους καὶ βασιλείας ὅλας ἀναστρέφεσθαι ταῖς λεγομέναις πρόφασι. καὶ τὸν μὲ πρὸς ἀλέξανδρον ὀργὴν, ἐπαινεῖν μᾶλλον. πρὸς δὲ φερώρας παροξύνεται. τῇ γὰρ παραφερομένῃ βιβλίων, ἐξῆν ἰδεῖν ὑπόθεσις, ὃς κατιδὼν τοῦτο τῷ βασιλέως ὀξύρροπον, καὶ τὸν ἀρχελάου φιλίαν παρ' αὐτῷ πάντων κρατοῦσαν, ὡς ἂν ἑαυτῷ διαφθείρων εὐνοιαν, τὴν δι' ἀσφαλείας ἐπορίζετο. κατιλείψας γὰρ ἀλέξανδρον, προσέφευγεν ἀρχελάῳ. κἀκεῖνος, ἐκ ὀφθαλμῶν ἔφη πῶς αὐτὸν ἐξαρτήσαιτο, τοσούτοις ἐνεχόμενον ἐγκλήμασιν, ἐξ ὧν σαφῶς ἐπεδείκνυτο τῷ βασιλέως ἐπίβουλος, καὶ τὸν παρόντων τῆς μειρακίῳ κακῶν αἴτιος γενησόμενος, εἰ μὴ βούλοιτο τὸ παρὸν ἐς τὰς ἀρτήσεις ἀφεὶς, προσομολογήσαι μὲ τὰ κατηγορημένα, συγχωρεῖν ἢ αἰτήσασθαι παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ φιλοῦντος. εἰς γὰρ τοῦτο, πάντα ἔφασαν αὐτῷ συνεργήσειν. πείθει φερώρας, καὶ καταπροδίδωσιν αὐτὸν, ὡς αὖ οἰκειότατος φαίνοιτο, μελάθρῳ τε ἐσθῆτι καὶ δακρύοις, προσαπιδεῖ τοῖς πρόσθεν πᾶσιν, ὡς πολλαχοῦ ἔτυχε, συγχωρῶν μὲν αὐτόμολος, καὶ μικρὰν μὲν ἑαυτὸν ὁμολογῶν, διαφθορέα γὰρ πάντα ὅσα κατηγόρητο. παροξυνθεὶς δὲ φρενῶν καὶ μανίαν ἀδυνάτου, ἧς αἴτιον εἶη τὸν ἔρωτα τῆς γυναικὸς ἔλεγε. ἀδυσώπητος δὲ κατήγορος καὶ μάρτυρα αὐτῷ φερώρας ἀρχέλαος, ἔτυχε γὰρ ἤδη παρεστηκὼς, καὶ τὸν πρόσθεν κατὰ μικρὸν ἐλλείπων ὀργὴν, χρώμενος οἰκείοις ὑποδείγμασι. καὶ γὰρ αὐτὸς πολλῷ χαλεπώτερα πάσχων ὑπὸ ἀδελφοῦ τοῦ ἀμείνονος ὑπομεμενηκὼς πάθη, τὸ δὲ φύσεως δίκαιον. εἰ γὰρ τοῖς βασιλείοις, ὥσπερ εἰ μεγάλοις σώμασιν, ἀεί τι μέρος φλεγμαίνει, καὶ τὸ βαρὺ, ὑπερπονοῦντι μὲ ἐκ χρείας, θεραπεύειν ἢ προσήκειν. πολλὰ τοιαῦτα λέγων, πρόσθεν μὲν ὅτι φερώρᾳ μαλίστ' ἐδίδου μὲ αὐτὸς ἀγανακτῶν πρὸς ἀλέξανδρον, καὶ τὸ θυγατέρα ἁρμόζεσθαι, ἀπεῖπεν ἔφασκεν. ὡς δὲ ἔσπευδεν πρόσθεν αἰτιωσάμενος ἀρχέλαον τὸν τοῦ μειρακίου, καὶ πάλιν αὖτις μηνοειδῶς τὸ θυγατέρα, σφόδρα ἢ ἀξιοπίστως ἀρχέλαος ᾧ ἐβούλετο συμπαίζειν αὐτῷ ἐπέτρεπε, πάλιν ἀλεξάνδρου. ἐπεὶ δὲ ποιεῖσθαι τὴν ἐς αὐτὸν τὸ δὴ γαμβρίας δίκαιον. φαμένου τοῦ βασιλέως δώσειν ἕξειν παρ' αὐτοῦ τὸ μὲν, εἰ μὴ λύσειν τὸν γάμον, ὅπερ μὲ αὐτοῖς ἤδη καὶ τέκνων, σφαλομένης δὲ ὅτι ἐκ τοῦ μειρακίου τὸ γυναικὸς, καὶ ἀφαμένους μὲ ἔσεσθαι δυσέκτημα τῷ ἁμαρτήμασιν. ἀπαρραλόγιστον ἦ, ἀρίστας δὲ εἰς ἅπαντα ἀπογνώσεως. μᾶλλον τοσούτοις δὲ γίνεσθαι τὰλαινα πάθεσιν οἰκείοις ἀφειστωμένους, καταδύει μᾶλλον ἀρχέλαος, ἀλλαττόμενος τε, καὶ διαλλάσσειν τῷ νεανίσκῳ τὸ πατέρα. δεῖν μᾶλλον πάντας ἅμα πέμπειν αὐτὸν εἰς ῥώμην, κἀκεῖθεν ἀλλεξόμενον. ἐπεγράφετο γὰρ αὐτὸς ἐκείνῳ ἀφὲ πάντων. τὸ μὲ ἐν ἀρχελάου στρατόπεδον, δὲ ἐ τὸν γαμβρὸν ἐρρύσατο, φέρας εἶχε. μὴ ἢ τὰς ἀλλαγὰς, ἐν διανοίᾳ καὶ φιλοφρονήσει δηλοῦν. ἀπόντα ἢ αὐτὸν ἡρώδης διορίσαι ταλάντων ἑβδομήκοντα δόσεως, θρόνῳ τε χρυσῷ ἀλλίθῳ, καὶ δυσὶ χοίροις καὶ παλλακίδι, ἥτις ἐκαλεῖτο πανυχὶς, τῇ τε φίλων ἐπιμίσιον ἔκρισεν κατ' ἀξίαν.

A autores, qui ad deteriorem partem lubricum ætatis impellerent. Ab eiusmodi namque hominibus non solùm adulescentulos falli, verumetiam senes, domósque clarissimas totáque regna solere subuerti. Consentiebat dictis Herodes, irámque paulatim remittebat in Alexandro, & in Pheroram excitabatur. namque hic erat librorum quatuor argumentum. qui vbi propensiorem esse regis animum sensit, & in omnibus apud eum amicitiam Archelai

B prævalere, quam honestè non posset, ex imprudentia salutem quæsiuit. relictóque Alexandro, confugit ad Archelaum. & ille negat se videre, quo pacto eximat tot criminibus inuolutum, quibus manifestè conuinceretur regem insidiis sviolvisse decipere, omniúmque malorum præsentium adulescenti causa fuisse: nisi malit omissis artibus callidis, & negandi pertinacia, de quibus insimularetur omnia cõfiteri, & à fratre, præsertim cui dilectus esset, ve-

C niam petere. namque ad hoc ei modis omnibus se quoque opem laturum. Paruit Archelao Pheroras, atráque veste cum lacrymis, vt quàm miserabilis appararet, instructus, ad pedes Herodis accessit: veniámque meruit postulans. & se quidem sceleratum esse fatebatur: namque omnia quæ sibi obiicerentur feciſſe, horum autem causam esse diminutionem mentis atque insaniam, ex mulieris amore conceptam. Itaque postquam stetit Pheroras suimet ipse

D accusator ac testis, tunc eum iam Archelaus excusando, Herodis iracundiam mitigabat, propriis vsus exemplis: etenim se quoque à fratre multò graviora perpessum, naturale ius dicebat antepositum vindictæ. Quippe in regnis, velut in magnis corporibus, semper aliquam partem pondere ipso tumescere: quam recidi quidem non oportere, leniter verò curari. Multa in hunc modum locutus Archelaus, Herodem quidem Pheroræ placidum reddidit, ipse autem Alexandro tandiu manebat

E iratus, filiámque ab eo distractam secum abductum se aiebat, donec Herodem cõpulit vltro pro adulescentulo deprecari, vt iterum ei filiam desponderet. Satis autem grauatim Archelaus cui vellet eam præter Alexandrum collocari permisit, maximi enim pendere, quo iura inter se affinitatis inuiolata permaneant. Rege autem sibi filium ab eo donatum affirmante, nisi matrimonium diremisset, quòd & liberos iam haberent, vxor quo-

F que ab adulescente diligeretur: quæ si remaneret, peccatorum foret obliuio: si verò discederet, causa de omnibus desperandi: molliorem namque fieri audaciam si domesticis affectionibus distrahatur: vix tandem cessit, vnáque & ipse rediit cum adulescente in gratiam, & patrem eius reduxit. Procul dubiò tamen eum Romam mitti debere ait, cum Cæsare collocuturum: de omnibus enim sese literas ad eum feciſſe. Vafrum igitur Archelai consiliũ, quo generum periculo liberauit peractum erat, & redintegrata concordia in epulis & humanitate cõuictus familiariter versabantur. Abeuntem autem munetibus talentorũ septuaginta, solio quoque gemmis ornato, &

G eunuchis, & cõcubina donat Herodes, quæ Pannychis vocabatur: itémq; amicorũ eius quẽque pro merito

quin & cognati regis omnes, iussu eius Archelao dona splendidissima dederunt: eúmque tam ipse quàm optimates Antiochiam vsque prosecuti sunt. Non multo pòst quidam in Iudæam venit, Archelai consiliis multo potentior: qui non solùm reconciliationem gratiæ Alexandro quæsitam fecit irritam, verumetiam causa fuit, vt periret. Laco erat genere, nomine Eurycles, ad regni desiderium amore pecuniæ corruptus. Iam enim luxum eius regia tolerare non poterat. Is amplissimis donis Herodi oblatis, velut eorum, quæ aucuparetur illecebra, cùm statim multiplicata recepisset, immaculatam liberalitatem nihil esse ducebat, nisi regum sanguine comparasset. Itaque regem adulatione falsísque de ipso laudibus, & sermonis callíditate circumuenit: maturéque perspecto eius ingenio, dictis simul & factis quæ illi placerent, inter primos eius amicos habetur. Nam & rex & omnes eius comites libenter ciuem Spartæ patriæ causa, præcipuo dignum honore ducebant. Ille autem postquam fragilitatem domus animaduertit, fratrúmque inimicitias, & quemadmodum pater in singulos esset animatus, Antipatri quidem hospitio præuentus erat. Simulata verò amicitia fallebat Alexandrum olim se & Archelai socium esse mentitus, quo etiam ci-
tius quasi probatus obrepsit. Moxque ab eo fratri quoque Aristobulo commendatus est. Pertentatis autem personis omnibus, aliam alio modo subibat: ac primùm fit Antipatri mercenarius, & Alexandri proditor: illum exprobrando castigans, quòd & quum fratrum sit maximus, spei suæ negligat insidiatores. Alexandrum verò, quòd regina creatus, & regiæ vir coniugis, filium priuatæ mulieris pateretur regno succedere: præsertim quum haberet magnam occasionem Archelaum: quæ quidem adulescenti bona fide suadere videbatur, quòd amicitiam simulasset Archelai. Vnde nec Alexander quicquam metuens, & de Antipatro quæ se mouerent apud eum querebatur: & quòd nihil mirum faceret Herodes, si cùm matrem illorum interemit, ipsis quoque regnum eius auferret. quorum causa Eurycles & miserari eos & condolere simulans, etiam Aristobulum ad ea dicenda pellexit: atque ita querelis in patrem vtroque deuincto, referens ad Antipatrum secreta discedit: affícto quoque insidiarum mendacio, quas ei fratres parasse affirmabat, ac penè iam strictis gladiis in eum irruere. Ob hæc autem multa pecunia donatus ab Antipatro, laudator eius erat apud patrem: & ad extremum necis Alexandri & Aristobuli redempta opera, ipse accusatoris partibus fungitur. Cúmque adisset Herodem, vitam ei se rependere pro beneficiis & sibi delatis, & lucem referre dixit pro hospitio: olim Alexandrum exacuisse in eum gladium, & confirmasse dexteram: verùm sceleri tanto fuisse impedimento, quòd societatem facinoris assimulasset. Alexandrum enim dicere, non bene se cum Herode actum putare, quòd regnum obtinuisset alienum, & post matris eorum necem principatum eius dilacerasset, nisi etiam degenerem coaptaret hæredem, auitúmque ipsorũ regnum Antipatro spurio traderet. Proinde semet Hyrcani manes & Mariamnes vltum ire.

Ant. lib. 16. cap. 11.

Nec enim

ὀφείλειν ἢ, καὶ οἱ συγγενεῖς πάντες ἀδελφοῦ παῖδα πάντας ἀρχελάῳ λαμπρὰ δῶρα ἐδωκότα ἀφθῆ ἢ ὑπὸ τῆ πράξεως καὶ τῆ δυνάστου, μέχρι καὶ μετ' ὀλίγον ἢ, εἰς τὴν Ἰουδαίαν παραγίνεται τις ἀρχελάου τραπέζης τῶν δυνατωτάτων ἀνὴρ ὑπ' ἐκείνῳ πολιτευόμενος ἀλεξάνδρῳ ἐπιβουλὰς ἀίζηλος, ἀλλὰ καὶ ἀπωλείας αἴτιος αὐτῷ πρὸς τὸν λαὸν, δύρυκλῆς τοὔνομα, πόθῳ χρημάτων εἰς τὴν βασιλείαν προσφθαρείς. ὁ δὲ αὐτὸν χρόνον ἐπὶ πολὺ αὐτῆ τῆ πολυτελείᾳ. λαμπρὰ ἢ πρὸς ἡδονὴν δῶρα ἐνεγκών, δίλεαρ ὢν ἐθηρᾶτο, καὶ φιλοτιμίαν πλείω λαβὼν, ὑδὲν ἧττον τῆ καθαρὰ δόσει, εἰ μὴ ἐμποδίσαιτο τὴν βασιλείαν. ἀδελφὸν δὲ τῶν βασιλέα κολακείᾳ καὶ δ' αὐτῶν λόγων, ἢ ψεύδεσιν ἐγκωμίοις. ταχέως ἢ συνιδὼν τὴν πρόθεσιν, καὶ πάντα λέγων τε καὶ πράττων τὰ πρὸς αὐτὸν, φίλος εἰ τοῖς πρώτοις γίνεται. καὶ δὴ ὁ βασιλεὺς τὴν παῤῥησίαν, καὶ πάντες οἱ περὶ αὐτὸν, ἰσότιμον τὴν ἀπαρτίαν. ὁ ἢ ἐπεὶ τὰ σαθρὰ τῆς οἰκίας κατεῖδε τοῖς τῶν ἀδελφῶν διαφοραῖς, καὶ ὅπως διέκειτο ἕκαστος ὁ πατὴρ, αὐτοπάτωρ μὲν ξενίᾳ προσεκεκλήκει φιλίᾳ ἢ ἀλέξανδρον ὑπεκρίνετο, ψεύστην μὲν ἐνόμιζεν αὐτὸν εἶναι καὶ ἀρχελάου πάλαι. διὸ δὴ καὶ ταχέως ἐν δοκιμασθεὶς ἐδέχθη. σεαυτὸν ἢ ἐποίει διάφορον ἀριστοβούλῳ τῷ ἀδελφῷ. πάντων ἢ ἀποπειρασθέντων προσώπων ἄλλῳ ἄλλως ὑπῆει, γίνεται ἢ προσηνὴς, μισθωτὸς αὐτοπράτωρ, καὶ προδότης ἀλεξάνδρου μὲν ὀνειδίζων, εἰ πρεσβύτατος ὢν ἀδελφῶν τοὺς ἀμφιβόλους ἐᾷ τὴν ἐλπίδα. ἀλεξάνδρῳ ἢ, εἰ γεγαμηκὼς ἐκ βασιλίδος, καὶ βασιλεῖ συνοικῶν, ἰσόμοιρος ἔχεις τὴν ἀρχὴν τὴν ἐξ ἰδιώτιδος, καὶ ταῦτα μητρυιᾶς φορμὸν ἔχων ἀρχέλαον. λύει ἢ πρὸς τὸ μέγεθος τὸ ἀρχελάου φιλίαν πλασάμενος. διὸ μᾶλλον ἐπεγελώμενος ἀλέξανδρος, ἅτε καὶ αὐτοπάτωρ ὢν, ἐπίστευεν αὐτῷ καὶ ὡς πρὸς αὐτὸν τὴν μητρυιὰν. ἦν ἢ δοκοῦσιν εἰ μὴ αὐτὸς ἀφαιρεῖται τὴν ἐκείνης βασιλείαν. ἐφ' οἷς δύρυκλῆς, οἷα εἰρὼν τε καὶ συναλγῶν ὑπεκρίνετο. ταῦτα ἢ αὐτὰ καὶ τὸν ἀριστόβουλον εἰπὼν ἐδελέαζε καὶ τὴν παῤῥησίαν μεμψίσιν ἐνδυσάμενος ἀμφοτέροις ἤχθετο φέρων αὐτοπάτορα τὸν ὑπόῤῥητα. προσῆν ἢ δ' ἐπιβουλὴν ὡς ἐπιδρυόντων αὐτῷ τὰ ἀδελφὼ μόνον οὐ διαφερόντων ἤδη τὰ ξίφη λαβὼν ἢ δορυφόρων πλῆθος, ἐπαγωγὸς τῷ αὐτοπάτορι τὸν πατέρα. τὸ ἢ τελευταῖον ἱκετεύσας τὸν ἀριστόβουλον καὶ ἀλέξανδρον θανάτου, κατήγορος αὐτῷ δεῖ ἐκείνος γίνεται. καὶ προσελθὼν, αὐτοδιδόναι τὸ ζῆν ἐκέλευε πρὸς ἢ, τὸ εἰς αὐτὸν διεργασιῶν, καὶ τὸ φῶς, ἀμοιβὴν ξενίας αὐτοπαρέχεται πάλαι. ὁ ἐπ' αὐτὸν ἀκοντίσας φόρος, καὶ τὸ ἀλέξανδρε τετονῶσθαι δόξαι, ἐμπεσὼν αὐτὸς γεγονέναι τῷ ταχέως συνεργῶν ἐκπεσεῖν εἰς ἢ τὸν ἀλέξανδρον, ὡς ἐν ἀγαπᾷ βασιλεύειν πρὸς ἢ τὸν ἀλλοτρίου, καὶ μὴ τὸν ἐκ μητρὸς αὐτοῦ τοιοῦτο ἐκείνης ἀρχὴν ἀναδήσας, ἀλλ' ἔτι καὶ εἰσάγει δεξιόχειρ, αὐτοπάτορι τῷ φθάρῃ πλείω ἐκπώσαν αὐτῷ βασιλείαν προτείνων. τιμωρίαν μὲν αὐτὸν τοῖς ὑρκανῦ καὶ μαριάμμης δώσων.

ὀρθῶς

A ἀρέσκειν αὐτῷ διαδέξασθαι παρὰ τοιούτου πατρὸς τὴν ἀρχὴν, δίχα φόνου. πολλὰ δὲ εἶναι τὰ παροξύνοντα καθ' ἡμέραν, ὥστε μηδὲ λαλιᾶς τινὰ τρόπον ἀσυκοφάντητον καταλελεῖφθαι. περὶ μὲν γὰρ εὐγενείας ἑτέρων μνείας γενομένης, αὐτὸς ἀλόγως ὑβρίζεσθαι τοῦ πατρὸς λέγοντος, ὁ μόνος εὐγενὴς Ἀλέξανδρος, καὶ τὸν πατέρα διὰ ἀγένειαν ἀδοξῶν. κατὰ δὲ τὰς θήρας, προσκρούειν μὲν σιωπῶν, ἐπαινέσας δὲ, προσσαίνειν εἴρων. πανταχοῦ δὲ ἀμείλικτον εὑρίσκειν τὸν πατέρα καὶ μόνῳ φιλόστοργον Ἀντιπάτρῳ. B δι' ὃν ἡδέως καὶ τεθνήξεσθαι μὴ κρατήσας τῆς ἐπιβουλῆς. κτείναντι δὲ εἶναι σωτηρίας ἀφορμὴν, πρῶτον μὲν Ἀρχέλαον ὄντα κηδεστὴν, πρὸς ὃν διαφεύξεσθαι ῥᾳδίως. ἔπειτα Καίσαρα μέχρι νῦν ἀγνοοῦντα τὸν Ἡρώδου τρόπον. οὐ γὰρ ὡς πρότερον αὐτῷ παραστήσεσθαι πεφρικὼς τὸν ἐφεστῶτα πατέρα, οὐδὲ φθέγξασθαι περὶ τῶν αὐτοῦ μόνον ἐγκλημάτων. ἀλλὰ πρῶτον μὲν κηρύξειν τὰς τοῦ ἔθνους συμφορὰς, καὶ τοὺς μέχρι ψυχῆς φορολογουμένους, ἔπειτα εἰς οἵας τροφὰς καὶ πράξεις, τὰ δι' αἵματος πορισθέντα C χρήματα ἀναλωθείη. τοὺς τε ἐξ ἡμῶν πλουτήσαντας, οἵοι, καὶ τὰς θεραπευθείσας πόλεις, ἐπὶ τίσιν. ζητήσειν δὲ καὶ τὸν πάππον ἐκεῖ καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὰ τῆς βασιλείας μύση πάντα κηρύξειν, ἐφ' οἷς οὐ κριθήσεσθαι πατροκτόνος. τοιαῦτα κατὰ Ἀλεξάνδρου τερατευσάμενος ὁ Εὐρυκλῆς ἐπῄνει πολλὰ τὸν Ἀντίπατρον, ὡς ἄρα μόνος τε εἴη φιλοπάτωρ, καὶ διὰ τοῦτο μέχρι νῦν τῆς ἐπιβουλῆς ἐμπόδιον. μήπω δὲ καλῶς ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοῖς πρώτοις κατεσταλμένος, εἰς ἀνήκεστον ὀργὴν ἐξαγριοῦται, καὶ πάλιν D λαβὼν καιρὸν Ἀντίπατρος, ἑτέρους κατὰ τῶν ἀδελφῶν ὑπέπεμπε κατηγόρους, λέγειν ὅτι Ἰουκούνδῳ καὶ Τυραννίῳ λάθρα διαλέγοιντο, τοῖς ἱππάρχαις μέν ποτε τοῦ βασιλέως γενομένοις, τότε δ' ἔκ τινων προσκρουμάτων ἀποπεπτωκόσι τῆς τάξεως. ἐφ' οἷς Ἡρώδης ὑπεραγανακτήσας, εὐθέως ἐβασάνισε τοὺς ἄνδρας. ἀλλ' οἱ μὲν, οὐδὲν τῶν διαβληθέντων ὡμολόγουν. προσεκομίσθη δέ τις, πρὸς τὸν Ἡρώδου φρούραρχον ἐπιστολὴ παρὰ Ἀλε- E ξάνδρου, παρακαλοῦντος ἵνα αὐτὸν δέξηται τῷ φρουρίῳ μετὰ Ἀριστοβούλου τοῦ ἀδελφοῦ κτείναντα τὸν πατέρα, καὶ παράσχῃ τοῖς ὅπλοις χρήσασθαι, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀφορμαῖς. ταύτην Ἀλέξανδρος μὲν ἔλεγε τέχνασμα εἶναι Διοφάντου, γραμματεὺς δ' ὁ Διόφαντος τοῦ βασιλέως, τολμηρὸς ἀνὴρ καὶ δεινὸς μιμήσασθαι πάσης χειρὸς γράμματα. πολλὰ γοῦν παραχαράξας, τελευταῖον ἐπὶ τούτῳ καὶ κτείνεται. βασανίσας δὲ τὸν φρούραρχον Ἡρώδης οὐδὲν ἤκουσεν οὐδὲ παρ' ἐκείνου τῶν διαβε- F βλημένων, ἀλλὰ καίτοι τοὺς ἐλέγχους εὑρίσκων ἀσθενεῖς, τοὺς υἱοὺς ἐκέλευσε τηρεῖν, ἔτι μέντοι λελυμένους. τὸν δὲ λυμεῶνα τῆς οἰκίας καὶ δραματουργὸν ὅλου τοῦ μύσους Εὐρυκλέα, σωτῆρα καὶ εὐεργέτην καλῶν, πεντήκοντα δωρεῖται ταλάντοις. ὁ δὲ τὴν ἀκριβῆ φήμην φθάσας εἰς Καππαδοκίαν, ἀργυρίζεται καὶ παρὰ Ἀρχελάου, τολμήσας εἰπεῖν, ὅτι καὶ διαλλάξειεν Ἡρώδην Ἀλεξάνδρῳ. διάρας δὲ εἰς G τὴν Ἑλλάδα, τοῖς ἐκ κακῶν κτηθεῖσιν εἰς ὅμοια κατεχρήσατο. δὶς γοῦν ἐπὶ Καίσαρος κατηγορηθεὶς ἐπὶ τῷ στάσεως ἐμπλῆσαι τὴν Ἀχαΐαν, καὶ περιδύειν τὰς πόλεις, φυγαδεύεται. κἀκεῖνον μὲν οὕτως ἡ Ἀριστοβούλου καὶ Ἀλεξάνδρου ποινὴ περιῆλθεν. ἄξιον δὲ

decere ſucceſſionem regni ab huiuſmodi patre ſine cæde ſuſcipere, multis autem rebus ad hoc excitari quotidie, quia nihil ſibi omnino loqui ſine calumnia liceret. Nam ſi de nobilitate aliorum fiat mentio, ſine ratione ſe contumeliis affici, patre dicente, ſolus generoſus Alexander, & cui pater ſit pro ignobilitate dedecori. In venationibus quoque offendere, ſi taceat: ſi verò laudet, cauillatorem appellari, & proſus immitem ſibi patrem inueniri, ſolique Antipatro indulgentem: ob quæ vel emori non recuſare niſi ex voto inſidiæ ſucceſſiſſent: ſin eum occidiſſet, primùm ſalutis occaſionem fore Archelaum ſocerum ſuum, ad quem facilè poſſit effugere: deinde Cæſarem, qui nunc vſque ignoraret mores Herodis. nec enim ſic ei adſtaturum, vt antea patris præſentiam formidando, nec de ſuis tantùm criminibus locuturum, ſed primùm totius gentis ærumnas: & quod ad necem vſque tributis opprimeret vulgaturum. deinde in quibus deliciis, quibúſque actibus partæ ſanguine pecuniæ conſumptæ ſint, & qui vel quales ex illis fuerint locupletati, quæ cauſa ciuitatis afflictæ: ibi autem lamentaturum & aui & matris necem, omniáque ſcelera regis retecturum: quibus cognitis nemo ſe iudicauerit patricidam. His Eurycles in Alexãdrum falsò delatis, Antipatri laudes proſequebatur, illum ſolum, qui patrem diligeret eſſe confirmans, quíque adhuc inſidias retardaſſet. Rex autem nondum præteritæ ſuſpicionis dolore compreſſo, intolerabilis iracundiæ feritate perturbatur. Iterúmque hoc tempus nactus Antipater, alios accuſatores fratribus ſubornauit, qui eos dicerent cum Iucundo & Tyrannio clàm colloqui ſolitos eſſe, equitum regis olim principibus, tũc verò propter quaſdam offenſiones ordinibus motis. Hac denique indignatione ſuccenſus, confeſtim eos tormentis Herodes ſubdidit. Illi autem nihil eorum ſe, quæ crimini darentur, ſcire confeſſi ſunt. Sed oblata eſt quædam velut ad præfectum caſtelli Alexandrij ab Alexandro ſcripta epiſtola, deprecante vt cum Ariſtobulo fratre ſe in caſtellum reciperet, ſi patrem interfeciſſent: támque armis quàm aliis ſubſidiis eos vti permitteret. Hanc Alexander Diophanti commentum eſſe dicebat, qui regis erat notarius, homo audaciſſimus & cuiuslibet manus literas imitari percallidus. Itaque multis ſæpe falsò conſcriptis, ob hoc poſtremò occiſus eſt. torto autem caſtelli præfecto, nec eius indicio quicquam Herodes eorum, quæ delata erant verum eſſe cognouit. Sed quamuis nullum documentum validum proferretur, filios tamen aſſeruari præcepit. Euryclem verò domus ſuæ peſtem, ac totius ſceleris fabricatorem, bene de ſe meritum datorémque ſalutis appellans, talentis quinquaginta donauit. Ille autem prius quàm certa fama nunciaret, ad Archelaum properat: auſuſque dicere, quod Herodem reconciliaſſet Alexandro, ab illo quoque pecunias capit. deinde in Achaiam transgreſſus, ad ſimilia facinora malè quæſitis abuſus eſt. Poſtremò apud Cæſarem accuſatus, quòd diſſenſionibus repleuiſſet Achaiam, & ciuitates ſpoliaret, in exiliũ mittitur: atque hoc eum modo pœnæ Alexandri & Ariſtobuli perſecutæ ſunt. Hoc loco dignum eſt

Coum Euaratum huic Spartiatæ conferre. Namque is cùm amicissimus esset Alexandro, eodémque tempore quo Eurycles ibidem erat, aduenisset, percontanti regi super his, quæ ille insimularet: iuratus nihil se ab adulescentibus audisse affirmauit. nec tamen id quicquam miseris profuit apud Herodem, solis maledictis aures paratissimas aperiétem: cúmque gratiosissimum sibi iudicantem, qui secum eadem crederet: iisdémque moueretur. Incitabat præterea Salome crudelitatem eius in filios. Nam ad hanc Aristobulus, quo periculis inuolueret, quam & socrum habebat & amitam, monitum miserat, vt saluti suæ consuleret: quasi rex eam decreuisset occidere, iterum insimulatam, quorum ante fuerat accusata: quòd Syllæo Arabi nubere cupiens, quem sciret eius inimicum, occultè illi secreta regis nunciaret. Et hoc fuit extremum quo tanquam tempestate oppressi adulescentes, non secus ac turbine pessundati sunt. Salome enim protinus contendit ad regem, eique monita Aristobuli prodit: atque ille vlterius durare non passus, vtrumque filium vinxit, & separatos asseruari præcepit. Deinde Volumnium militiæ magistrum, & ex amicis suis Olympum descripta ferentes iudicia, proficisci iussit ad Cæsarem: qui postquam Romam naui delati, regis litteras reddiderunt, vehementer quidem Cæsar ob adulescentes indoluit, verùm potestatem in filios à patre auferendam non duxit. Denique rescribit ei, vt ipse sui dominus esset arbitrij: meliùs tamen facturum dicens, si in communi consessu propinquorum suorum prouinciæque rectorum de insidiis quæreret: eósque si delato crimini reperiret astrictos, occideret. si verò fugam tantùm esse meditatos, mediocri supplicio contentus esset. Paret scriptis Herodes: cúmque Berytum quò Cæsar iusserat, peruenisset, cogit iudicium. Præsederunt autem rectores, quibus à Cæsare scriptum fuerat, Saturninus & Pedanius legati, & cum his Volumnius procurator, itémque propinqui regis & amici, necnon & Salome & Pheroras, & post hos optimates Syriæ, præter Archelaum regem: namque hunc Herodes, quòd Alexandri socer esset, suspectum habebat. Sed filios quidem satis prouido consilio in iudicium non produxit: sciebat enim quòd si tantùm visi fuissent, omni modo ad misericordiam cunctos impellerent: si verò etiam dicendi copiam nacti essent, facillimè Alexander obiecta dilueret. Igitur illi quidem custodiebantur in Platane, vico Sidoniorum. Exorsus autem rex, veluti cum præsentibus ageret, commouebatur. & insidias quidem timidè obiiciebat: nam probationibus deficiebat. maledicta verò & probra & iniurias, & peccata plurima in se admissa prosequebatur: eáque morte grauiora esse confessoribus demonstrabat. postremò cùm nemo contradiceret, semetipsum argui miserabiliter questus, acerbámque victoriam vincere, singulos sententiam proferre rogat in filios. & primus Saturninus condemnandos esse adolescentulos, sed non morte pronunciauit. Nec enim fas esse cùm tres ipse astantes habeat filios, mortem alienis decernere. Idem etiam duobus legatis visum est, eósque

Ant. lib. 16. cap. 13.

αὐτοῦ δοῦναι τὴν πρώτην διάφασιν τῆς ἀπολογίας. ἡ δὲ ἐν τοῖς μάλιστα φίλοις ἀλέξανδρον, ἡ κατ' αὐτὸν δι' ἡνιόχου κομιδῆ ὀλιγωρήσας, παιδαγωγοῦντι τῷ βασιλεῖ, ἐφ' ὧν ἐμαίνετο, ὄρκους μεθ' ἁπλοΐας. ἐξ ὧν τὴν μεγαλοψυχίαν ἔδειξεν. ὁ μὲν γὰρ πρώτους ἀνέλυσε. μόνον δὲ ἐν τῷ κοινῷ ἀκροατηρίῳ ἐπομόσαντος πρώτης, ἡ κεχαρισμένος αὐτῷ πᾶς ὁ συμπεσὼν ἦν, καὶ συναγανακτῶν. παρόξυνεν ἢ αὐτὸ ἡ σαλώμη τὸν ἐπὶ πᾶσι τέκνοις ὠμότητα. ταύτην γὰρ συμπάσχειν τοῖς κινδύνοις ὁ ἀριστόβουλος. θέλων, οὖσαν εὐνοϊκῶς ἡ μητρυιᾷ, δεξιώμενον τιμᾶν, σέβειν αὐτὸν παραινῶν. ἐπεὶ δὲ ἀλέξανδρον μὲν βασιλέα, κτείνειν αὐτὸν δεδεμένον ἐφ' οἷς ἡ θεὸς ἔσωσεν, συλλαμβάνειν τῷ ἄρχοντι μηχανᾶσθαι συνεδόκουσαν, λάθρα τὰ τοῦ βασιλέως ὑπόρρητα διαγγέλλειν πρὸς αὐτόν, ἐχθρὸν ὄντα. τοῦτ' ἐπὶ πλείστοις θυμὸν χαμαζομένοις τοῖς νεανίσκοις ἐπιβάπτειν. ἡ δὲ σαλώμη δραμοῦσα πρὸς βασιλέα, τὸν παράπονον ἐμήνυσε. κἀκεῖνος μηκέτι κατερύσας, δεσμεῖ μὲν ἀμφοτέρους τοὺς υἱεῖς, ἡ διαχωρίζει ἀπ' ἀλλήλων. πέμπει δὲ πρὸς καίσαρα δεξιὸν ὄχος, ὁλόμισόν τε τὸν στρατοπεδάρχην, καὶ τὸν φίλον ὄλυμπον, ἐγγεγραμμένας τὰς μηνύσεις φέροντας. οἱ δὲ, ὡς εἰς ῥώμην πλεύσαντες, ἀπέδοσαν τὰ ὑπὸ τοῦ βασιλέως γράμματα, σφόδρα μὲν ἠχθέσθη καίσαρ ὅτι τοῖς νεανίσκοις, οὐ μὴν ὥστο δεῖν ἀφελέσθαι τὸν πατέρα, τὴν τε ἐξ ἀρχῆς ἐξουσίαν. ἀπηγορεύει γοῦν κύριον μὲν αὐτὸν καθίσας, εὖ μάλα τοι ποιήσειν λέγων, εἰ μὴ καινὰ συνεδεύοιτο, τῆς τε ἰδίων συγγνώμης, ἡ τῆς κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἡγουμένων, ἐξετάσειν τὴν ὑπόθεσιν. κἂν μὲν ἐπίχωρα κτείνειν. ἂν δὲ μόνον ὧν δρασμὸν βεβουλευμένους, κολάσειν μετρίως. τούτοις ἡρώδης πείθεται, ἡ ἀγομένους εἰς βηρυτὸν ἔνθα ὁ καῖσαρ, συνήγαγε τὸ δικαστήριον. παρεδρεύουσι δὲ οἱ ἡγεμόνες, γεγραμμένοις αὐτοῖς ὑπὸ καίσαρος, σατορνῖνός τε, ἡ οἱ μετὰ πεδάνιον πρέσβεις. συνῆν δὲ ἡ βολούμνιος ὁ ἐπίτροπος, ἑστιατορ οἱ τῆ βασιλέως συγγενεῖς ἡ φίλοι, σαλώμη τε καὶ φερώρας, μεθ' οὓς οἱ πάσης ἀνείας ἄριστοι, πλὴν ἀρχελάου τοῦ βασιλέως. τοῦτον γὰρ ὄντα κηδεστὴν ἀλεξάνδρου, δι' ὑποψίας εἶχεν ἡρώδης. τοὺς γε μὴν υἱεῖς οὐ παρήγαγεν εἰς τὴν ἐπίλυσιν μέλλοντος ἐνδώσειν. ᾔδει γὰρ ὅτι ἡ μόνον ὀφθέντας ἐλεήσοντας πάντας. εἰ δὲ δὴ, ἡ λόγου μεταλάβοιεν, ῥᾳδίως ἀλέξανδρον ἀπολύσεσθαι τὰς αἰτίας. ἀλλ' οἱ μὲν, ἐν πλατάνῃ κώμῃ σιδωνίων ἐφρουροῦντο. κατὰς δὲ ὁ βασιλεὺς, ὡς πρὸς παρόντας διετίνετο. κατηγόρει τε τὴν μὲν ἐπιβουλὴν ἀδεῶς, ὡς οὐ διαφευγόμενος εἰς αὐτὴν ἐλέγχων, λοιδορίας τε, ἡ σκώμματα ἡ ὕβρεις, ἡ πλημμελείας μυρίας εἰς αὐτὸν, ἃ ἡ θανάτου χαλεπώτερα, τοῖς συνειδόσιν ἀπέφαινεν. ἔστιν ὅτε μηδενὸς ἀπολογουμένου ἐπαιτιασάμενος ὡς αὐτὸς ἀλλοιοῖτο, ἡ νικῶν νίκην παρὰ κατὰ τέκνων, ἐπιτρέπει τὴν γνώμην ἔχεσθαι. ἡ πρῶτος σατορνῖνος ἀπεφαίνατο, κατακρίνειν μὲν τῆς νεανίσκων, ἀλλ' οὐ θάνατον. οὐ γὰρ εἶ θεμιτὸν αὐτὸ, τέκνων πατρὸς ὥστε τέκνων; ἐπεὶ δὲ τέκνα ἀπώλειαν ὑπενθήσεσθαι. σύμφορα δ' αὐτῷ ἡ οἱ δύο πρισβύται γνώσεσθαι, ἡ τοὺς

ὕστερον

ἕτεροι τινὲς ἠκολούθησαν. ὁ μὲν οὖν Βολύμνιος ἦ δ' ὃς συνθρωπῆς ἀποφάσεως ἤρξατο, καὶ μετ' αὐτὸν, πάντες θάνατον καταψηφίσασθαι τῷ μειρακίων. οἱ μὲν κολακεύοντες, οἱ δὲ μισοῦντες ἠρώδην, καὶ οὐδεὶς δι' ἀγανάκτησιν. ἔνθα δὴ μετέωρος ἦν σύμπασα, καὶ τὸ ἰουδαϊκὸν ἅπαν, σκηδεχομένων τὸ τέλος τοῦ δράματος, οὐδεὶς μὴν τοι ὑπελάμβανεν ἐσεσθαι μέχρι τεκνοκτονίας ὠμὸν ἡρώδην. ὁ δὲ σύεφας τοὺς ἑαυτοῦ εἰς τύφον, κἀκεῖθεν ὀλίγα πλοῦσας εἰς καισάρειαν, βέβαιον ἀναιρέσεως τοῖς μειρακίοις ἐπενόει. παλαιός δέ τις τοῦ βασιλέως στρατιώτης ὄνομα πέρων, ἔχων μὲν σφόδρα σωφρόνως καὶ φίλον ἀλέξανδρῳ, καὶ αὐτὸς ἠγαπηκὼς ἰδίᾳ τὰ μειράκια, δι' ὑπερβολὴν ἀγανακτήσεως, ἔκφρων ἐγίνετο. καὶ τὸ μὲν πρῶτον, ἐβόα θεοῖσιν, πεπατῆσθαι τὸ δίκαιον, ἀπολωλέναι τὴν ἀλήθειαν, συγκεχύσθαι τὴν φύσιν, ἀνομίας γέμειν τὸν βίον, καὶ πάντ' ὅσα μὴ φεισόμενος τοῦ ζῆν, ὑπηγόρευε τὸ πάθος, τέλος δὲ, καὶ τῷ βασιλεῖ τολμήσας προσελθεῖν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ἔφη κακοδαιμόνες ἄρα ἦσαν δοκεῖς, ὃς τις καὶ τῷ φιλτάτων πείθῃ τοῖς πονηροτάτοις. εἶτα φέρωρα καὶ σαλώμης καταγνοὺς πολλάκις θάνατον, πῶς δύνει τούτοις καὶ τοῖς τέκνοις, οἳ σε τῶν γνησίων προκόπτοντες δεδοίκασιν, ἐᾶν αὐτοκράτορα καταλείπεσθαι μόνον, τὸν αὐτοῖς δυσμενέστατον ἀφεῦρόμενοι βασιλέα, σπεύσαι μοὶ τοῖνυν, μή ποτε καὶ κείνῳ γένηται μῖσος ἐν τοῖς στρατιώταις, ὁ τοῦ ἀδελφῶν θάνατος. οὐ γάρ ὅστις ὃς τις οὐκ ἐλεεῖ τὰ μειράκια, τοῦ δ' ἡγεμόνων καὶ φανερὰς ἀγανακτοῦσι πολλοί. ταῦτ' ἅμα λέγων, ὠνόμαζε τοὺς ἀγανακτοῦντας, ὁ δὲ βασιλεὺς δίθεως, ἐκείνους τε καὶ αὐτὸν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ συνελάμβανεν. ἐφ' ᾧ τοῦ ἐκ τῆς αὐλῆς τὶς κουρέων, τύφων ὄνομα, παρεκπηδήσας ἔκ τινος φρενοβλαβείας, ἑαυτοῦ μειωτὴς γίνεται. καμὲ γοῦν ἔφη πέρων ἐπέπεισθεν, ὅταν θεραπεύω τοῦ ξυροῦ σε δεξιήσασθαι, μεγάλας τέ μοι παρὰ ἀλεξάνδρου δωρεὰς ὑπισχνεῖτο. ταῦτα ἀκούσας ἤρων δὴς, τόν τε πέρωνα συὼ τοῦ παιδὶ, καὶ τὴν κυρίαν βασάνοις διήλεγχε. καὶ τοῦ μὲν ἀρνουμένου, τοῦ δὲ μηδὲν πλέον λέγοντος, στρεβλοῖ σκέλους τὸν πέρωνα σφοδρότερον. ὁ δὲ υἱὸς οἰκτείρας, ὑπέσχετο τῷ βασιλεῖ πάντα μηνύσειν, εἰ χαρίσαιτο τὸν πατέρα αὐτῷ. κἀκεῖνος δόντος ἔφη, ὡς ὁ πατὴρ αὐτῷ πεισθεὶς ἀλεξάνδρῳ, θελήσειεν αὐτὸν ἀπελεῖν. τοῦτο, οἱ μὲν, εἰς ἀπαλλαγὴν τῶν πάντων αἰτίας περιπλάσαι, τινὲς δὲ ἀληθὲς ἔλεγον. ἡρώδης γε μὴν ἐν ἐκκλησίᾳ τοῦ τε ἡγεμόνων καὶ πέρωνος κατηγορήσας, τὸν λαὸν ἐπ' αὐτοὺς ἐστρατολόγησεν. αὐτόθι γοῦν ἀναιρεθῆναι μὲν τοῦ κυρίους, ξύλοις βαλλόμενοι καὶ λίθοις. πέμψας δὲ τοὺς υἱεῖς, εἰς σεβαστὴν ὄντας ὑπὸ πόρρω τῆς καισαρείας, φρουρεῖσθαι ὑπεκέλευσε. καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ ταχέως τοῦ προστάγματος, τοῖς νεκροῖς εἰς ἀλεξάνδρειον ἐπέλθοντες ἀναχομισθῆναι τὸ φονεύειν, συνταφησομένους ἀλεξάνδρῳ τῷ μητροπάτορι. τὸ μὲν οὖν ἀλεξάνδρου, καὶ ἀριστοβούλου τέλος, τοιοῦτον.

nonnulli alij secuti sunt. Tristem verò sententiam primus Volumnius dixit, cunctíque post eum Herodis æmulatione, vel odio: neque indignatione quisquam necandos esse adulescentes iudicauit. Tum autem vniuersa Iudæa & Syria, suspensa quidem operiebatur huius tragœdiæ finem: sed nemo existimabat Herodis crudelitatem ad parricidium vsque processuram. Ille tamen filios Tyrum traxit: atque inde naui Cæsaream deuectos, quo mortis genere perimeret cogitabat. Interea vetus quidam regis miles, Tiro nomine, qui & filium habebat Alexandro assuetum atque amicum, & ipse diligebat adulescentulos: præ nimia indignatione mentis postremò circumueniens clamitabat conculcatam esse iustitiam, veritatem periisse: naturam esse confusam, vitámque hominum iniquitatis esse plenam, & omnia quæ dolor contemptori vitæ dictasset. Deinde ipsum etiam regem ausus adire: Mihi verò, inquit, omnium videris esse infelicissimus, qui contra carissimos nequissimis credas. Siquidem Pheroras & Salome fidem apud te aduersus filios tuos habent, quos sæpe ipse mortis supplicio dignos esse iudicasti: neque aduertis hoc eos agere, vt iustis successoribus destitutus, cum solo remaneas Antipatro, capi facilè regem optantes. Veruntamen cogita, ne ille quoque militibus odiosus sit, propter cædem omnium fratrum. Nullus enim est, qui non adulescentium misereatur, principum autem plurimi etiam palàm grauiter ferunt. hæc dicens: simul eos quibus res indigna videretur nominabat. Rex autem statim illos & ipsum cum filio comprehendi iubet. Ibíque tum alius quidem regius tonsor, nomine Tryphon, nescio qua exagitatus insania, semetipsum indicans prosilit: ac mihi quoque Tiro, inquit, ille persuasit, vt occasione tondendi nouacula te occiderem: magnáque inde Alexandrum daturum munera pollicebatur. His auditis, Herodes & Tironem ciúsque filium, & tonsorē subdidit quæstioni. Cumque illi pernegarent, tonsor autē ampliùs nihil diceret, Tironem vehementiùs torqueri iussit: túmque filius eius, patris miseratione commotus cuncta se regi, si eum sibi condonasset, indicaturum promisit. Eóque relaxato, ipsius occidendi patrem suum habuisse voluntatem dixit, impulsum ab Alexandro. Hoc autem quibusdam fictum ab adulescente videbatur, quo tormentis eriperet patrem, nonnulli verum esse affirmabant. Herodes tamen & militum principibus & Tirone pro concione accusatis in eos armauit populum, vt ibidem cum tonsore lignorum & lapidum ictibus interirent. Filios verò in Sebasten missos, quæ non longo à Cæsarea interuallo distaret, profocari iubet: eáque re maturè perfecta, in castellum Alexandrium mortuos asportari, cum Alexandro materno aut sepeliendos. His finis Aristobulo & Alexandro vitæ fuit.

Amm. lib. 16. cap. 13.

Κεφάλαιον ιη'.

CAP. XVIII. De conspiratione Antipatri contra patrem.

Ἀντιπάτρῳ δὲ ἀδήλητον ἔχοντι τὴν ἀρχὴν, μῖσος ἀφόρητον ἐκ τοῦ ἔθνους ἐπηγείρετο, πάντων ὑπεραμυνόντων, ὅτι τοὺς ἀδελφοὺς τοῖς ἀδελφοῖς πλάσας ὑπεσωρύττειν ἔδει. ὑπεκούρει δὲ καὶ δίος ὁ μέτειον, αὐξανομένῳ ὁρῶντι τὴν ἀπηρημένων ῥῦσαν.

Antipatrum verò, cùm iam sine controuersia successionem regni speraret, intolerabile gentis excepit odiū, cunctis scientibus, illum omnes fratribus suis conseruisse, calumnias: nihilóq; minus timor eū non mediocris solicitabat, crescente soboleperemptorum

Antiq. lib. 17. cap. 1. 2.

Erant enim Alexandro ex Glaphyra filij duo, Tigranes & Alexander : itémque Aristobulo ex Berenice Salomes filia, Herodes & Agrippa & Aristobulus, filiáque Herodias & Mariamne. Sed Glaphyram quidem Herodes cum dote sua in Cappadociam dimisit, postquàm Alexandrum interfecit : Bernicem autem Aristobuli coniugem, auunculo Antipatri nuptum dedit : vt enim Salomen, quam infensam habebat, sibi reconciliaret Antipater, istas nuptias excogitauit. Idem verò etiam Pheroram muneribus aliisque obsequiis, atque amicos præterea Cæsaris ambiebat, magnas Romam mittendo pecunias. Saturninum enim cum aliis omnibus apud Syriam donis expleuerat. Hoc autẽ magis inuisus erat cunctis, quo plura donabat, velut opes tantas non munificentia largiretur, sed metu consumeret. Itaque eueniebat, vt nec accipientium beneuolentia quicquam profecerit : quibúsque nihil dedisset, acerbiores inimicos haberet. In distributionibus autem munerum quotidie largior erat, cùm præter spem videret orbos pueros ab Herode curari : quantúmque illum peremptorum cædis pœniteret, prolis eorum miseratione significari. Conuocatis enim propinquis atque amicis suis, & pupillis astantibus cùm lacrymis oppleſſet oculos, dixit : Horum quidem mihi patres fortuna quædam tristis eripuit, ipsos autem orbitatis misericordia cum natura commendat. Experiar itaque, vt etsi pater infortunatissimus fui, auus tamen sim prouidentior, & à quibus post me regnantur, amicissimos mihi relinquam. Despondeo igitur filiam tuam Pherora maximo filiorum Alexandri, vt ei curator sis necessarius : tuo verò Antipater filio, Aristobuli filiam : eris enim hoc modo pater orbatæ. Sororem verò eius meus Herodes accipiet, ex pontifice auo materno prognatus. Et de his quidem hoc sit iudicium meum, neque id quisquam dirimat, qui me amabit. Precor autem etiam Deum bono regni mei, meorúmque nepotum copulare nuptias, atque hos pueros placidioribus, quàm patres eorum oculis aspicere. Postquàm hæc locutus est, fleuit, & puerorum dexteras iunxit, benignissiméque consalutatis singulis dimisit concilium. Statim dirigunt Antipater, quantóque dolore affectus esset neminem latuit pupillorum. namque honorem apud patrem quoque sibi derogatum existimabat : iterúmque de rebus cunctis periculum fore, si Alexandri filiis præter Archelaum etiam Pherotam tetrarcham adiutorem haberet licuisset. Ad hæc reputabat odium suum, & orbitatis miserationem, qua tota gens flectebatur, quanto viuentium puerorum studio, & quanta memoria mortuorũ ipsius scelere tenerentur Iudæi. Itaque omnimodo dirimere sponsalia statuit. & callidè quidem patri surrepere timuit, sæuienti acritérque vigilanti ad suspicandum, palàm verò eum supplex adire autus est, corámque deposcere, ne se honore priuaret, quo dignum esse iudicasset, nudumque regis nomen habere vellet, regni autem substantiam penes alios esse. Nec enim posse rerum obtinere dominatum, si præter auum Archelaum, etiam Pheroras Alexandri filiis socer

ἦσαν γὰρ ἀλεξάνδρῳ τῷ ἐκ Γλαφύρας υἱεῖς δύο, τιγράτης
Ⓒ ἀλέξανδρος. ἀριστοβούλῳ δὲ ἐκ Βερνίκης τῆς σαλώμης
θυγατρὸς, ἡρῴδης τε καὶ ἀγρίππας Ⓒ ἀριστόβουλος υἱοὶ,
θυγατέρες δὲ ἡρῳδιὰς Ⓒ μαριάμμη. τὴν μὲν ἐκ Γλαφύρας ἡ-
ρῴδης μὲν τὸν θεσσικὸν ἀπέπεμψεν εἰς καππαδοκίαν,
ὡς αὐτὸν ἀπολέσειεν ἀλέξανδρον. τὴν δὲ ἀριστοβούλου δὲ Βερνίκην συνώ-
κισε θείῳ τῆς μητρὸς ἀντιπάτρῳ. τὴν γὰρ σαλώμην ὄντα
δυσφορον, ξυνοικοῦμενος ὁ ἀντίπατρος, τοῦτον ἐπεσεμνα-
τύσατο τὸν γάμον. ταῦτα δὲ ἡ φερώρα, δώρεις τε καὶ
τὰ ἄλλας θεραπείας, Ⓒ τοῖς καίσαρος φίλοις, ἃ ὀλίγα
πέμπων εἰς τὴν ῥώμην χρήματα. οὕτω τοῦ σατορνῖνον ἐν συνεχείᾳ πάντες ἐθαύμασαν τῆς ἀπ' αὐτοῦ
δωρεᾶς. ἐμισεῖτο δὲ διὰ τοῦτο πλεῖον, ὡς ἐν ὀλίγῳ τὸν
μεγαλοψύχου χαριζόμενος, ἀλλὰ ἀναλίσκων κατὰ
δίος. συνέβαινε δὴ τοῖς μὲν λαμβάνοντας, οὐδὲν μᾶλλον
αὐτοὺς γίνεσθαι, χαλεπωτέρους δὲ ἐχθροὺς, οἷς μὴ δι-
δοὺς. λαμπροτέρας δὲ καθ' ἡμέραν ἐποιεῖτο τὰς δια-
δόσεις, ὁρῶν τὸν βασιλέα, παρ' ἃς αὐτὸς ἐλπίδας εἶ-
χεν, ὀρφανοὺς μελλήμονα τῆς ὀρφανοῦ, καὶ τοῦ δὴ τοῖς ἀπο-
ρημένοις μετάνοιαν συμφαίνοντα, δι' ὧν ἠλέει τοὺς
ἐξ ἐκείνων. συναγαγὼν γάρ ποτε ἡρῴδης συγγενεῖς
τε, καὶ τοὺς φίλους, ὧν δακρυσάμενός τε τὰ παιδία, Ⓒ
δακρύων ἐμπλήσας τοὺς ὀφθαλμοὺς εἶπεν, ἐμὲ τοὺς
πατέρας τούτων, σκυθρωπὸς ἀφείλετο δαίμων, ταῦ-
τα δέ μοι μετὰ τῆς φύσεως, συνίστησιν ἔλεος ὀρφα-
νίας. πειρῶμαι δὴ εἰ Ⓒ πατὴρ ἐγνώμην ἀτυχέστατος,
πάππος γοῦν φανοῦμαι μετριώτερος, καὶ μετ' ἐμὲ κη-
δεμόνας αὐτοῖς καταλιπεῖν τοὺς ἐμοὶ φιλτάτους. ἐγ-
γυῶ δὴ τοῦ μὲν σοῦ φερώρα, θυγατέρα, τῷ πρεσ-
βυτάτῳ τῷ ἀδελφῶν ἀλεξάνδρου παίδων, ἵνα μὴ
αὐτῷ κηδεμὼν ἐναγχώτος, τῷ σῷ δὴ παιδὶ αὐτοπα-
τρὶ τοῦ ἀριστοβούλου θυγατέρα, χρήσιον γὰρ αὖ ἔσται πα-
τὴρ τῆς ὀρφανῆς, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς, ὁ ἐμὸς
ἡρῴδης λήψεται, θεὸς μητρὸς ὢν ἀρχιερέως πάπ-
που. ὁ ἀγαπῶν μὲν οὖν ἐμὲ, ταύτην ἐχέτω τὴν
γνώμην, ἣν δυσκόλως μηδεὶς ἐμὲ φιλῶν. ἐπεύ-
χομαι δὴ καὶ τῷ θεῷ συναρμόσασθαι τοῖς γάμοις δὴ
συμφέρον τὴν ἐμῆς βασιλείας, καὶ τῷ ἐμῷ ἐγγόνοις,
τούτοις παιδία ταυτὶ, γαλλιωτέρους δηδεῖν ὄμμασιν, ἢ
τοῖς πατέρας αὐτῶν. ἐπὶ τούτοις εἰπὼν, ἐδάκρυσέ τε, καὶ
τῶν παίδων συνήρμοσε τὰς δέξιας, ἔπειτα καταστα-
σάμενος ἕκαστον φιλοφρόνως, διέλυσε τὸν σύλλογον.
ἐπωχώθη δὲ εὐθὺς ἀντίπατρος, καὶ δῆλος ἦν ἅπα-
σιν ὀδυνώμενος. ὑπελάμβανε γὰρ ἑῷ καὶ τοῦ πα-
τρὶ, τιμὴν τῷ ὀρφανῶν τιμῶν, ἑαυτῷ καταλύσειν, αὖθις
τε κινδυνεύσειν περὶ τῷ ὅλων, εἰ θεὸς ἀρχελάῳ καὶ
φερώρᾳ ὅπως τὴν ἀρχὴν βεβαίαν ἔχοιεν οἱ ἀλεξάνδρου
παῖδες. συνελογίζετο δὲ τὸ καθ' ἑαυτὸν μίσος, καὶ τὸν τῷ
ὀρφανῶν ἔλεον, ἐν τῷ ἔθνους, ὅσον τε αὐτοῦ ζώντων, καὶ
ὅσα μνήμη τοῦ ἰουδαίους τῷ δι' αὐτὸν ἀπολωλό-
των ἐν ἀδελφῶν. ἐγὼ δὴ πάντα τεύξειν δηλητήριον
τὰς ἐγγύας, καὶ τὸ μὲν ὑπόπτως πανούργως, ἔδεισε τὸν
πατέρα χαλεπὸν ὄντα, καὶ πρὸς τὰς ὑποψίας κινού-
μενον ἀθέως. ἐτόλμησε δὲ προσελθὼν ἱκετεύειν αὐ-
τὸν, μὴ στερῆσαι αὐτὸν ἧς ἠξίωσε τιμῆς, μὴ δὲ αὐτῷ
μὲν ὄνομα βασιλείας, δύναμιν δὲ ὑπάρχειν ἄλλους.
οὐ γὰρ κρατήσειν τῷ πραγμάτων, εἰ θεὸς ἀρχελάῳ
πάππῳ, καὶ φερώρᾳ κηδεστῇ ὁ ἀλεξάνδρου παῖς

προσ-

προσλάβοι. καταπιβαλὼν δὲ πολλῆς ὕσης ἠξίου τὸν βασιλέα, μεταθεῖναι τοὺς γάμους. ἦσαν γὰρ δὴ τῷ βασιλεῖ γυναῖκες μὲν ἐννέα, τέκνα δὲ ἐκ τῶν ἑπτά. αὐτὸς μὲν ἀντίπατρος, ἐκ Δωρίδος, ἡρῴδης δὲ ἐκ Μριάμμης τῆς ἀρχιερέως θυγατρός, ἀντίπας δὲ καὶ ἀρχέλαος, ἐκ Μαλθάκης τῆς Σαμαρείτιδος, καὶ θυγάτηρ Ὀλυμπιάς, ἣν ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ Ἰώσηπος εἶχεν. ἐκ δὲ τῆς Ἱεροσολυμίτιδος κλεοπάτρας, ἡρῴδης καὶ φίλιππος, ἐκ δὲ Παλλάδος, Φασάηλος. ἐγήμοντο δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλαι θυγατέρες, Ῥωξάνη τε καὶ Σαλώμη, ἡ μὲν ἐκ Φαίδρας, ἡ δὲ ἐξ Ἐλπίδος. δύο δὲ εἶχεν ἀπέκνους, ἀνεψιαί τε καὶ ἀδελφιδῆν, χωρὶς δὲ τούτων δύο ἀδελφὰς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἀριστοβούλου, τὰς ἐκ Μριάμμης. ὅσης δὲ πολὺ προσώπου τῆς γυναικός, ὁ ἀντίπατρος ἐδέετο μεταθεῖναι τοὺς γάμους. χαλεπῶς δὲ ὁ βασιλεὺς ἠνανάκτησε, καταμαθὼν αὐτοῦ τὸ πρὸς τοὺς ὀρφανοὺς ἦθος, ἔννοιά τε αὐτοῦ παρέσχε περὶ τῶν ἀπηρημένων, μή ποτε κἀκείνοις γένοιτο τῶν ἀντιπάτρου δικαβολῶν ἀγώνισμα. τότε μὲν οὖν πολλὰ πρὸς ὀργὴν ἀποκινάμενος, ἀπελαύνει τὸν ἀντίπατρον. αὖθις δὲ ὑπαχθεὶς αὐτοῦ τοῖς κολακείαις, μεθηρμόσατο καὶ αὐτῷ μέν, τῷ Ἀριστοβούλου συνώκισε θυγατέρα, τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ, τῇ Φερώρα θυγατρί. καταμάθοι δ' ἄν τις ὅσον ἴσχυσεν ἐν τούτῳ κολακεύων ἀντίπατρος, ἐκ τοῦ Σαλώμου ἐν ὁμοίοις ὢσαι ἀποτυχεῖν. ταύτῃ γὰρ δὴ καὶ περ οὖσαν ἀδελφήν, μὴ πολλὰ δι' Ἰουλίας τῆς Καίσαρος γυναικὸς ἱκετεύσαντα γαμηθῆναι τῷ Ἄραβι συλλαίῳ, διωμόσατο μηδὲν ἔχθιστόν οἱ ἔξειν, εἰ μὴ παύσαιτο τῆς σπουδῆς. τὸ δὲ τελευταῖον ἄκουσαν ἀλεξᾷ τινὶ τῶν φίλων συνώκισεν, καὶ τὴν θυγατέρων αὐτῆς, τὴν μὲν τῷ ἀλεξᾷ παιδί, τὴν δὲ ἑτέραν, τῷ πρὸς μητρὸς αὐτοκράτορος θείῳ. τὴν δὲ ἐκ Μριάμμης θυγατέρων, ἡ μὲν ἀδελφῆς υἱὸν αὐτοκράτορ εἶχεν. ἡ δὲ ἀδελφοῦ Φασάηλον. δικόψας δὲ τὰς τῶν ὀρφανῶν τὰς ἐλπίδας ὁ ἀντίπατρος, καὶ πρὸς τὸ συμφέρον αὐτῷ τὰς ὑπογαμίας ποιησάμενος, ὡς ὑπὶ βεβαίοις μᾶλλον ὥρμει ταῖς ἐλπίσι. προσλαβὼν δὲ τῇ κακίᾳ τὸ πεπιθὸς, ἀφόρητος ἦν. τὸ γὰρ ἑκάστου μίσος ὑποπτεύσασθαι μὲν δυνάμενος, ἐκ τοῦ φοβερὸς εἶναι τὴν ἀσφάλειαν ἐποιεῖτο. συνήργει δὲ καὶ φερώρας ὡς ἂν ἤδη βασιλεῖ βεβαίῳ. γίνεται δὲ καὶ γυναικῶν συῤῥαγμα καὶ τοῦ αὐλοῦ, ὃ νεωτερισμὸν ἐκίνησε θορύβοις. ἡ γὰρ φερώρα γυνὴ, μετὰ τῆς μητρὸς καὶ τῆς ἀδελφῆς προσλαβοῦσα τοῦ ἀντιπάτρου μητέρα, πολλὰ μὲν ἠσέλγαινε καὶ τὸ βασίλειον. ἐτόλμησε δὲ καὶ τὸ βασιλέως ὑβρίσαι δύο θυγατέρας. διὸ μάλιστα αὐτὴν ἐκεῖνος προσέβλεπε. μισήματα γε μὴν ὑπ' αὐτοῦ, τῶν ἄλλων ἐπεκράτουν. μόνη δὲ ὁμονοίας αὐτῇ ἀντίπαλος ἦν σαλώμη, καὶ βασιλεῖ διέβαλλε τὴν συνοδον, ὡς ἐπ' ἀγαθῷ τῷ αὐτοῦ πράγμασιν εἴη. γνοῦσα δὲ ἐκείνα τοῦ δικαβόλου καὶ ὡς ἀγανακτήσειεν ἡρῴδης, τὰ μὲν φανερὰς συνόδους, καὶ τὰ φιλοφρονήσεων ἐπαύσαντο, ζηλωτοῦντες δὲ ὑπεκείνοντο δὲ διαφερομένοις πρὸς ἀλλήλας ἀκούοντος βασιλέως, ὡς συνυπεκείνετο καὶ ἀντίπατρος, ἐν τῷ φανερῷ προσκρούων φερώρᾳ. συνουσίαι δὲ ἦσαν αὐτοῖς λάθρα, καὶ κῶμοι νυκτερινοί, τήν τε ὁμόνοιαν ἡ ἀλλοτρίωσις ἐπέτεινεν. ἠγνόει δὲ οὐδὲν σαλώμη τῶν πραττομένων, καὶ πάντ' ἡρῴδῃ διήγγελλεν. ἐξεκαίετο δὲ ἐκεῖνος εἰς ὀργὴν, καὶ μᾶλλον δὲ ὑπὸ τοῦ φερώρα γυναῖκα.

esset adiunctus. Instantissimè verò precabatur quia numerosa esset regia progenies, nuptias permutari. Nouem namque regi vxores erant, sed harum septem vnde filios susceperat, ipsum Antipatrum ex Doride, Herodem autem ex Mariamne pontificis filia: itémque Antipam & Archelaum ex Malthace Samaritide, filiámque Olympiadem, quam frater eius Iosephus habuerat, ex Hierosolymitide verò Cleopatra Herodem & Philippum, necnon ex Pallade Phaselum. Habebat autem filias quoque alias, Roxanen & Salomen, vnam ex Phædra, & alteram ex Elpide: duásque vxores suae filiis, consobrinam & fratris filiam: & præter has Alexandri & Aristobuli sorores duas ex Mariamne. Cùm igitur tanta prolis copia superesset, aliter nuptias iungi postulabat Antipater. Rex autem perspecto eius animo, quid de pupillis cogitaret, vehementer iratus est: quippe filiorum quos interfecerat casum reputans, verebatur ne etiam hi quandoque criminationum Antipatri præmium fierent. Sed tunc quidem sæuioribus dictis eum protelat. Postea verò blanditiis eius adductus, sponsalia reformauit: ac primùm ipsi Antipatro Aristobuli filiam collocat, filium verò eius iungit filiæ Pheroræ. Hinc licebat aduertere: quantum Antipatri valuerit adulatio, quod idem in simili causa impetrare Salome non potuit. hanc enim quamuis soror esset, atque hæc sæpe intercedente Iulia vxore Cæsaris postulasset, Arabi Syllæo nubere non passus est: sed inimicissimam sibi fore iurauit, nisi ab hoc studio destitisset. posteáque inuitam Alexæ cuidam ex amicis suis in matrimonium dedit: eiúsque filiarum vnam Alexandri filio, alteram Antipatri auunculo tradidit. Natarum autem Mariamnes vna, sororis filium habebat Antipatrum, altera fratris Phaselum. Sic interrupta pupillorum spe Antipater, & pro sua commoditate affinitatibus iunctis, expectatione certa nitebatur: adiectáque malignitati fiducia, nequaquam erat tolerabilis: nam quia singulorum odium vitare non poterat, securitatem sibi ex terrore quærebat: cùm præterea Pheroras ei veluti iam confirmato regi obsecundaret. Quin & mulierum conflata in aula conflictio, nouas turbas excitabat. Etenim Pheroræ vxor cum matre ac sorore sua, necnon & matre Antipatri, multa in regia insolenter agebat, ausa etiam duas regis filias contumeliosè tractare: cui rei maximè ab Antipatro erat obiecta. Itaque cùm illi inuisa essent, alias quidem morigeras habebant: sola verò Salome aduersabatur eorum concordiæ: quódque non bono regis coirent, apud ipsum insimulabat. Cognita verò eius delatione mulieres, quódque Herodes ægrè tulisset aperto quidem conuentu & familiaritate abstinuerunt, contrà verò & discordare inter se rege audiente simulabant: cùm his adeo colluderet Antipater, vt palàm Pheroram minimè dubitaret offendere: occultos autem cœtus & nocturnas comessationes agebant: earúmque consensionem fecit obseruatio firmiorem; cùm horum nihil ignoraret Salome, sed Herodi cuncta nunciaret. Ille autem ardens iracundia, maximéque aduersus Pheroræ coniugem,

Ant. lib. 17. cap. 3.

Ant. lib. 17. cap. 4.

quòd eam præter cæteras accusaret Salome, aduocato cognatorum amicorúmque concilio, & alia multa mulieri & filiarum contumelias crimini dedit, quódque Pharisæis mercedem contra se præbuisset, fratrémque sibi hostem reddidisset expugnatum venenis. Postremò conuersus ad Pheroram, vtrum, ait, se fratrem, an vxorem vellet optare? Cúmque ille se citius vita dixisset quàm coniuge carituram, incertus quid ageret, ad Antipatrum sermonem contulit: ac ne cum Pherora vel eius coniuge, aut quouis alio, qui ad eam pertineret, vnquam colloqueretur edixit. Verùm ille palàm præcepta custodiens, in occulto cum his pernoctabat: metuénsque obseruationem Salomes, per amicos in Italia degentes, vt Romam proficisceretur, effecit ipsorum perlatis literis, vbi Antipatrum aliquanto pòst tempore ad Cæsarem mitti oportere perscriberent. Igitur Herodes nihil moratus eum misit: cunctis quæ vsui forent, magnáque pecunia liberaliter instructum, testamentúmq; vnà ei portandum dedit, in quo rex ipse Antipater inscriptus erat, & Antipatri successor Herodes, ex Mariamne pontificis filia procreatus. Quin & Syllæus Arabs itidem Romam, neglecto Cæsaris præcepto, nauigauit: de his cum Antipatro certaturus, de quibus cum Nicolao causam antè dixerat. Non leue autem cum Areta rege suo certamen habebat, cuius & alios amicos interfecerat, & Soemum in Petra oppido potentissimum, redemptóque Fabato procuratore Cæsaris fautore vtebatur etiam in Herodem. Sed maiore pecunia data Herodes Fabatum à Syllæo alienauit: ac per eum quæ Cæsar iusserat exigebat. ille autem cùm nihil dedisset, accusabat apud Cæsarem Fabatum, dispensatorem esse dicens, non quæ ipsi, sed quæ Herodi expederēt. Quibus commotus ad iracundiam Fabatus, adhuc autem apud Herodem in honore maximo habebatur, secretorum Syllæi proditor factus est: regíque indicauit, quòd Syllæus Corinthum eius satellitem pecunia corrupuisset, eúmque asseruari oporteret. neque rex id facere dubitauit: quoniam Corinthus iste, licèt in aula regis esset educatus, ex Arabia tamen fuerat oriundus. Igitur mox non illum solum corripi, sed etiam duos alios Arabas iussit apud eum repertos, vnum Syllæi amicum, alterum Phylarchum. Qui subditi quæstioni, magna pecunia Corintho, vt Herodē occideret, persuasisse confessi sunt: atque etiam à Saturnino Syriæ rectore interrogati, Romam transmissi sunt.

Cap. XIX. De veneno Herodi parato, & quomodo compertum sit.

AT Herodes Pheroræ vehementius imminebat, vt repudiaret vxorem, neque quomodo mulierē plecteret inueniebat, cū multas in eam odij causas haberet, donec ipsum etiam fratrem cū ea supra modum indignatus eiecit. Pheroras autè æquo animo accepta iniuria, in tetrarchiam suam recessit, iuratus vnum sibi exilij finem fore mortem Herodis, neque ad eum reuersurum esse dum vixerit. Denique nec ægrotum quamuis sæpè accitus fratrem inuisere voluit, cùm quibusdam mandatis eū quasi moriturus vellet instruere. Sed ille quidem præter spem conualuit. Postquam autem Pheτοῦτον γὰρ πλέον ἡ σαλώμη διέβαλλεν· ἀθρόους γὰρ συνέδριον τῶν τε φίλων καὶ συγγενῶν, ἀλλά τε πολλὰ καὶ ἀνθρώπῳ κατηγόρει, καὶ τὸ εἰς ἅπαντας αὐτῷ θυγατέρας ὕβριν, ὅτι τε φαρισαίοις μὲν χορηγήσειε μισθὸς κατ' αὐτοῦ, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ καθασκευάσοι πολέμιον, ἐνδυσαμένῳ φαρμάκοις. τελευταῖον δ', εἰς φερώραν ἀναστρέψας τὸν λόγον, δυοῖν θάτερον ἐλέσθαι λέγων, ἢ αὐτὸν ἀδελφόν, ἢ τὴν γυναῖκα. τὸ δὲ θᾶττον ἀπολείψειν τὸ ζῆν, ἢ τὴν γυναῖκα φήσαντος, ἐκ ἔχων ὅπη χρὴ δρᾶν, μετέβαινεν ἐπ' αὐτόπαζον, ὡς παρηγγέλη, μήτε τὴν φερώραν γυναῖκα, μήτε αὐτόν, μήτε ἄλλῳ τινὶ τὴν ἐκείνης ἀγαλλίασθαι. ὁ δὲ φανερῶς μὲν, ὡς μετέβαινε τὸ πρόσταγμα. λάθρα δὲ, διευκτέρους συὼ ἐκείνους. καὶ διδοικὼς ὑπτιεῦσα τὸ σαλώμης, προαγματεύεται δι' αὐτῆς τὴν ὀπὶ τὴν Ἰταλίας φίλων, τὴν εἰς ῥώμην ἀποδημίαν αὐτοῦ. γεγαφότων γὰρ ἐκείνων, δεῖν αὐτόπαζον πεμφθῆναι δι' ἐχέτου πρὸς καίσαρα, ὁ δὲ ἐπὶ μελλήσας ἐξέπεμψε, διευκτείαν τε λαμπρὰν καὶ πλεῖστα δοὺς χρήματα, τὴν τε διαθήκην κομίζειν. ἐν ᾗ βασιλεὺς μὲν αὐτόπατρος ἐγέγραπτο. αὐτοπάτρου δὲ ἡρώδης διάδοχος ὁ ἐκ μαριάμμης τε τῆς ἀρχιερέως θυγατρὸς γεγονώς. ἐπῆλθε δὲ καὶ συλλαῖος ὁ ἄραψ ὅτι ῥώμης, ἡμελημένως μὲν τὴν καίσαρος πρόσταγμάτων, ἀγωνιούμενος δὲ πρὸς αὐτόπατρον, πρὸς ὃν διδύμῳ νικολάῳ, τάχιον. ὑπ' μικρῷ δὲ αὐτοῦ καὶ πρὸς ἀρέταν τὸν ἀγὼν τὸν αὐτοῦ βασιλέα. τοῦτον γὰρ ἄλλους τε φίλους ἀνῃρήκει, καὶ σόεμον, τὴν ἐν πέτρᾳ τὸν δυνατώτατον. πείσας δὲ πολλοῖς χρήμασι φαβᾶτον τὸν καίσαρος διοικητὴν ἐχρῆτο βοηθῷ ἐν καθ' ἡρώδου. πλείονα δὲ δοὺς ἡρώδης, ἀφίσησί τε ὑπὸ συλλαίου φαβᾶτον, καὶ ἃ αὐτὸς τὰ κελευσθέντα ὑπὸ καίσαρος εἰσέπραττεν. ὁ δὲ μηδὲν ὑπὸ δοὺς, ἐπὶ καὶ κατηγόρει φαβᾶτου πρὸς καίσαρα, διοικητὴν εἶναι λέγων, ἃ τὴν ἐκείνου, τὴν δὲ ἡρῴδου συμφερόντων. ἐφ' οἷς ὀργισθεὶς φαβᾶτος, ὡς ἦν παρ' ἡρῴδῃ μάλιστα τιμώμενος, γίνεται πρόδοτης συλλαίου τῶν ἀπορρήτων. τότε βασιλεῖ φησὶ, ὅτι συλλαῖος διαφθείρειεν αὐτοῦ τὸν σωματοφύλακα κόιντον χρήμασιν, ὃν δεῖ φυλάττεσθαι. πείθεται δ' ὁ βασιλεὺς, καὶ τεθεράπευτο ὑπὸ κόιντος ἐν τῇ βασιλείᾳ, γένος δ' ὢν ἄραψ. συλλαμβάνει δ' ὁ θεὸς, οὐ αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ δύο ἑτέρους ἄραβας, ὄντων παρ' αὐτοῦ, τὸν μὲν φίλον συλλαίου, τὸν δὲ φύλαρχον. οἱ δὲ βασανιζόμενοι, πεῖσαι κόιντον ὡμολόγησαν ὅτι πολλοῖς χρήμασιν, ἡρώδην ἀνελεῖν. ἔτοι μὲν οὖν ἀνακριθέντες, καὶ δεδεμένῳ σατορνίνῳ τῷ διέποντι τὴν συρίαν, ἀνεπέμφθησαν εἰς ῥώμην.

Κεφάλαιον ιθ.

ΗΡώδης δ' οὐ φερώραν, διαζόμενος ἀπαλλαγὴν τῆς γυναικὸς, ὑδὲ ἐπενόει μηχανὴν, δι' ἧς αὖ τιμωρήσαιτο τὸν ἄνθρωπον, πολλὰς τὲ μίσους ἔχων αἰτίας, ἕως ὑφαλώσας, συὼ αὐτῇ καὶ τὸν ἀδελφὸν ἐκβάλλει. φερώρας δὲ ἀγαπήσας τὸν ὕβριν, ἀπαλλάσσεται μὲν εἰς τὴν ἑαυτοῦ τετραρχίαν, ὀμόσας ἕξειν ἕνα τῆς φυγῆς ὅρον, τὸν ἡρῴδου θάνατον, καὶ μηδέ ποτε πρὸς ζῶντα ὑποστρέψειν. ἐπανῆλθε δ' ὑδὲ πρὸς νόσῳ τὸν ἀδελφὸν, καί τοι λιπαρῶς μεταπεμπόμενον. ἐβούλετο γὰρ αὐτοῦ πνας ἐντολὰς καταλείψειν, ὡς τεθνηξόμενος. ἀλλ' ὁ μὲν παρ' ἐλπίδα σώζεται. μετ' ὀλίγον δὲ

νοσῶ

νοσεῖ φερώρας, δυείσκετο ὃ ἡρῴδης μεζιώτερος, καὶ A
γὰρ ἥκει πρὸς αὐτὸν, & συμπαθῶς ἐθεράπευεν,
ὑμιλῶ ὑπερίσχυσε τὸ πάθος. μετὰ γὰρ ἡμέρας ὀ-
λίγας, ἀποθνήσκει φερώρας. ὃν καίπερ ἀγαπήσας
ἡρῴδης μέχρι τελευταίας ἡμέρας, ὅμως καὶ αὐτὸν
ἀπελεῖν ἐφημίσθη φαρμάκῳ. τὸν γε μὴν νεκρὸν εἰς
Ἱεροσόλυμα κομίσας, πένθος τε μέγιστον ὅλῳ τῷ
ἔθνει κατήγγειλε, καὶ κηδείας ἠξίωσε λαμπροτάτης,
ἕνα μὴν δὴ τῷ ἀλεξάνδρου καὶ ἀριστοβούλου φονέων. B
τοιοῦτον ἐξέρχεται τέλος. μετέβαινε δ' ὅπη τὸν αὐ-
τίπατρον ἡ ποινὴ, τὸν φερώρα θανάτου
ἀρχηγὸν λαβοῦσα. τῷ τούτου γάρ τινες ἀπελευθέ-
ρων, καταφεῖς τῷ βασιλεῖ προσελθόντες, τὸν ἀ-
δελφὸν αὐτοῦ διεφθάρθαι φαρμάκοις ἔλεγον. προσε-
νεγκεῖν μὲν γὰρ αὐτῷ τε τὴν γυναῖκα, τῷ δ' οὐκ εἰθὼς
ἐσκευασμένον. φαγόντα δ', οὐδὲως εἰς τὸν νόσον κα-
ταπεσεῖν. ἀγωχέναι τε προ δυοῖν ἡμερῶν, τὴν μη- C
τέρα ταύτης, & τὴν ἀδελφὴν, γύναιον ἐκ τῆς ἀραβίας,
φαρμάκων ἔμπειρον, ὅπως φίλτρον σκευάσῃ τῷ φε-
ρώρᾳ, διαφθορέα δ' αὐτὸ τούτου, θανάσιμον συλλαίου
προσχρηματευσαμένου, ταύτῃ γὰρ ἰδίᾳ γνώριμον· πλη-
γεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς ὑποψίαις πλείοσι, θεραπαίνας τε
καί τινας τῶν ἐλευθέρων ἐβασάνιζεν. ἐβόα δέ τις ἐν τῇ
ἀλγηδόσι, θεὸς ὁ γῆν καὶ οὐρανὸν διέπων, μετέλθοι τὴν
τούτων ἡμῖν τῶν κακῶν αἰτίαν, τὴν αὐτιπάτρου μητέ-
ρα. ταύτης δ' ἀρχῆς ὁ βασιλεὺς λαβόμενος, ἐπεζήτει D
πρόσω τὴν ἀλήθειαν ὅπη ζητῶν. ἡ δ' γυνὴ, τήν τε φι-
λίαν τῆς αὐτιπάτρου μητρὸς πρὸς φερώραν, & τὰς ἐκεί-
νου γυναῖκας ἐδήλου, καὶ τὰς λαθραίας αὐτῶν συνόδους,
ὅτι τε φερώρας καὶ αὐτίπατρος συνεκείνας πίνοιεν ὑπο-
σκρέφοντες ὑπὸ τοῦ βασιλέως, δι' ὅλης νυκτὸς, μηδένα
μήτε οἰκέτην, μήτε θεράπαιναν ἐῶντες παρατυγχά-
νειν. μία δὴ τῶν ἐλευθέρων ταῦτα μηνύει. τὰς δ' δού-
λας χωρὶς ἑκάστην ἡρῴδης ἐβασάνιζεν. ἐρρήθη δ' πα- E
ρὰ πάσας τὰ προειρημένα συμφώνως, καὶ διότι κατὰ
συνθήκην, αὐτίπατρος μὲν εἰς ῥώμην, φερώρας δ' ὑπο-
χωρήσειεν εἰς τὴν πέραιαν. πολλάκις γὰρ αὐτοὺς δια-
λαλεῖν, ὡς μὴ ἀλέξανδρον & ἀριστόβουλον, ἐπ' αὐτοὺς
ἡρῴδης διαβήσεται, καὶ τὰς αὐτῶν γυναῖκας. ἐ γὰρ φείσα-
σθαι μὴ μριάμμου, καὶ τοιῶν ἐξ ἐκείνης, ἑτέρου τινὸς, ὥστε
ἄμεινον εἶναι, ὡς ῥᾳστα φυγεῖν τὸ θηρίον. πολλάκις
δ' ὑποδυομένου, πρὸς τὴν μητέρα, τὸν αὐτίπατρον εἰπεῖν,
ὡς αὐτὸς μὲν εἴη πολιὸς ἤδη, νεάζοι δ' καθ' ἡμέραν ὁ πα-
τὴρ, φθάσαι δ' ἂν ἴσως & τελευτήσας, πρὶν ἄρξασθαι F
βασιλείας ἀληθοῦς. εἰ δ' καί ποτε ἐκεῖνος τελευτήσειε,
πόθεν δ' ἂν ψευδῶς τοῦτο, παντάπασιν αὐτῷ τὸν ὑπόλοι-
πον δι' ὅλης δεσποτῶν ψευδόμενον. ὑποβλαστάνειν δ' ἂν τὰς
τοῦ ὕδρας κεφαλὰς, τοὺς ἀριστοβούλου καὶ ἀλεξάνδρου
παῖδας. ἀφηρῆσθαι δ' αὐτὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς, & τῶν ὅλων
τέκνοις ἐλπίδα. δεδοικέναι γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τινὰ παίδων μὴ
τοῦ τελευτῆσαι, ἀλλὰ τὸν μριάμμης ἡρῴδου γεγραφέ-
ναι. καὶ τοῦτό γε παντάπασι σφόδρα γήρᾳ οἰόμενον G
αὐτοῦ καὶ διαθήκας μηδὲν κυρίας. αὐτὸν γὰρ προνοήσειν
μηδένα τοῦ θρόνου ὑπολιπεῖν. ὄντα γε μὴν τῷ πώποτε
πατέρων μισοτεκνότατον ἡρῴδην, πολλῷ μᾶλλον εἶναι μι-
σάδελφον. δῆναι γοῦν αὐτῷ πρώην ἑκατὸν τάλαντα,
ὅπως μὴ διαλέγεσθαι φερώρᾳ. τοῦ δ' εἰπόντος, τί γὰρ

in morbum incidit, tum Herodis patientia demonſtrata eſt. Nam & venit ad eum, & humaniſſimè curatum voluit: ſed morbum ſuperare non quiuit: intra dies enim paucos eſt mortuus. Quem licèt vſque ad vltimum vitæ diem dilexiſſet Herodes, tamen quòd illum quoque veneno peremiſſet, fama vulgatum eſt. Verùm eius corpore in Hieroſolymam deportato, luctum maximum cunctæ genti denunciauit, clariſſimáq; funus ſepultura dignatus eſt. Vnus quidem interfector Alexandri & Ariſtobuli, hunc exitum vitæ ſortitus eſt. Tranſiit autem in Antipatrum autorem pœna ſceleris, ex interitu Pheroræ nacta principium. Quidam enim ex eius libertis, cùm regem triſtes adiiſſent, fratrem ipſius Pheroram veneno intereceptum eſſe dicebant. nam quendam ei cibum obtuliſſe coniugem ſuam, & non eo quo ſolebat modo conditum: eóque ſumpto illum morbo protinus eſſe correptum. Veniſſe autem ante biduum, matris ac ſororis eius accitu quandam veneficam mulierculam ex Arabia, vt venenum Pheroræ conficeret amatorium: & pro amatorio dediſſe mortiferum Syllæi conſilio: namque illi notam fuiſſe. Perculſus igitur plurimis ſuſpicionibus rex, ancillas & nonnullas libertinas quæſtioni ſubiecit. Ibíque tum exclamat aliqua doloris impatiens. Deus cæli terræque rector, in matrem Antipatri, quæ horum nobis malorum cauſa eſt, vindicet. Hoc rex initium nactus, perſequebatur vlteriùs indaginem veritatis. Mulier verò & matris Antipatri familiaritatem cum Pherora eiúſque mulieribus, & occultos eorum conuentus aperuit: quódque Pheroras & Antipater redeuntes à rege, tota cum illis nocte potare ſoliti eſſent, ſeruis omnibus excluſis & ancillis. Vna quidem libertinarum hæc indicauit. Cùm autem ancillæ ſeparatim ſingulæ torquerentur, patuit omnium dicta congruere, qua de cauſa Romam quidem Antipater ex compoſito, Pheroras verò trans flumen ſecedere curauiſſet. Nam ſæpe illos in ſermone dixiſſe, quòd poſt Alexandrum & Ariſtobulum ad ipſos eorúmque coniuges tranſiturus eſſet Herodes. Nec alicui poſſe parcere, qui Mariamnę eiúſque filiis minimè pepercilſet: ideóque melius eſſe, ab hac belua quàm longiſſimè fugere. Sæpe autem dixiſſe matri Antipatrum conquerentem, quòd cùm ipſe iam canus eſſet, patet in dies ſingulos iuueneſceret, ſeſe fortaſſe priùs quàm regnare incipiat morituũ: aut ſi vnquam ille deceſſerit (quando autem iſtud futurum?) voluptatem ſibi ſucceſſionis omnino fore breuiſſimam. Pullulare præterea hydræ capita, hoc eſt Alexandri & Ariſtobuli filios: ſibi autem filiorum quoque ſpem ademptam eſſe patris iniuria: qui non eorum quenquam poſt mortem ſuam regni ſucceſſorem, ſed Mariamnes filium ſcripſiſſet hæredem. Quæ quidem in re prorſus eum ſenectute delirare, ſi teſtamento ſuo ſtandum arbitraretur. ſe namque vt ex eius progenie nemo ſupereſſet curaturum. Quinetiam cùm omnes patres, quibus inuiſi vnquam filij fuerunt, odio vincat: plus tamen eum etiam fratres odiſſe. Denique nuper ſibi ne cum Pherora colloqueretur, centum talenta donaſſe:

Ant. lib. 17. cap. 5.

atque cùm Pheroras diceret, quid enim per nos lædebatur? respondisse Antipatrum, vtinam cunctis ablatis nudos se dummodo vinos relinqueret. Verùm hoc nequaquam fieri posse, vt tam pestiferam bestiam quisquam effugiat, sub qua nec amicis esse palàm liceret. Denique nunc occultè, inquit, conuenimus: licebit autem apertè, si virorum spiritum manúsque habeamus. Hæc in tormentis ancillæ prodiderunt: & quòd Pheroras cum illis Petram fugere cogitasset. Vt omnibus autem dictis Herodes crederet, centum talentis effectum est. De his enim soli Antipatro dixerat. Igitur ante alios in Doridem Antipatri matrem furor eius erumpit: eámque omni ornatu, quem illi donauerat, spoliatam, multis comparato talentis, expellit. Deinde ira depositá, Pheroræ mulieres à tormentis recreabat. Timore autem pauidus erat, & ad omnes suspiciones excitabatur: multósque innocentes, metu ne quem nocentium prætermitteret, in tormenta ducebat. Hinc ad Samaritam se conuertit Antipatrum, qui procurator erat Antipatri, & ex illius tormentis comperit, necandi sui causa ex Ægypto Antipatrum venenum malum petiisse, per quendam Antiphili amicum: idque ab eo Antipatri auunculum accepisse Theudionem, ac Pheroræ tradidisse, cui mandasset Antipater vt Herodem occideret, dum ipse Romæ abesset, ac suspicione careret: Pheroram verò venenum vxori suæ dedisse seruandum. Itaque hanc euocatam, statim rex quod acceperat afferre iubet. Illa verò quasi allatura egressa, de tecto se præcipitem dedit, vt eo modo probationes & regis tormenta præueniret. Sed Dei prouidentia, sicut apparet, quæ ab Antipatro pœnas repeteret, non in caput, sed in diuersam delata partem, periculum mortis euasit. Portatáque ad regem, vbi resipiscere potuit (nam casus eam perturbauerat) quamobrem se præcipitasset interrogata. adiurante rege, quòd vera dicenti remitteret omne supplicium: sin falsa promere maluisset, corpus eius tormentis absumeret, neque sepulturæ quicquam relinqueret: paulisper tacuit. deinde inquit, Secreta custodio, cùm Pheroras obierit, Antipatro qui nos omnes perdidit seruitura? Audi rex, & tecum Deus testis mihi veritatis, qui falli non potest. Cùm Pheroræ morituro lacrymans assiderem, tunc ille me ad se vocauit: En multum, inquit, coniunx de fratris erga me animo sum deceptus. Nam qui sic me diligeret, inuisum habui, & necare cogitaui: qui tanto nunc mei, quamuis necdum mortui, dolore confunditur. Sed ego quidem impietatis precium fero: tu verò quòd in eum seruas relictum nobis ab Antipatro venenum, huc affer properè, méque videnti consume, ne ad inferos quoque vltricem huius sceleris conscientiam deferam. Ita vt iussit attuli, & magnam quidem veneni partem sub obtutibus eius in ignem effudi: modicum verò mihi propter dubios casus, & quæ te meruerem, reseruaui. His dictis, illa quidem omnino paululum quiddam veneni habentem pyxidem profert: rex verò in matrem fratremque Antiphili contulit quæstionẽ.

αὐτὴν ἐβλάπτομεν; ὅτοι γε ἐνεδρεύειν τὸν αὐτίπατρον, εἰ δὲ παῖδ' ἡμᾶς ἀφελόμενος, γυμνοὺς ἐᾶσεν γε ζῆν· ἀλλὰ ἀμήχανον εἰς φυγεῖν ἔτι φονικὸν θηρίον, παρ' ᾧ μήτε φιλεῖν τινας ἔξεστι φανερῶς, λάθρα γοῦν ἀλλήλοις συνιέμεν, ἐξέσται ἢ φανερῶς, ἐὰν χώρημά ποτε αὐδρῶν φρόνημα καὶ χεῖρας. ταῦτα ἔλεγον αἱ βασανιζόμεναι, καὶ ὅτι φερώρας βεβούλευτο φεύγειν μετ' αὐτῶν εἰς πέτραν. ὅπως δυσὶ μὲν ἢ πᾶσιν ἡράδης τοῖς λεγομένοις, ἐκ τῶν ἑκατὸν τάλαντων. μόνῳ γὰρ αὐτοκράτορι ἀπέλειπτο τοῦτο αὐτῷ. δὲ τοσοῦτον εἰς τὸν φρενῶν ὁ θυμὸς ἀφείδα τῶν αὐτοκράτορος μητέρα· καὶ γὰρ μνώσας αὐτοῦ παντὸς ἐκ διεδώρητο κόσμου, πολλῶν δ' ἰδίων τάλαντων, ἐκβάλλει δεύτερον. τὰς ἢ φερώρα γυναῖκας ἀπὸ τῶν βασάνων, ἔτι μέλει δηλαδή. ἐπτοῆτο δὲ τῷ φόβῳ καὶ πρὸς πᾶσαν ὑποψίαν ἐξερεθίζετο, πολλούς τε τῶν ἀναιτίων εἶλκεν εἰς βασάνους, διδοικὼς μή τινα τῶν αἰτίων παραλίπῃ. καὶ τοῦτο τρέπεται πρὸς τὸν σαμαρείτην αὐτίπατρον, ὃς ἦν δεύτερος αὐτιπάτρου. βασανίζων ἢ αὐτὸν ἔκνουν, ὅτι μεταπεμψάμενος μὲν αὐτίπατρος ἐξ Αἰγύπτου δηλητήριον φάρμακον ἐπ' αὐτόν, διά τινος τῶν ἑταίρων αὐτιφίλου. λάβοι ἢ παρ' ἐκείνου, θεοδόσιος ὁ θεὸς αὐτιπάτρου, καὶ παραδοῖ φερώρᾳ. τούτῳ δὲ ἐντεῖλαι τὸν αὐτίπατρον, ἡρώδην ἀνελεῖν, ἕως αὐτὸς δόξειε ῥώμῃ τῆς ὑποψίας κεχωρισμένος. φερώραν ἢ παραθέσθαι τῇ γυναικὶ τὸ φάρμακον. ταύτην ὁ βασιλεὺς μεταπεμψάμενος αὐτίκα τὸ ληφθὲν ἐκέλευσε κομίζειν. ἡ δὲ, ἔξεσιν ὡς κομιοῦσα, ῥίπτει ἢ αὐτὴν ἀπὸ τῶν τόκων, τόν τε ἔλεγχον, καὶ τὴν ἐκ τοῦ βασιλέως αἰκίαν φθάσουσα. πρόνοια ἢ ὡς ἔοικε θεοῦ μετιόντος αὐτίπατρον, οὐκ ὀπὶ κεφαλὴν, ἀλλ' ὀπὶ θάτερα πεσοῦσα διασώζεται. κομισθεῖσαν ἢ αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ἀνακτησάμενος, κεκάρωτο γὰρ ἐκ τοῦ πτώματος, ἐρώτα δ' ἣν αἰτίαν ῥίψειεν ἑαυτήν, εἰ μὴ ἔπι τὰληθὲς ἀφήσειν πάσης τιμωρίας ἐπομνύμενος, εἰ ἢ τύχοι εἰλατο διαπανήσειν αὐτῆς ἐν βασάνοις τὸ σῶμα, καὶ μηδὲ τάφῳ καταλείψειν. πρὸς ταῦτα ἡ γυνὴ διαλιποῦσα μικρόν. καί τι γὰρ εἶπεν ἔτι φείδομαι τῶν ὑποῤῥήτων, φερώρα τεθνεώτος, ἢ σώζουσα τὸν ἀπολέσαντα πάντας ἡμᾶς αὐτίπατρον; ἄκουε βασιλεῦ, καὶ μετὰ σοῦ θεός, μάρτις ἐμοὶ τ' ἀληθείας, πλανηθῆναί μὴ δυνάμενος. ὅτε ὑπὸ θνήσκοντι φερώρᾳ παρεκαθέζου διδαχρυόμενος, τότε με προσκαλεσάμενος ἐκεῖνος, ἢ πολύ γε ἔφη νοῦν τῆς εἰς ἐμαυτὸν διανοίας τὸ ἀδελφοῦ διήμεπτον, τὸν οὕτω στέργοντα μισήσας, καὶ κτεῖναι βουλευσάμενος τὸν ὄντως ἐπ' ἐμοὶ μηδὲ τεθνεῶτι πω συγχεόμενον. ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ἀπέχω τῆς ἀσεβείας τὸ ἄτιμον, σὺ ἢ ὁ φυλάττεις κατ' αὐτὸ φάρμακον ὑπ' αὐτιπάτρου καταληφθὲν ἡμῖν φέρε, καὶ βλέποντος μου ταχέως ἀφάνισον, ἵνα μὴ καθ' ᾅδου φέρωμι τὸν ἀλάστορα. κελεύσαντος ἐκόμισα, καὶ πλεῖστον μὲ εἰς τὸ πυρώσαντος αὐτὸ, κατενέγκασα, θραχὺ ἢ ἐμαυτῇ πρὸς τὰ ἄδηλα, καὶ τὸν ἐκ σοῦ φόβον ἐτήρησα. ταῦτα εἰποῦσα, προσπομίζει τῷ πυξίδα θραχὺ παντάπασιν ἔχουσαν τὸ φαρμάκου. βασιλεὺς δ' ὅτι τῶν μητέρα τὸν αὐτιφίλου καὶ τὸν ἀδελφὸν, τὰς βασάνους μετῆρεν. κἀκεῖ-

χάκεῖ-

κἀκεῖνοι τ' ἀντίφιλον, κομίσαί τε ἀπ' αἰγύπτου τ' πυξίδα ὡμολόγουν, κ' λαβεῖν παρ' ἀδελφοῦ τὸ φάρμακον ἔφασκον, ἰατρεύοντος ὢν ἀλεξανδρείᾳ. ὡς δ' ἐπὶ πλεῖστον οἱ ἀλεξάνδρου κ' ἀριστοβούλου δαίμονες ἄπαν τὸ βασίλειον, ἐρευνηταί τε κ' μεταίτιοι τ' ἀδήλων ἐγίνοντο, τοίς τε πορρωτάτω τ' ὑποψίας ὄντας, ἔφερον εἰς τοὺς ἐλέγχους. δείσασα δ' ταῦτα κ' ἡ τοῦ ἀρχιερέως θυγάτηρ μαριάμμη, κ' ὅτι βουλῆς σωίσαιτο. βασανιζόμενοι τοῦτο ἀπέδειξαν αὐτῆς οἱ ἀδελφοί. βασιλεὺς δ' κ' μητρῴας τόλμης, τὸν υἱὸν ἠμύνατο. τὸν γοῦν ἐξ αὐτῆς ἡρῴδην ὄντα δεύτερον ἀντιπάτρου, τῆς διαθήκης ἐξήλειψεν.

Verùm hi quoque Antiphilum ex Ægypto attulisse pyxidem fatebantur. illúmque venenum à fratre apud Alexandriam exercente medicinam accepisse dicebant. Totum autem regnum circumeuntes Alexandri & Aristobuli manes, ipsi erant incertarum rerum exploratores atque indices, & à suspicionibus remotissimos ad probationes trahebant. Denique etiam pontificis filiam Mariamnem, consciam esse maleficiorum patuit. Hoc enim tortis eius fratribus demonstratum est. Rex autem matris audaciam filij quoque pœna coercuit. Nam quem illa pepererat Herodem, patri successorem scriptum ex testamento deleuit.

Κεφάλαιον κ'.

Ἐπὶ τούτοις, ὁ βάθυλλος, εἰς τοὺς ἐλέγχους συνέδραμεν, ἡ τελευταία πίστις τῷ ἀντιπάτρῳ βεβαιωσόμενον. ἦν μὲν γὰρ ἀπελεύθερος αὐτοῦ. κομίζων δ' ἦκεν ἄλλο δηλητήριον, ἰοὺς ἀσπίδων, κ' χυλοὺς ἑτέρων ἑρπετῶν, ἵν' εἰ τὸ πρῶτον ἀσθενήσῃ φάρμακον, τούτῳ φθήσας μὲν ὁ γυναικὸς ὁπλίσαιτο κ' τὸν βασιλέως. παρῆν δ' ὁ βάθυλλος ὅτι τὸν πατέρα τόλμης ἐκόμιζε τὰς κ' τῶν ἀδελφῶν ἐσκευωρημένας ὑπ' αὐτοπάτορος. ἦσαν δ' ἀρχέλαος κ' φίλιππος βασιλέως παῖδες, ὅτε ῥώμης παιδευόμενοι, μειρακιά τε ἤδη κ' φρονήματος μεγοί. τούτους ἐπαναπαύοντας αὐτοῦ τ' ἐλπίσιν, ὑποσκευάσας ἀπόδοξον αὐτοπάτορος, ἃς μὲν πλάσας κατ' αὐτῶν ὑπολάς ἐξ ὀνόματος τῶν ὅτε ῥώμης φίλων, οἷς δ' πείθει γράψας διαφθείρας χρήμασιν, ὡς πολλὰ μὲν βλασφημοῖεν τὸν πατέρα, φανερῶς δ' ἀλέξανδρον κ' ἀριστόβουλον ὀδύροιντο, ὡς τε τὸν μετάκλησιν ἀναγκαῖον. ἤδη δ' αὐτοὺς ὁ πατὴρ μετεπέμπετο, κ' τοῦτο μᾶλλον ἔφασκον αὐτοπάτορα. ἐπὶ δ' κ' ὡς τὸν ὑποδημίας ἐν ἰουδαίᾳ μύων, τοιαύτας κατ' αὐτοῦ ὑπὸ ῥώμης ἠγόραζεν ὑπολάς, ὁ ὡς τοσοῦτον τέως αὐτοπάτωρ μὲν τοῦ πατρὸς, ὡς τῶν ἀδελφῶν δ' ἀπελογεῖτο, τὰ μὲν, ψευδῆ λέγων εἶ τῶν γραφομένων, τὰ δ', νεότητος ἁμαρτήματα. τηνικαῦτα γε μὲν τοῖς γεγραφόσι κ' τῶν ἀδελφῶν πλείονα δωρεὰς χρήματα, συμφέρειν ἐπειρᾶτο τὸν ἔλεγχον, ἐσθῆτας πολυτελεῖς, κ' στρωμνὰς ποικίλας, σκεύωματά τε ἀργυρᾶ κ' χρυσᾶ συνωνούμενος, ἄλλα τε πολλὰ τοῦ κεκμηλίων, ἵνα τοῦ πλήθει τὰ εἰς ταῦτα δαπάνης τοῖς εἰς ἐκεῖνα μισθοῖς ἐκκαταχρύψῃ. δισχίλια γὰρ ἀναλώμασε τοῖς αἰλωΐσκε τάλαντα, κ' τούτων μείζων ὑποφασις ἦν, ἢ τοῖς συλλαβὸν δίκη. πάντων δ' αὐτοῦ τότε ὁ ἐξαχυθέντων ἐν τῷ μείζονι κακῷ διακαλυφθέντων, ὅτε αἱ μὲν βάσανοι πᾶσαν τὴν παρασκευὴν, αἱ δ' ὑπολαὶ δευτέρας ἀδελφοκτονίας κατέγνωσαν, ὅμως ἀδὴς τοῦ εἰς ῥώμην ἀφικνεῖσθαι ἀπήγγειλεν αὐτοῦ τὰς ἐν ἰουδαίᾳ τύχας, καί τοι μεταξὺ τοῦ ἐλέγχου, κ' δ' ἐπανόδου, διελθόντων ἑπτὰ μηνῶν. τοσοῦτον τοῖς αὐτὸν ἐκ παντὸς μίσους ἦν, ἅπαντας κ' τοὺς ἀπαγγέλλειν τοιαῦτα μόνους οἱ ἀπηρημένων δαίμονες ἀδελφῶν ἐφίμων. χαίρει γὰρ ὑπὸ ῥώμης ἄφιξιν αὐτοῦ ταχεῖαν διαγγελλόμενος, κ' ὡς ὑπὸ καίσαρος μὴ τιμῆς ὑπολυθείη. βασιλεὺς δ' εἰς χεῖρας λαβεῖν ἀπόδοξον τὸν ὑπόβουλον, κ' διὰ τοῦτο μή ποτε τοιούτοις φυλάξηται, δι' ὑποφολῶν αὐθυποκρίνετο, τά τε ἄλλα φιλοφρονούμενος,

Cap. XX. De Antipatri in Herodem malignis studiis deprehensi & victis.

POst hæc etiam Bathyllus nouissima consiliorum Antipatri fides documentis accessit. Namque is erat quidem libertus eius: aliud autem venenum ferens, hoc est, aspidum virus, aduenerat, aliorúmque serpentum succos: vt si prius fuisset inualidum, hoc se Pheroras cum sua coniuge in regem armaret. Idem verò præter susceptam contra salutem patris audaciam, velut operam successuam, habebat epistolas aduersum fratres compositas ab Antipatro. Erant autem Romæ in studiis Archelaus & Philippus, iam adolescentuli, magníque animi, regis filij, quos Antipater velut imminentes spei suæ remouere festinans quasdam in eos literas ipse finxit, amicorum nomine Romæ degentium. Nonnullis autem corruptis scribere persuasit: quòd multis patrem maledictis carperent: ac de Alexandri & Aristobuli nece manifestè quererentur, séque accitos esse grauiter ferrent: iam enim pater eos redire præceperat, idque maximè solicitabat Antipatrum. Quinetiam prius quam proficiscerentur, in Iudæa constitutus Antipater, eiusdem modi contra eos Romæ literas mercabatur: patrémque adoundo, vitandæ suspicionis causa fratres purgare simulabat: quædam falsò scripta, quædam verò adolescentiæ peccata esse commemorans. Quo quidem tempore scriptoribus epistolarum, quas in fratrum perniciem simulabat, plurimis pecuniis datis, sumptuum confundere tentabat indicia, vestem preciosam variáque stragula, poculáque argentea necnon & aurea comparando, aliáque plurima instrumenta, vt preciorum magnitudine mercedes falsariis erogatas celaret. Denique ducènta talenta retulit expensa, & eorum maxima fuit occasio causa Syllæi. Vniuersis autem malis tunc minoribus maiore contectis: cùm omnia quidem tormenta de parricidio, epistolæ verò de iteratis fratricidiis conclamarent, nemo tamen ex Iudæa venientium, quo loco fortunæ domus essent ei nunciauit, quamuis inter scelus probatum & ipsius reditum septem mensium interualla fluxissent. Ita erat inuisus omnibus. Fortasse autem etiam quibus indicandi voluntas fuit per interfectorum fratrum manes obmutescebant. Denique Roma literas misit, continuò se venturum esse, quódque honorificè dimissus esset à Cæsare nuncians. Rex autem insidiatorem manibus tenere desiderans: timéntque ne si quid præsciisset, fortè caueret, ipse quoque literis beneuolentiam simulans, & alia familiarissimè scripsit,

Ant. lib. 18. cap. 8.

& vt reuersionem suam maturaret orauit. Nam si properasset, matris suæ quoque offensionem posset componere, quàm expultam esse non ignorauit Antipater. Primam quidem iam de morte Pheroræ susceperat epistolam apud Tarentem, cúmque vehementur luxerat: id autem nonnullis de patruo laudabile videbatur: sed quantum intelligi datur, causa doloris erat, quòd insidiæ pro voto non cesserant: neque tam Pheroram flebat, quàm maleficiorum ministrum. Præterea metus eum quidem ob ea quæ confecerat occupabat, ne quando fortè deprehenderetur venenum. Tunc autem in Cilicia patris epistola sibi reddita quam suprà memorauí, statim quidem festinabat: sed postquam in Celenderin delatus est, subit eum quædam materni casus cogitatio, anima iam per semetipsam diuinante. Et amicorum quidem prudentiores ei suadebant, ne prius patrem conueniret, quàm pro certo cognosceret, quibus ex causis matrem suam repudiasset: namque timere, ne fortè criminibus matris adderetur. Minus autē prudentes, & visendæ patriæ cupidi magis, quàm quid Antipatro esset vtile considerantes, vt properaret monebant, ne ex ipsa mora & patri causam prauæ suspicionis, & occasionem præbæret calumniantibus. Nunc enim si quid motum est, in absentem esse factum: nec enim præsente illo quenquam id ausurum fuisse. Absurdum autem videri, propter suspiciones incertas certis bonis carere, neque maturè se patri reddere, ab eóque regnum accipere, quòd solo ipso niteretur. Paruit his Antipater, impellente fortuna, transmissúsque in Sebastum Cæsariæ portum defertur. Occurrit autem illi præter opinionem maxima solitudo cùm omnes eum deuitarent, nullúsque auderet accedere. Nam etsi semper æquè inuisus erat, odio tamen vt proderetur tunc data libertas est. Multos autem auertebat ex rege formido, quoniam cunctas iam ciuitates de Antipatro fama repleuerat, solúsque de se quid ageretur Antipater ignorabat. Nec enim vel clariùs eo quisquam deductus est, cùm Romam nauigaret, vel ignobilius inde susceptus est. Enimuerò clades ille domesticas intelligens, calliditate celabat, metúque penè mortuus, vultu confidentiam simulabat. Et neque fugæ spes vlla erat, neque circumstantibus malis emergere poterat: certúmque nihil ei de domo, ne ibi quidem nunciabatur: id enim regis interminatio prohibuerat. Vnde interdum etiam spes eum pertentabat hilarior, aut nihil esse deprehensum, aut si quid esset, hoc sese impudentia sua dilaturum, ac dolis, quæ sola instrumenta salutis haberet. Itaque his armatus, sine amicis in regiam venit, qui à prima ianua cum iniuria sunt repulsi. Fortè autem Varus Syriæ rector intus aderat. Ingressus inde ad patrem, confirmatúsque audacia, velut eius salutandi causa, propius accedebat: cùm ille obiecta manu, & capite declinato, exclamat: Et hoc parricidæ est, vt me amplexari velis, qui tot maleficiis inuolutus sis. Dispereas, impium caput, neque me attingas, prius quàm criminibus te exuas. Dabo enim tibi iudicium & iudicē, qui opportunè præsto est, Varum. Abi, & quemadmodū

A κὴ ἀπολύσειν ἐδήλου. θήσεσθαι γὰρ αὐτὸ κὴ τὰς πρὸς
τὴν μητέρα μέμψεις ἐπανειχθέντος. ὁ γὰρ ἡγούμενος τὴν ἐκβολὴν
τῆς μητρὸς αὐτίπατρος. πρότερον μὲν ἐν εἰλήφει τὴν περὶ
τὸν Φερώρα τελευτὴν ὀδυρόμενος ἐν ταράττι, κὴ μέγιστον
ἐποιήσατο πένθος, ὃ καί τινες ὡς ὀρθῶς καθύμνουν,
ἐῶ γὰρ ὡς ἔοικεν, ὅτι ἀξιάμπρια τῆς ὑπερβολῆς ἡ σύγχυσις,
κὴ ὁ Φερώρας κλαίοντος, ἀλλὰ τὴν ὑπηρέτην. ἤδη γὰρ κὴ φόβος ἐπῆει τις αὐτὸν τὴν τετελεσμένων, μή ποτε φωραθείη τὸ φάρμακον. τότε γὰρ ἐν κιλικίᾳ λαβὼν ἐῶ προφάσεως μὲν ἕνεκα τοῦ πατρὸς ὑπερόλου, πράγματος μὲν ἕνεκα ἀπόδυσιν. ὡς γὰρ εἰς κελένδερεις κατέπλει, λαμβάνει τὴν αὐτὸν ἔννοια τὴν περὶ τὸν μητέρα κακῶν, προμαντευομένης ἤδη καθ' ἑαυτὴν τῆς ψυχῆς. οἱ μὲν οὖν προμηθέστεροι τῶν φίλων συνεβούλευον, μὴ πρότερον ἐμπίπτειν τῷ πατρὶ, πρὶν πυθέσθαι σαφῶς δι' ἣν αἰτίαν ἐξέβαλεν αὐτὸς τὸν μητέρα. δεδίεσαν γὰρ μή ποτε προσθήκην γένοιτο τῷ κατ' ἐκείνης ἐγκλημάτων. οἱ δὲ
C ἀσκεπτότεροι, κὴ τὸν πατρίδα προτιθέντες ἰδεῖν μᾶλλον, ἢ τὸ συμφέρον αὐτοπάτορι σκοπουῦντες, ἐπείγεσθαι παρήνουν, κὴ μὴ τῇ μελλήσει δώσειν τοῖς παροῦσι μὲν ὑποψίαν φαύλην, τοῖς ἐγκαλοῦσι δ' ἀφορμὴν. κὴ γὰρ νῦν εἶπ κεκίνηται κατ' αὐτὸν δῶρα τὸν ἐπουσίαν γεγονέναι. μηδὲ γὰρ αὖ τολμῆσαι παρόντος. ἄτοπον δὲ εἶ δι' ἀδήλους ὑποψίας, προδήλων ἀγαθῶν στερίσκεσθαι, κὴ μὴ θᾶττον ἀποδοῦναι μὲν ἑαυτὸν τῷ πατρὶ, κομίσασθαι δὲ τὸν βασιλείαν ἐπ' αὐτοῦ μόνῳ σαλεύουσαν. πείθεται τούτοις, σὺν θεῷ γὰρ τὸ δαιμόνιον. κὴ ἐγκαθήσας τὸν σεβαστὸν, εἰς τὸν λιμένα τῆς καισαρείας κατάγεται. παρυπλεύσασε δὲ αὐτὸν δόξαν ἐρημία πολλὴ, πάντων ἐκβεβηκότων, κὴ μηδενὸς προσιόντος τολμῶντος, ἐμισεῖτο μὲν γὰρ ὄλισος, κὴ τότε φανεῖσα τὸ μῖσος ἔσχε παῤῥησίαν, πολλοὺς δὲ ὁ ἐκ τοῦ βασιλέως φόβος ἀπέστρεφεν, ἐπειδὴ πᾶσα πόλις ἤδη τῆς κὴ αὐτοπάτορος φήμης ἐπλήρωτο, κὴ μένος ἠγνόει τὰ καθ' ἑαυτὸν αὐτίπατρος. ὅτε γὰρ προεπέμφθη λαμπρότερον τῆς ἐκείνου πλοῦτος ὅτε ῥώμης, ὅτε ἀπιότερον ὑπεδέχθη. ὁ δὲ, ἤδη μὲν ὑπενόει τὰς οἴκοι συμφορὰς, ἔτι δὲ παρουσία ὑπεκρύπτετο, κὴ τῇ δόξει τεθνηκὼς ἔνδοθεν, σοβαρὸς εἶ τὸ πρόσωπον ἐβιάζετο. φυγὴ δ' οὐ λυσιτελεῖ, οὐδὲ ἐκ τῆς παρεχόντων ἀνάδυσις. ἐκ σαφὲς μὲν, οὐδὲ ἐκεῖ τι τῆς οἴκοθεν ἀπηγγέλλετο δεῖ τῶν ἐκ τοῦ βασιλέως ἀπαλλοῦ. ὑπελείπετο δ' ἐλπὶς ἱλαρωτέρα, τάχα μὲν μηδὲν πεφωρᾶσθαι, τάχα δ' εἰπὶ κὴ πεφώρασται, δεδυσωπάσειν ἀναισθησίᾳ κὴ δόλοις, ἅπερ οὖν αὐτῷ μόνα τῆς σωτηρίας ἐφόδια. φραξάμενος οὖν αὐτοῖς, ἦκεν εἰς τὸ βασίλειον δίχα τῆς φίλων, ὅτοι γὰρ ὑβεσθέντες ὅτι τὸ πρώτου πυλῶνος εἰρχθησαν. ἔτυχε δὲ ἔνδον ὢν ὁ τῆς συείας ἡγεμὼν οὐάρος. ὁ δὲ εἰσεισι πρὸς τὸν πατέρα, κὴ τῇ τόλμῃ θαρσήσας ἑαυτὸν, ἤγγισεν ὡς ἀσπασόμενος. κἀκεῖνος τὰς χεῖρας προβαλὼν, κὴ τῷ κεφαλῷ παρακλίνας, ἔσιν ἐξεβόησε κὴ τοῦτο παῤῥοκτόνε, τὸ σὸν πλέκεσθαί μοι θέλειν, ἐν τηλικούτοις αἰτίαις ὄντα. φθείρε δυσσεβὲς ἀπὸ κεφαλῆς, μηδέ μου ψαύσης, πρὶν ἀποσκευάσασθαί σε ἐγκλήματα. δίδωμι δέ σοι δικαστήριον, κὴ δικαστὴν ἀκαίρως ἥκοντα, ἄφαρ. ἴθι, κὴ σπέ-

τῆς ἀπολογίας εἰς αὔριον. παρέχω γάρ σοι καιρὸν τῶν παρωργισμένων. ὁ δὲ ταῦτα μηδὲν ὑπ' ἐκπλήξεως ἀποκρινάμενος, ὑπέστρεψε. θορυβούμενος δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ, διηγήσαντο πάντας τοὺς ἐλέγχους, ἥ τε μήτηρ, καὶ ἡ γυνή, ἃ τότε μὲν ἀνεπύθοντο, ἐν ὑπόψει τῆς ἀπολογίας ἕως. τῇ δ' ὑστεραίᾳ, συνέδριον μὲν ὁ βασιλεὺς ἀθροίζει τῶν συγγενῶν καὶ φίλων, εἰσκαλεῖται δὲ καὶ τοὺς ἀντιπάτρου φίλους, ἐφ' οἷς καθέζεται δ' αὐτὸς ἅμα τῷ Οὔαρῳ, καὶ τοὺς μηνυτὰς ἅπαντας ἐκέλευσεν εἰσαγαγεῖν, ἐν οἷς εἰσῆχθησαν καὶ τῆς ἀντιπάτρου μητρὸς οἰκέται τινές, ἃ πρὸ πολλοῦ συνειλημμένοι, γράμματα κομίζοντες ἀπ' αὐτῆς πρὸς τὸν υἱὸν διάδηλα. ἐπείπερ ἀσφαλέστατα πάντα ἐκείνῃ ἐδόκει πατεῖσθαι, μὴ δόλῳ τινὰ πρὸς αὐτὸν, ἢ μή τινα ποθέσει δόλῳ καίσαρος διώκαμψ. τούτων συνὼν τοῖς ἄλλοις εἰσηγμένων, ἀντιπάτρου εἰσέρχεται, καὶ πεσὼν ἀφυλλὶς πρὸ τῶν ποδῶν τοῦ πατρός, ἱκετεύω πάτερ ἔφη, μηδέν μου προκατεγνωκέναι. δύναμαι δέ μοι τὰς ἀκοὰς ἀπεράτους εἰς τὸν ἀπολογίαν. ἀποδείξω γὰρ ἐμαυτὸν καθαρὸν, ἂν σὺ θέλῃς. ὁ δ' αὐτὸν σιγᾶν ἐγκελεύων, πρὸς τὸν καιρὸν εἶπεν. ἀλλ' ὅπ μὲν καὶ σὺ καρὲ, καὶ πᾶς δικαστὴς ὅσιος, ἀντίπατρον ἐξώλη κρίνει πέπεισμαι. ἐγὼ δὲ δοῦλα δ' μὴ καμοῦ μισήσῃς τὴ τύχῃ, καμὲ κείνῃ πάσῃ ἄξιον συμφορᾶς, τοιούτους υἱοὺς γεγεννηκότα. χρὴ δέ με δρᾶν τοῦτο ἐλεεῖσθαι μᾶλλον, ὅτι πρὸς ἄτοπα μαρουὶς, καὶ φιλοσοργότατος πατὴρ ἐγενόμην. τοὺς μὲν γὰρ πρωτίστους βασιλείας τὸ ἐπ' νέοις ἀξιώσας, καὶ πρὸς οἷς ἐν ῥώμῃ τεθραμμένοις, φίλους καίσαρος, ζηλωτοὺς τε ποιήσας βασιλεύσιν ἑτέροις, εὗρον ὑπεβάλλοις, οἳ τεθνήκασι τὸ πλέον ἀντιπάτρῳ. νέῳ γὰρ ὄντι καὶ δρασδόχῳ, τούτῳ μάλιστα τὴν ἀσφάλειαν ἐπορεζόμην. τὸ δ' μιαρὸν τοῦτο θηρίον, τὴν ἐμῆς ἀφρεμπλιαδὲν ἀπέξηκα λίαν ἐμοῦ τὴν κόρην. ἐδόκει γὰρ αὐτὸς πολιὸν ζῆν χρόνον, καὶ τὸ ἐμὸν γῆρας ἐφαρμόσθη, βασιλεῖ τ' οὐκ ὑπέμεινεν, εἰ μὴ δρᾶ παροξυντίας γλυκὺς, δίκαιά τε βελτιόμενος, ὅτι κατεγαγὼν αὐτὸν ἐκ τῆς χώρας ἀπερρυμμένον, καὶ παρασάμενος τοῖς ἐκ βασιλίδος μοι γεγυμνασμένοις, ἀπέδειξα τῆς ἀρχῆς δρασδόχον. ὁμολογοῦμαί σοι καρὲ τὸν ἐμαυτὸ φρενοβλάβειαν. ἐγὼ τοῖς μοὶς ἐκείνοις κατ' ἐμαυτὸ παρώξυνα, δίκαιας αὐτὸν ἀποκόψας ἐλπίδας, δι' ἀντίπατρον. καὶ τί μὴν ἐκείνοις δύναμέτησα τηλικοῦτον, ἡλίκον τοῦτον; ὡς ἐζῶν μὲν, ὀλίγα δεῖν παρεχώρησα τὴν ἐξουσίας, φανερῶς δὲ ταῖς δρασθήκαις ἐνέγραψα τῆς ἀρχῆς δρασδόχον, καὶ πρόσοδον μὲν ἰδίᾳ πεντήκοντα ταλάντων ἔρεμα, τῷ δ' ἐμῷ ἐχορήγησα χρημάτων αἰδῶ, πλείονι δ' νεῖ εἰς ῥώμην, ἐδωκα τεσσάκοντα τάλαντα, καίσαρι δ' ἐξ ὅλης τὴν γῆς μόνον ὡς σωτῆρα τῷ πατρὶ παρεθέμην. τί δ' ἐκεῖνοι τοιοῦτον ἠσέβησαν οἷον ἀντίπατρος; ἢ τίς ἔλεγχος ἐνέχθη κατ' αὐτῶν, ἡλίκος ἀποδείκνυσι τοῦτον θηρίον; ἀλλὰ φθέγξεταί τι τολμήσει ὁ παροξυντὸς, καὶ πάλιν δόλοις τὸν ἀλήθειαν ἀποκαλύψῃ ἐλπίζῃ; καρὲ, σοὶ φυλακτέον. ἐγὼ γὰρ οἶδα τὸ θηρίον, καὶ προρῶμαι τὸν μέλλουσαν ἀξιοπιστίαν, καὶ τὸν ἀπίθανον ὀλοφυρμόν. οὗτός ἐστιν ὁ παραινῶν ἐμοί ποτε φυλάττεσθαι ζῶντα ἀλέξανδρον, καὶ μὴ πᾶσι τοῖς δύειν τὸ σῶμα. οὗτός ἐστιν ὁ μέχρι τῆς κοίτης εἰσάγων,

te purges in diem craſtinum meditare. nam & tempus indulgeo calliditatibus tuis. Ad hæc metu obſtupefactus Antipater, quia reſpondere nihil potuit, reuerſus eſt. Cùm autem ad eum veniſſent mater & vxor, cunctas ei probationes expoſuerunt. Tùmq; recepta mente, quo pacto ſeſe defenderet cogitabat. Poſtero autem die rex adhibito propinquorum atque amicorum concilio, Antipatri quoque amicos vocat. Ipſe autem cũ Varo reſidens, cunctos indices iuſſit adduci, in quibus erant etiam ſerui matris Antipatri quidam pridem comprehenſi, qui ab ea literas ad eum deportauerunt huiuſcemodi: Quoniam illa omnia patri tuo cognita ſunt, caue ne ad eum venias, niſi aliquod auxilium à Cæſare impetraueris. Itaque his vnà cum aliis introductis, ingreditur Antipater. Cúmque pronus ante pedes patris cecidiſſet: Oro, inquit: pater, ne quid de me præiudices, ſed integras aures ſatisfactioni meæ præbeas. Demonſtrabo enim me innoxium, ſi tu velis. Ille autem magna voce imperato ei ſilentio, ad Varum locutus eſt: Quod & tu Vare, & quiuis iuſtus iudex, Antipatrum morte dignum iudicauerit, certò ſcio. Vereor autem ne mea quoque tibi ſit inuiſa fortuna, omníque calamitate dignum deputes, qui tales filios genuerim. Atqui hoc tibi magis miſerandus videri debeo, quòd erga tam ſceleſtos indulgentiſſimus pater fui. Nam illis prioribus adhuc adoleſcentulis regnum detuleram, eóſque Romæ educatos amicos Cæſaris feceram: ſed quos aliis inuidẽdos regibus æmulandóſque conſtitui, meæ ſaluti hoſtes inueni, quorum tamen interitus Antipatro magis profuit. Iſti enim quòd iuuenis & ſucceſſor meus futurus eſſet, maximè ſecuritas quærebatur. at verò hic belua, patientia mea ſuprà quàm latis erat, expletus, in me ſatietatem ſuam profudit: eſque diu viuere ſum viſus, meámque ſenectutem grauiter tulit, réxque fieri non niſi parricidio paſſus eſt, quæ quidem profectò noui qua ratione cogitauit: quòd eum ex agro abiectum reduxerim, & excluſis quos mihi regina pepererat filiis, regni mei vicarium declarauerim. Equidem tibi Vare confiteor meæ mentis errorem. Ego illos contra me filios irritaui qui Antipatri gratia ſpes eorum iuſtas abrupi. Quid enim tantum de illis, quantum de iſto bene ſum meritus? cui viuus etiam poteſtatem meam penè conceſſi: apertè autem regni ſucceſſionem teſtamento reliqui, & præter deſtinatos ei ſeparatim quinquaginta reditus talentorum, ſumptum paſſim mea pecunia ſubminiſtraui: ac nuper Romam quoque nauigaturo dedi trecenta talenta, quémque ſolum ex omni familia mea, tanquam patris ſeruatorem, Cæſari commendaui. Aut quid illi tantum ſceleris, quantum Antipater admiſerunt? quódve de his habui indicium, quale demouſtrauit huius inſidias? etiam approbo, quia auſus eſt aliquid parricida, rurſúmque veritatem dolis ſperat obtegere: tibi Vare cauendum. nam ego iſtam beluam noui: & quàm ſit veriſimilia dicturus, iam nunc proſpicio, fletúſque ſimulatos. Hic eſt qui me quondam monebat, vt viuum Alexandrum cauerem, neque meum corpus omnibus crederem. Hic eſt qui vſque ad cubile meum ſolebat ingredi,

& circumſpicere, ne quis mihi fortè paraſſet A
inſidias. Hic ſomni mei cuſtos erat, & ſecu-
ritatis dator, qui conſolaretur luctum per-
emptorum, & viuentium fratrum beneuo-
lentiam diiudicaret : hic propugnator & ſa-
telles meus. Quum eius calliditas Vare in
mentem venit, & quemadmodum ſingula ſi-
mulaſſet, vix me credo viuere, támque grauem
inſidiatorem quo pacto effugerim miror.. Ve-
rumtamen quia fortuna quædam excitat con-
tra me domum meam, mihíque amiciſſimi ſem- B
per infenſi ſunt : ego quidem fatorum iniqui-
tatem flebo, & mecum ipſe ſolitudinem ge-
mam. Nemo autem qui meum ſanguinem fi-
tierit elabetur, etiamſi per omnes filios meos
indicia ventura ſint. Hæc dicens, ipſe quidē in-
terrupto ſermone tacuit, dolore confuſus. Ni-
colaum autem vnum ex amicis probationes
juſſit exponere. Inter hæc autem Antipater ſub-
lato capite, cùm proſtratus ante patris pedes
maneret, exclamat : Tu pater meas partes C
defendiſti. Nam quomodo ego parricida, quem
tu ſemper ſeruatorem te habuiſſe commemo-
ras? Aut ſi ficta, vt dicis, ſimulatáque mea pie-
tas fuit, cur in aliis tam callidus, in hoc adeò
demens fui, vt non intelligerem, quòd ſi ho-
mines lateret tanti ſceleris cogitatio, cæleſtem
latere iudicem omnino non poſſet, qui vbique
præſto eſſet, & cuncta conſpiceret? An fra-
trum exitus ignorabam, quos ob id Deus vl- D
tus eſt, quia tibi malè cogitauerant? Quid au-
tem fuit cur me tua ſalus offenderet? Spes regni?
Sed regnabam. Odij ſuſpicio? Sed diligebar. An
ex te metus aliquis? Quin tui ſeruans, aliis ti-
mendus eram. Fortaſſis egeſtas cauſa fuit? Mul-
to minus. Quis enim magis expenſatum ha-
buit poteſtatem? Si autem omnium hominum
perditiſſimus eſſem, immaniſque beſtiæ ani-
mum gererem, certè manſueti patris beneficiis
vincerer: quem, ſicut tu dixiſti, reduxeris, tótq; E
filiis antepoſueris, vnúſque regem declaraueris, aliorúmque bonorum magnitudine red-
dideris inuidendum. ô me miſerum acerbiſ-
ſimámque peregrinationem meam, quàm
longum luori tempus magnúmque inſidian-
tibus ſpatium præbui. Sed tamen tibi pater
tuíſque rebus abieram, ne Syllæus tuam con-
temneret ſenectutem. Roma mihi teſtis eſt
pietatis, & princeps orbis terræ Cæſar, qui me F
patris amatorem ſæpe vocitabat. Accipe pa-
ter has eius literas, hæ fictis in me crimina-
tionibus veriores. his me defendo. hæ affectus
erga te mei argumenta certiſſima. Recordare
quàm inuitus hinc nauigauerim, latentes in
regno contra me inimicitias non ignorans. Tu
pater imprudens me perdidiſti, tu compuliſti
vt darem accuſandi tempus inuidiæ. Verùm
ad indicia veniam. Ecce adſum, terra marí-
que nihil vſquam parricida perpeſſus. Sed G
nondum me hoc argumento diligas, nam &
apud Deum, & apud te pater condemnatum
me eſſe ſcio. Condemnatus autem deprecor,
ne aliorum tormentis fidem habeas : in me fe-
ratur ignis, per viſcera mea pergant inſtru-
menta pœnarum, ne parcas ſceleſto corpori.
Nam ſi parricida ſum, tormentorum expers
mori non debeo. Talia cum lacrymis ac eiu-
latu vociferans, & omnes alios, & Varum ad miſericordiam prouocauit : ſolum autem Herodem,

κὴ μὴ μέ τις ἐνεδρεύοι φοβούμενον. ἦν ὁ ταμίας τῆς
ὕπνου, κὴ χορηγὸς τ' ἀμεριμνίας, ὁ παραμυθούμενος
τ' ὅτι τοῖς ἀπηνθμένοις λύπλει, κὴ βλέπειν ἐστὶ τ' ζῶν-
των ἄνοιαν ἀδελφῶν, ὁ ὑπερασπιστὴς ὁ ἐμὸς, ὁ σωμα-
τοφύλαξ. ὅτου ἀναμνησθῶ ἔκαρε τὸ πανοῦργον ἐν ἐκάσῳ
ἑ τῷ ὑποκείσιν, ἀπιστία με τὸ ζῆν εἰσέρχεται, ἑ
θαυμάζω πῶς ἔτι καθαρὸν ὄπιθεν διέφυγον. ἀλλ'
ἐπειδὴ δαίμων τὰς ἐξερημοῖ τ' ἐμὸν οἶκον, κὴ μοι τὰς
φιλτάτους ἐπανίσησιν ἀεὶ, κλαύσομαι μ' ἐγὼ τ' ἄδικον
εἱμαρμένην, ἑ κατ' ἐμαυτὸν στενάξω τ' ἐρημίαν. ἀφ-
φοβήσει δ' ἐλπὶς ἀνήσας ἴσμον αἷμα, κἂν ἐξ παντὸς
μου τῶν τέκνων ὁ ἔλεγχος ἔλθῃ. ταῦτα λέγων, αὐτὸς μ'
ὑπὸ συγχύσεως ἐνεκόπη. νικολάῳ δ' ἐνὶ τ' φίλων, λέξαι
τὰς ὑποδείξεις ἐκέλευε. μεταξὺ δ' ὁ αὐτίπατρος ἐπαρὰς
τ' κεφαλῆς, ἐμοὶ γὰρ δὴ βεβλημένος πρὸ τ' ποδῶν τῶν
πατρὸς, ἐβόα. σὺ πάτερ ὑπὲρ ἐμοῦ πεποίησαι τ' ἀπολο-
γίαν. πῶς γὰρ ἐγὼ πατροκτόνος, ὃν ὁμολογεῖς αὐτὸς φύ-
λακα ἀεὶ παντὸς ἐχυπέρα. τεκμήρια δέ μου ἑ ὑποκεῖσιν λέγεις, τ' ἀσέβειαν. πῶς οὖν ὁ πανοῦργος, ὅπως
ἐν τοῖς ἄλλοις ἄφρων ἐνθυμοῦμαι, ὡς μὴ νοεῖν, ὅτι λαθεῖν
οὐδὲν ἀνθρώποις ῥᾴδιον, τηλικοῦτον μέσος συνεπιλα-
ζόμενον, τὸν δὲ ἀπ' οὐρανοῦ δικαστὴν ἀμήχανον, ὃς
ἐφορᾷ πάντα, κὴ ταχοῦ παρέσειν. ἢ τὸ μὲν ἀδελ-
φῶν τέλος ἠγνόουν, οὓς ὁ θεὸς ἔτι μετῆλθε τ' εἰς σὲ
κακοβελίας; τί δέ με κὴ παρώξυνε κ' σοῦ; βασιλείας
ἐλπίς; ἀλλ' ἐβασίλευον. ὑπόνοια μ' ἔστις; ἐγὼ δὲ ἐσεφρό-
μιλν; φόβος ἦν σὲ τις ἄλλος; ἀλλὰ μᾶλλον σὲ πρῶν, ἐπ-
εροις φοβερὸς ἦμεν. ἔνδεια χρημάτων; κὴ τίνι μᾶλλον
ἐξῆν ἀναλίσκειν; εἰ δὲ ἐξωλέστατος πάντων ἀνθρώ-
πων ἐνθυμούμην, κὴ θηρίου ψυχὴν εἶχον ἀνήμερον πάν-
τερ, ἐν αἷς ταῖς σαῖς ὀργυσίαις ἐνικήθην; ὃν κατήγα-
γες μᾶλλον ὡς ἔφης αὐτὸς, προέκεινας ἢ τοσούτων τέκ-
νων, ἀπέδειξας δὲ ζῶν βασιλέα, δι' ὃν βολὴν ἢ τῶν
ἄλλων ἀγαθῶν, ἐποίησας ὑπέρθυμος. ὦ μάλας ἐγὼ
τῆς πικρᾶς ἀποδημίας, ὡς πολλὴν ἔδωκα καιρὸν τῷ
φθόνῳ, ἑ μακρὸν τοῖς ὑπεβουλεύουσι διωρίαν. σοὶ δὲ
πάτερ, κὴ τοῖς σοῖς ἀγῶσιν ἀπεδήμουν, ἵνα μὴ συλλάβῃς
τὸ σὸν γήρως καταφρονήσῃ. ῥώμη μοι μάρτις τῆς δυ-
σεβείας, κὴ ὁ τῆς οἰκουμένης δεσπότης καῖσαρ, ὁ
φιλοπάτορά με πολλάκις εἰπών. λάβε πάτερ τὰ παρ'
αὐτοῦ γράμματα, ταῦτα τοῦ ἐνθάδε ψευδοῦς ἀπολογίαν πιστό-
τερα, τούτοις τῆς εἰς σὲ φιλοσοργίας τεκμηρίοις χρῶ-
μαι. μέμνησο δ' ὡς οὐκ ἔστιν ἔπλεον, ὅτις ἀμφιλλοῦσαν τὴν
ἐμφιλλοῦσαν τῆς βασιλείας κατ' ἐμοῦ δυσμένειαν.
σὺ δέ με πάτερ ἄκων ἀπώλεσας, ἀναγκάσας καιρὸν
δοῦναι τῷ φθόνῳ. παρείμι δ' ἀπὸ γῆς κ' θα-
λάσσης, οὐδὲν ἐλαμὴν παθὼν ὁ πατροκτόνος, ἀλλὰ
μάτην τοῦτο ὠφέλημα τῷ τεκμηρίῳ. κατηγόρημαι
γὰρ κ' θεοῦ θεοῦ σοὶ πάτερ, κατηγωσμένος
δὲ δέομαι, μὴ ταῖς ἄλλων βασάνοις πίστευε. ἀλλὰ
κατ' ἐμοῦ φερέσθω τὸ πῦρ, ὀδύνατε δι' ὅλου ἐμοῦ
σπλάγχνων τὰ ὄργανα, μὴ φείσησθε ὀλοφυρμοῦ τ' μι-
αρᾶς σώματος. εἰ γὰρ εἰμὶ πατροκτόνος, οὐκ ὀφείλω ὑπο-
πτεύειν ἀβασανίστως. ταῦτα μετὰ ὀλοφυρμοῦ, κὴ δα-
κρύων ἐκόσμει, τούς τε ἄλλους ἅπαντας, κὴ τὸν θάρσος
εἰς οἶκτον προυκαλέσατο. μόνον δὲ ὁ θυμὸς πρὸς τὴν

ἀδελφὴν

δάκρυον διεκρατεῖτο, τοὺς ἐλέγχους ἀληθεῖς ἐπιστάμενον. ἐν τούτῳ τοῦ βασιλέως κελεύσαντος νικόλαος, πολλὰ πρὸς τὸ πανοῦργον τὸ ἀντιπάτρου προειπὼν, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ διαχέας ἔλεον, ἔπειτα πικρὰν κατηγορίαν κατετείνετο, πάντα μὲν τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν κακουργήματα, περιθεὶς αὐτῷ, μάλιστα δὲ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ἀδελφῶν, ἀποδεικνὺς ταῖς ἐκείνου διαβολαῖς ἀπολωλότας. ἐπιβουλεύειν δὲ αὐτὸν ἔλεγε καὶ τοῖς περιοῦσιν, ὡς ἐφέδροις τῆς διαδοχῆς. τὸν γὰρ παρασκευάσαντα πατρὶ φάρμακον, πότε ἂν ἀδελφῶν ἀποσχέσθαι, προσελθὼν δὲ ἐπὶ τὸν ἔλεγχον τῆς φαρμακείας, τάς τε μηνύσεις ἑξῆς ἀπεδείκνυε, καὶ περὶ φερώρα κατεσχετλίαζεν, ὅτι κἀκεῖνον ἀντίπατρος ποιήσειεν ἀδελφοκτόνον, καὶ τοὺς φιλτάτους τῷ βασιλεῖ διαφθείρας, ὅλον τοῦ μύσους ἀναπλήσειε τὸν οἶκον. ἄλλα τε πολλὰ πρὸς τούτοις εἰπὼν, καὶ ἀποδείξας, καταπαύει τὸν λόγον. οὔαρος δὲ κελεύσας ἀπολογεῖσθαι τὸν ἀντίπατρον, ὡς οὐδὲν πλέον εἰπὼν, ἢ θεός ἐστί μοι τοῦ μηδὲν ἀδικεῖν μάρτυς, ἔκειτο σιγῶν. ὁ δὲ ἡρώδης αἰτήσας τὸ φάρμακον, δίδωσί τινι τῶν ἐπὶ θανάτῳ κατακειμένων δεσμώτῃ πιεῖν. τοῦ δὲ παραχρῆμα τελευτήσαντος, ὁ μὲν οὔαρος, ἀπορρήτους ποιήσας τὰς πρὸς ἡρώδην ὁμιλίας, καὶ τὰ περὶ τὸ συνέδριον καίσαρι γράψας, μετὰ μίαν ἡμέραν χωρίζεται. δεσμεῖ δὲ ὁ βασιλεὺς ἀντίπατρον, καὶ πρὸς καίσαρα τοὺς δηλώσοντας τὴν συμφορὰν ἐξέπεμψεν. μετὰ δὲ ταῦτα, καὶ κατὰ σαλώμης ἐπίβουλος ἀντίπατρος εὑρίσκεται. τῶν γὰρ ἀντιφίλου τις οἰκετῶν ἧκεν, ἐπιστολὰς κομίζων ἀπὸ ῥώμης παρὰ ἰουλίας θεραπαινίδος ἀκμῆς τοὔνομα. καὶ παρὰ μὲν ταύτης ἐπέσταλτο βασιλεῖ, τὰς παρὰ σαλώμης ἐπιστολὰς ἐν τοῖς ἰουλίας εὑρηκέναι γράμμασι, πεπομφέναι τε αὐτῷ λάθρα δι' εὔνοιαν. αἱ δὲ τῆς σαλώμης λοιδορίας τε τοῦ βασιλέως περιεῖχον πικροτάτας, καὶ κατηγορίαν μεγίστην. ταύτας δὲ πλάσας ἀντίπατρος, καὶ τὴν ἀκμὴν διαφθείρας, ἔπεισεν ἡρώδῃ πέμψαι. διηλέγχθη δὲ ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπιστολῆς. καὶ γὰρ ἐκείνῳ τὸ γύναιον ἔγραψεν, ὡς βουληθεὶς, ἔγραψά σου τῷ πατρὶ, καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἐκείνας ἔπεμψα, πεπεισμένη τὸν βασιλέα μὴ φείσασθαι τῆς ἀδελφῆς, ὅταν ἀναγνῷ. καλῶς δὲ ποιήσεις, ἐπειδὰν ἀπαρτισθῇ πάντα, μνημονεύσας ὧν ὑπέσχου. ταύτης φωραθείσης τῆς ἐπιστολῆς, καὶ τῶν κατὰ σαλώμην ἐσκευασθεισῶν, ἔννοια ἐμπίπτει τῷ βασιλεῖ, τάχα καὶ κατὰ ἀλεξάνδρου πλασθῆναι γράμματα. περιαλγὴς δὲ ἦν ὑπὸ τοῦ πάθους, ὡς παρ' ὀλίγον καὶ τὴν ἀδελφὴν ἀποκτείνας δι' ἀντίπατρον, οὐκέτι οὖν ἀνεβάλλετο λαβεῖν τιμωρίαν ὑπὲρ ἁπάντων. ὡρμημένος δὲ ἐπὶ τὸν ἀντίπατρον, ἐπεσχέθη νόσῳ χαλεπῇ. περὶ μέντοι τῆς ἀκμῆς, καὶ τῶν κατὰ σαλώμης ἐσκευωρημένων, ἐπέστειλε καίσαρι, τήν τε διαθήκην αἰτήσας μετέγραφε, καὶ βασιλέα μὲν ἀποδείκνυσιν ἀντίπαν, ἀμελῶν τῶν πρεσβυτάτων ἀρχελάου, καὶ φιλίππου. διαβεβλήκει γὰρ καὶ τούτους ἀντίπατρος. καίσαρι δὲ σὺν ταῖς διὰ χρημάτων δωρεαῖς, χίλια τάλαντα, τῇ τε γυναικὶ, καὶ τέκνοις αὐτοῦ καὶ φίλοις, καὶ ἀπελευθέροις, περὶ πεντακόσια. ἀπένειμε δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, τῆς τε χώρας οὐκ ὀλίγα καὶ τῶν χρημάτων. λαμπροτάταις τε δωρεαῖς ἐτίμα σαλώμην τὴν ἀδελφήν. ἐν μὲν οὖν ταῖς διαθήκαις, ταῦτα διωρθώσατο.

Κεφ. κα.

Προῄει δ' αὐτῷ πρὸς τὸ χαλεπώτερον ἡ νόσος, ἅτε δὴ τῶν ἀρρωστημάτων ἐν γήρᾳ καὶ ἀθυμίᾳ ἐπιπεσόντων.

A quo minus fieret, iracundia continebat, documentis veris intentum. Ibi autem Nicolaus, iussu regis multa de Antipatri calliditate præfatus, & misericordiæ spem abstulit, & atrocissimam accusationem instituit, cuncta quidem regni maleficia ascribens: maximè verò fratrum interitum, quos ipsius calumniis interfectos esse demonstrans, etiam superstitibus eum insidiari quasi successionis captatoribus affirmabat. Nam qui patri venenum parasset, mul- B to minus à fratribus abstineret. Cùm autem ad veneni probationem venisset, per ordinem proferebat indicia, etiam de Pherora crimen exaggerans, veluti illum quoque Antipater fratricidam fecisset, corruptísque regis amicissimis, scelere omnem domum repleuisset. Atque ita multis aliis dictis & probatis perorauit. Varus autem cùm respondere iussisset Antipatrum, & ille nihil amplius elocutus, quàm, Deus testis est innocentiæ meæ, silénsque iaceret, venenum petiit, idque cuipiam damnatorum capitis ex custodiis bibendum dedit: eóque statim mortuo, quædam in secreto cum Herode sermocinatus, gesta in concilio Cæsari scripsit: posteróque die inde discessit. Nihilóque minus rex Antipatro vinculis tradito, cladis suæ nuncios ad Cæsarem misit. Post hæc Salomen appetisse insidiis arguebatur Antipater. Quidam enim è seruis Antiphi- D li Roma venerat, epistolas ferens cuiusdam Acmes nomine, ancillæ Iuliæ: quibus ad regem scriptis, indicauerat Salomes epistola inter literas Iuliæ reperta, clàm ei beneuolentiæ causa misisse. Ipsius autem Salomes epistolis & maledicta in regem acerbissima, & accusatio maxima continebantur. Sed hæ ab Antipatro erant fictæ: ísque Acmen pecunia corruptam, ad Herodem eas mittere persuaserat. Epistola E enim eiusdem mulierculæ ad ipsum scripta id prodidit, cuius verba hæc sunt: Sicut voluisti patri tuo scripsi, & alias epistolas misi, certò sciens, regem sorori suæ minimè posse parcere, si eas recitauit. Bene autem facies, si consummatis omnibus, pollicitationum tuarum memor fueris. Hac epistola & quæ in Salomen sunt composita deprehensis, regem subiit cogitatio, ne fortè etiam Alexander falsis epistolis fuisset oppressus: quódque penè sororem propter Antipatrum occidisset, anxius erat. Ita- F que non est vltra cunctatus, quò minus ab eo sumeret omnium causa suppliciũ: sed ne propositis satisfaceret, graui morbo impeditus est. De Acme tamen ancilla, & in Salomen fictione conflata, dedit literas ad Cæsarem. ac propterea testamento mutato, exemit nomen Antipatri, regémque scripsit Antipam, præteritis Archelao & Philippo natu maioribus. nam & hos Antipater insimulauerat. Cæsari autem G post alia pecuniaria munera mille talenta, & vxori eius ac filiis, itémque amicis & libertis, propè quinquaginta: cæterísque omnibus agrorum & pecuniarum non parum distribuit, ac sororem Salomen luculentissimis donis honorauit. In testamento quidem ista correxit.

Cap. XXI. De Aquila aurea, mortéque Antipatri & Herodis.

Ant. lib. 17. cap. 8.

Morbus autẽ ingrauescebat, quòd eũ senectus pariter ac mœror, vrgeret, & annos

iam septuaginta natus esset: & filiorum cladibus animum adeò habebat afflictum, vt nec bona valetudine quicquam iucunditatis admitteret. Acriorem autem faciebat ægritudinem, quòd Antipater viueret. Hunc enim non obiter & aliud agens, sed cùm ipse conualuisset, cogitabat occidere. Ad has ei calamitates accidit etiam populi quidam tumultus. Erant in ciuitate sophistæ duo, qui summè scire leges patrias videbantur: & propterea per omnem gentem maxima gloria prædicabantur: Iudas filius Sepphoræi, & alter Margali Matthias. Hos non pauci adolescentium sectabantur, cùm leges exponerent, & in dies singulos puberum exercitum congregabant. Qui cùm regem audissent mœrore ac morbo tabescere, apud notos loquebantur, opportunum iam tempus esse, vt Deus vindicaretur, fabricatáque aduersus leges patrias opera destruerentur. Siquidem in templo nefas sit, imagines, aut vultus, aut cuiuslibet animalis cognomine simulacrum haberi. Hoc propterea dicebatur: quòd supra maximam portam templi Aquilam collocauerat auream. Eúmque tunc monebant sophistæ vt tollerent: pulchrum esse dicentes, etiam si quod inde periculum immineret, pro legibus patrijs mori non recusare: sic enim decentibus & animam immortalem, & bonarum rerum sensum perseuerare perpetuò: minus autem fortes, & sapientiæ suæ nescios amare animam imperitia: magísque morbo cupere, quàm virtute defungi. Dum hæc illi dissererent, rumor subitò peruagatur, regem serè iam mori: vnde etiam confidentiùs adolescentes coronam adorti sunt: ipsóque meridie, quum plurima multitudo versaretur in templo, crassis demissi funibus, Aquilam ex tecto auream securibus abscindebãt. Qua re statim regis duci nunciata, non parua ille manu comitatus ad templum cucurrit: & propè ad quadraginta iuuenes comprehensos regi exhibuit. Qui primùm interrogati, an Aquilam ipsi auream concidere ausi essent, fecisse confessi sunt: deinde quo iubente, lege patria respondederunt. Cùm verò, quid exultarent tantum, quibus mors immineret, ab his quærerentur: quia post mortem bonis plurimis frui sperarent, asseruerunt. His itaque rex commotus, magnitudine iracundiæ morbum superat, atque in concionem procedit. Deinde multum in eos quasi sacrilegos inuectus, & quòd occasione legis patriæ quædam maiora tentassent, velut impios supplicio dignos esse iudicauit. Populus autem metuens, ne per multos quæstio iret, precabatur, vt primùm facinoris suasoribus, deinde in eo deprehensis pœnę subditis, cęteris indignationem remitteret. Tandem igitur exoratus, & ipsos rex qui funibus dimissi erant cũ sophistis viuos incendi, & reliquos qui vnà comprehensi sunt, obtruncandos carnificibus tradidit. Hinc totũ eius corpus morbo occupatum variis doloribus differebatur. nam febris quidem non mediocris erat: prurigo autem intolerabilis habebat omnem corporis superficiem. Assiduis autem vexabatur coli tormentis, pedésque tanquam ex intercutis vitio tumuerant. Quin & inflatio ventriculi, putredóque virilis membri

Ant. lib. 17. cap. 9.

amici sui Galli filio his rectore præposito. Qui mox & aduersus quos ierat, omnes in fugam vertit, & Sephoris ciuitate capta, ipsam quidem incendit, incolas verò eius seruitio subiugauit. Varus autem ipse cum omni exercitu Samaria potitus, ciuitate quidem abstinuit, quòd inter aliorum turbas nihil eam mouisse deprehendit: castris autem ad vicum positis, qui appellatur Arun Ptolemæi possessionem propterea direptam ab Arabibus, qui & amicis Herodis infensi erant, inde ad Sappho progreditur, alterum vicum tutissimum: quem similiter, omnésque reditus ibi repertos depopulati sunt. Cædis autem igníque plena erant omnia, nec prædationi Arabum quicquam obstabat. Exusta est & Ammaus iussu Vari, necem Arij cæterorúmque indignè ferentis, habitatoribus eius fuga dispersis. Hinc progressus ad Hierosolymam cum exercitu, solo visu Iudæorum castra dissecit: & alij quidem per agros abiêre fugientes: qui verò intra ciuitatem degebant, suscepto eo, seditionis causas in alios conferebant, nihil quidem se penitus mouisse dicentes (sed propter diem festum receptam necessario multitudinem, in ciuitate obsessos esse potius cum Romanis, quam cum dissidentibus conspirasse. Ante verò obuiam ei venerant Iosephus, Archelai consobrinus, & cum Grato Rufus, ducentes exercitum regium, & Sebastenos, & Romanos milites ornatos habitu consueto. Sabinus enim nec in os Vari venire ausus, iamdudum ex ciuitate ad mare discesserat. Varus autem dispartitu aduersus autores tumultus per agros dimisit exercitum: multísque sibi exhibitis, quos minus turbulentos inuenisset, custodiæ tradidit: maximè verò nocentium propè ad duo millia cruci suffixit. Adhuc autem circa Idumæam superesse decem armatorum millia nunciato, confestim Arabas domum abire iubet: quòd eos non auxiliantium more vti militia, sed pro sua libidine, & supra quàm ipse vellet, agros vastare perspexit: suis autem comitatus agminibus, in aduersarios properabat. Verùm illi se Varo prius quàm in manus veniretur, Achiabi consilio tradiderunt. Varus autem multitudini, venia data, duces eius interrogandos misit ad Cæsarem. At ille cùm ignouisset cæteris, in nullos regis cognatos (erant enim quidam inter eos Herodis propinqui) animaduertit, quòd omnino contra regem suum arma cepissent. Varus autem hoc modo rebus apud Hierosolymam compositis, eadémque legione, quæ dudum in præsidio ciuitatis fuerat, ibi relicta, Antiochiam rediit.

CAP. VIII. De ethnarcha Iudęorũ instituto. Ant. lib. 17. cap. 17.

ROmæ autem Archelao alia tursus cum Iudæis causa conflata est: qui ante seditionem permissu Vari, legati exierant, ius genti suæ liberum perituri. Erant autem numero quinquaginta, qui venerant, & astabant eis plus quàm octo millia Iudæorum Romæ degentium. Itaque conuocato à Cæsare optimatum Romanorum amicorúmque concilio in Palatini Apollinis templum, quod priuatũ ipsius erat ædificium admirandis opibus exornatũ, multitudo quidem Iudæorum constitit cum legatis, contráque Archelaus cũ amicis. Cognatorum autem amici ab vtraq. parte secreti erant.

nam & cum Archelao ſtare propter odium atque inuidiam recuſabant, & cum accuſatoribus conſpici pudóre Cæſaris prohibebantur. Inter quos erant etiam Philippus Archelai frater, beneuolo animo duabus ex cauſis præmiſſus à Varo, vt & Archelao ſubueniret, & ſi regnum Herodis nepotibus eius diſtribui placuiſſet, partem aliquam mereretur. Iuſſit autem accuſatoribus exponere, quænam contra leges feciſſet Herodes: primùm non ſe regem, ſed omnium, qui vſquam fuiſſent, tyrannorum crudeliſſimum toleraſſe dicebant. Deinde multis ab eo trucidatis, ea pertuliſſe ſuperſtites queſti ſunt, vt beatiores mortui putarentur. Non enim tormentis ſolùm eum laceraſſe corpora ſubiectorum, ſed etiam gentis ſuæ ciuitatibus deformatis exteras ornauiſſe, populiſque alienis Iudææ ſanguinem condonaſſe. Pro antiqua verò felicitate ac patriis legibus, nationem ſuam tanta egeſtate ſimul ab eo atque iniquitate repletam, prorſus, vt plures ex Herode paucis annis clades ſuſtinuerint, quàm omni ævo maiores ſui, poſtquàm ex Babylone diſceſſêre, perpeſſi ſunt, Xerxe tunc regnante ad diſcordias concitati. Verùm ſe tamen ad modeſtiam ex aduerſæ fortunæ conſuetudine profeciſſe, vt etiam ſucceſſionem voluntariam acerbiſſimæ ſeruitutis ſubirent, qui & Archelaum tanti tyranni filium, patre mortuo regem appellaſſent nihil morati, & vnà cum eo luxiſſent mortem Herodis, ac pro eius ſucceſſore vota celebraſſent. Illum autem quaſi metueret, ne non certus eius filius videretur, à cæde trium millium ciuium regni ſumpſiſſe primordia: & quia principatum meruerit, tot immolaſſe Deo hominum victimas, tot feſto die templum cadaueribus impleuiſſe. Rectè igitur eos, qui de tantis malis ſupereſſent, aliquando reſpexiſſe calamitates ſuas, & belli lege cupere vulneribus excipiendis ora præbere: atque ab Romanis precari, vt Iudææ reliquias miſericordia dignas exiſtimarent: néve quod ex ea natione reſtaret, his obiicerent, à quibus crudeliſſimè lacerabatur: ſed patriam ſuam coniungi Syriæ finibus, ac per iudices Romanos adminiſtrari decernerent: hoc enim modo probatum iri, Iudæos qui nunc veluti turbulenti ac belli cupidi reprehenduntur, moderatis rectoribus obedire noſſe. Iudæorum quidem accuſatio ciuſmodi petitione concluſa eſt. Cùm autem ſurrexiſſet contrà Nicolaus, primùm criminibus, quæ in reges erant propoſita, diſſolutis, nationem cœpit arguere: quia neque gubernari facilis eſſet, naturáque regibus vix parêret. vnà etiam propinquos Archelai, qui ſe ad accuſatores contulerant, inſimulabat. Sed tum quidem partibus Cæſar auditis, conuentum diremit. Paucis autem diebus pòſt, mediam regni partem ſub ethnarchiæ nomine dedit Archelao: etiam regem, ſi ſe dignum præbuiſſet, facturum eſſe pollicitus. Reliquã verò dimidiam in duas tetrarchias diuiſit, duobúſq; aliis Herodis filiis attribuit: vnam Philippo, alteram Antipæ, qui cum Archelao de regno certauerat. Huius parti ceſſerat trans flumen regio, & Galilæa: quarum ducenta talenta reditus erant. Batanea verò & Trachon, & Auranitis, & quædam partes domus Zenonis, circa Iamniam,

A συμβεῖσαθαι μὲ ἀρχελάῳ δι᾽ μῖσος ⸂καὶ φθόνον οὐχ
ὑπομένοντες, ὀφθῆναι ἢ μὴ τ̃ κατηγόρων ὑπὸ καίσαρος
αἰδούμενοι. ὅθεν τότοις παρῆν κ̀ φίλιππος ὁ ἀδελφὸς
ἀρχελάε, εὐσεβεμφθεὶς κατ᾽ ἔνοιαν ὑπὸ οὐάρε, δυοῖν
ἕνεκα, ἀρχελάῳ τε συναγωνίσαθαι, κἂν δι᾽ ἀνέμπη τ̃ πρώ-
δε καίσαρ οἶκον πᾶσι τοῖς ἐκγόνοις κλῆρε τινὸς ἀξιω-
θεῖναι. ὅπερ ἁπὰν ἢ λέγειν τοῖς κατηγόρεις τὰς πρώδου
ἀδικομίας πρῶτον διεξῆεσαν, ⸂ὡ βασιλέα λέγοντες,
ἀλλα τ̃ πώποτε τυραννησάντων ὠμότατον ἐνίκων ἂν
τύραννον. πλείους γὰρ αὐτὸν μιφθίους ὑπ᾽ αὐτε τοιαῦτα
πεπονθέναι τοὺς καταλελοιθότας, ὥς ⸂μαχαίρᾳ τὰς
ὁπολωλότας. βεβασανικέναι γὰρ ⸂ μόνον τὰ σώματα τ̃
ὑποτελῶν, ἀλλὰ κ̀ τὰς πόλεις. τὰς μὲ γὰρ ἰδίας
λελωβῆθαι, τὰς ἢ τ̃ ἀλλοφύλων κεκοσμικέναι, ⸂ τὸ δ᾽
ἰουδαίας αἷμα κεχαρίθαι τοῖς ἔξωθεν ἐθνεσι. αἰτία ἢ τῆς
παλαιᾶς δυσαιμονίας, κ̀ τῆ παρίων νόμων, πενίας τὸ
ἔθνος κ̀ ἀδικομίας ἐχάτης πεπληρωκέναι. καθόλε τε
πλείους ὑπομεμφικέναι τὰς ἐξ ἡρώδε συμφορὰς ἐν
ὀλίγοις ἔτεσιν ἰουδαίους, ὧν ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ μ̀ τ̃
ἐκ βαβυλῶνος αἰχμαλωσίαν ⸂παθον οἱ πρόγονοι, ξέρξε
βασιλεύοντος ⸂παρασραφέντες. εἰς τοῦτο μέντοι ταπει-
νότητος, ⸂ τ̃ δυσυχεῖν ἔθνες προελθεῖν, ὥς ⸂ ὑπομένειν τ̀
πικρᾶς δουλείας κ̀ ἀκαθοχὴν αὐθάρετον. ἀρχέλαον γὰρ
τ̃ τηλικότε τυράννε παῖδα, μ̀ τ̃ τῷ παρὸς τελευτὴν,
βασιλέα τε προσερεῖν ἑτοίμως, κ̀ συμπενθῆσαι τὸν
ἡρώδε θάνατον αὐτῷ, κ̀ σωφρόνως προὶ τ̀ ἀκαθοχῆς.
τ̃ ὥσπερ ἀγωνιάσαντα, μὴ νόθος υἱὸς δόξειεν ἡρώδε,
προοιμιάσαθαι τ̃ βασιλείαν χιλίων πολιτῶν φόνῳ.
κ̀ τοσαῦτα μὲ παρεσκέναι θύματα προὶ τ̀ ἀρχῆς τῷ
θεῷ. τοσούτοις ἢ ἐμπεπλικέναι τεκεῖς τὸ ἱερὸν ἐν ἑορ-
τῇ. τὰς μιφθέντας ⸂ ἐν τῷ τοσότον κακῶν,
εἰκότως ἐπεσράφθαι ἤδη ποτὲ προὶς τὰς συμφορὰς, ⸂
πολέμε νόμῳ ἐθέλειν τὰς πληγὰς κ̀ προσώπε δέχε-
θαι. δεῖθαι ἢ ῥωμαίων, ἐλεῆσαί τε τὰ ⸂ ἰουδαίας λείψα-
να, κ̀ μὴ τὸ προὶὸν αὐτ̃ ἀπορρίψαι τοῖς ὠμῶς προσ-
ουσι. συνάψαντας ἢ τῇ συείᾳ τ̃ χώραν αὐτῆ, διοικῆν
ὑπὸ ἰδίοις ἡγεμόσιν. ὅπερ δείξεσθαι γὰρ ὡς οἱ νῦν ⸂ασιώδες
ὁλοβαλλόμενοι κ̀ πολεμικοὶ, φέρειν οἴδασι μᾶλλον ἡ-
γεμόνας. ἰουδαῖοι μὲ οὖν ⸂ ἐν τ̀ κατηγορείας, κατέλιξαν
εἰς τ̃ τοιαύτην ἀξίωσιν. αἰτιᾶται ἢ νικόλαος, ⸂ πεδίοις
μὲν τὰς εἰς τοὺς βασιλεῖς αἰτίας. κατηγόρει ἢ τ̃ ἔθνους
τότε δύσαρκτον κ̀ δυσπειθῆ φύσει προὶς τοὺς βασι-
λέας. σωφρόνειν ἢ ⸂ τοὺς ἀρχελάε συγγνώμεις, ὅσου
προὶς τοὺς κατηγόρεις ἀφεις ἥκειεν.

Κεφάλαιον ϑ.

Τότε μὲν ⸂ ἐν καίσαρ ἀκούσας ἑκατέρων, διέλυσε
τὸ συνέδριον. μ̀ ἢ ὀλίγας ἡμέρας, τὸ μὲν ἥμισυ
μέρεσ τῆς βασιλείας, ἀρχελάῳ διέδωσιν ἐθναρχίαν
προσερεῖπων, ὑποκόμενός τε κ̀ βασιλέα ποιήσειν, ⸂ τ̀
ἄξιον, ἑαυτὸν ⸂ δείξαντα. τὸ ἢ λοιπὸν ἥμισυ διελὼν εἰς
δύο τετραρχίας, δυσὶν ἑτέροις παισὶν ἡρώδε διέδω-
κεν μὲν φιλίππῳ, τινὶ ἢ ἀντίπατρε τῶν προὶς ἀρχέλαον
ἀλφισβητούντων προὶ τ̀ βασιλείας. ἐκυρώθη ἢ ὑπὸ τού-
τῳ μὲν, ἥτε τραχὼν, κ̀ γαλλαία, προόδος δέκα σίων ταλάντων. βαταναία τε ⸂ τεάχων, αὐρανίτις
τε, κ̀ μέρη τινὰ τῶν ζηνώνος οἴκου τὰ προὶ ἰάμνιαν,

προ-

προσόδου ἔχοντα ταλάντων ἑκατόν, ὑπὸ φιλίππῳ τε- A
ταγμένα. ὁ δ' ἀρχελάου δ' ἐθναρχίας, ἰδουμαία τε καὶ ἰουδαία
πᾶσα, καὶ σαμάρεια λοιπόν, κεκωφισμένη τετάρτῳ μέρει τῶν
φόρων εἰς τιμὴν τοῦ μὴ μετὰ τῶν ἄλλων ἔθνος εἶναι. πόλεις
δὲ ὑπηκόους παρέλαβε, στράτωνός τε πύργον, καὶ σεβα-
στὴν, καὶ ἵππον, καὶ ἱεροσόλυμα. τὰς γὰρ ἐλληνίδας γάζαν
καὶ γάδαρα, καὶ ἵππον ἀποτεμνόμενος τῆς βασιλείας,
προσέθηκε συρίᾳ. προσόδου δὲ λοιπὸν τῷ ἀρχελάῳ δοθεί- B
σης χώρας, τριακοσίων ταλάντων. σαλώμη δὲ πρὸς οἷς
ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ διαθήκῃ κατέλιπεν, ἰαμνίας τε καὶ
ἀζώτου, καὶ φασαηλίδος, ἀποδείκνυται διαθέσις, χα-
ρίζεται δὲ αὐτῇ καῖσαρ, καὶ τὰ ἐν ἀσκάλωνι βασίλεια.
συνῆλθε δὲ ἐκ πάντων, ἐξήκοντα προσόδου τάλαντα. τῆς
δὲ οἴκου αὐτῆς, ὑπὸ τὴν ἀρχελάου τοπαρχίαν ἔταξε. τῶν δὲ
ἄλλης ἡρῴδου γῆς, ἕκαστος τὸ καταλειφθὲν ἐν τῇ διαθή- C
κῃ κομίζετο. δυσὶ δὲ αὐτοῦ θυγατράσι παρθένοις,
καῖσαρ ἔξωθεν χαρίζεται πεντήκοντα μυριάδας ἀργυ-
ρίου, καὶ συνῴκισεν αὐτὰς τοῖς φερώρα παισί. μέρος δὲ τῆς οἰ-
κου, ἐπιδιένειμεν αὐτοῖς τῆς αὐτοῦ καταλιφθείσαν ὑφ' ἡ-
ρῴδου δωρεὰν ὅσα χιλίων ταλάντων, δύο τινὰ τῶν
λειμμάτων εἰς τὴν τοῦ κατοιχομένου τιμὴν ἐξελόμενος.

Philippo destinatæ sunt: quæ talentorum centum reditus ministrabant. Archelai verò ethnarchia Idumæam, omnémque Iudæam, & Samariam habebat quarta tributorum parte leuatam, pro munere quia non rebellasset cum cæteris. Ac ciuitates quibus imperaret ei traditæ sunt, Stratonis pyrgus, & Sebaste, & Ioppe, & Hierosolyma. Cæteras autem, Gazam & Gadaram & Hippon, regno auulsas, Syriæ Cæsar adiecit: Erant autem reditus Archelai, quadringenta talenta. Quin & Salomen præter illa, quæ testamento regis ei relicta erant, Iamniæ dominam, & Azoti, & Phasaelis idem Cæsar constituit: regiámque apud Ascalonem largitus est: ex quibus omnibus talentorum sexaginta reditus colligebantur. Domum verò eius ethnarchiæ subdidit Archelai. Quum autem cæteris quoque Herodis propinquis testamento relicta soluisset, duas eius filias virgines extrinsecus quingentis millibus pecuniæ donauit: eásque nuptum Pheroræ filiis collocauit. Diuiso autem Herodis patrimonio, etiam sibi relictas ab eo facultates ad mille talenta eis distribuit: exceptis suo nomine quibusdam rebus vilissimis propter honorem defunctis.

Κεφάλαιον ι.

Caput X. De subditicio, talsóque Alexandro, eóque deprehenso. Ant. lib. 17. cap. 18.

Κατὰ τοῦτο νεανίας τις ἰουδαῖος μὲν τὸ γένος, ἔσφεις
δὲ ἐν σιδῶνι ὑπό τινι τῶν ῥωμαϊκῶν ἀπελευ-
θέρων, διὰ ὁμοιότητα μορφῆς ψευδόμενος ἑαυτὸν ἀλέ- D
ξανδρον τὸν ἀμαρτόντα ὑφ' ἡρῴδου, κατ' ἐλπίδα τῆς λή-
ψεως, ἦκεν εἰς ῥώμην. συνεργὸς δ' ἦν τις ὁμόφυλος αὐτῷ
πάντα τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν ὅπως ἄμωμος, ὑφ' ᾧ διδα-
χθεὶς ἔλεγεν, ὡς οἱ πεμφθέντες ὑπὸ τοῦ αἱρέσιν αὐτῷ τε
καὶ ἀριστοβούλῳ, διὰ οἶκτον σκληρότητος αὐτοὺς ὁμοίων
ὑποβολῇ σωμάτων. τούτοις γοῦν τοὺς ἐν κρήτῃ ἰουδαίους
ἐξαπατήσας, καὶ λαμπρῶς ἐφοδιασθεὶς, διέπλευσεν εἰς
μῆλον, ἔνθα συναγείρας πολλῷ πλέον δι' ὑποβολὴν
ἀξιοπιστίας, ἀνέπεισε καὶ τοὺς ἰδιοξένους εἰς ῥώμην αὐ- E
τῷ συνεκπλεῦσαι. καταχθεὶς δὲ εἰς δικαιαρχίαν, δῶ-
ρά τε παμπληθῆ παρὰ τῶν ἐκεῖ ἰουδαίων λαμβάνει, καὶ
καθάπερ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν πατρώων φερομένων
φίλων. προσελήλυθει δὲ εἰς τοσοῦτον πίστεως τὸ τῆς μορ-
φῆς ὅμοιον, ὥστε τοὺς ἐωθεότας ἀλέξανδρον, καὶ σαφῶς
ὑπισαμένους, διόμνυσθαι τοῦτον εἶναι. τότε μὲν ἰουδαϊκὸν ἐν
ῥώμῃ πᾶν ἐξεχύθη πρὸς τὴν θέαν αὐτοῦ, καὶ πλῆθος ἄ- F
πλετον εἰς τοὺς στενωποὺς, δι' ὧν κομίζοιτο. καὶ δὴ
προῆλθον εἰς τοσοῦτον φρενοβλαβείας οἱ μῆλοι, ὥστε
φορείῳ τε αὐτὸν κομίζειν, καὶ θεραπείαν βασιλικὴν ἰ-
δίοις δαπανᾶν ἀναλώμασι. καῖσαρ δὲ γνώσκων ἀκρι-
βῶς τοὺς ἀλεξάνδρου χαρακτῆρας, κατηγόρητο δὲ ὑφ'
ἡρῴδου παρ' αὐτοῦ, σωτῆρα μὲν καὶ φρὶν ἰδεῖν τὸν ἄνθρω-
πον τῆς ὁμοιότητος ἀπατᾶν. διδοὺς δέ τι καὶ πίστεως τῇ
ἱλαρωτέρᾳ ἐλπίσι, κέλαδόν τινα πέμπει τῶν σαφῶς G
ὑπισαμένων ἀλέξανδρον, κελεύσας ἀγαγεῖν αὐτῷ τὸν
νεανίσκον. ὁ δὲ ὡς εἶδεν, ἐτεκμήρατο μὲν τὸ σχῆμα καὶ τὰς
διαφορὰς τοῦ προσώπου. τὸ δὲ ὅλον σῶμα σκληρότε-
ρόν τε καὶ δυσφανὲς καταμαθὼν, ἐνόησε πᾶν τὸ σύν-
ταγμα. πάνυ δὲ αὐτὸν παρώξυνεν ἡ τόλμα τῶν ὑπ' αὐτοῦ
λεγομένων. τοῖς γὰρ πιθανομένοις ἦν ἀριστοβούλου,
σώζεσθαι μὲν κἀκεῖνον ἔλεγεν, διαλελεῖφθαι δὲ ὑπ-

INterea quidam iuuenis natione Iudæus, apud quendam libertinum Romanorum in Sidoniorum oppido educatus, illum se formæ similitudine quem Herodes necauerat, Alexandrum esse mentitus, fallendi spe Romam venit. Huius autem facinoris habebat socium quendam gentilem suum, omnes regni actus optimè scientem: à quo instructus affirmabat eorum se misericordia, qui sui atque Aristobuli occidendi causa missi fuerant, similibus corporibus subditis morti esse subreptos. Denique his multos iam Iudæos fefellerat, in Creta degentes: ac liberaliter illic acceptus, Melúmque inde transmissus, ibíque ampliore quæstu cumulatus, etiam hospites suos magna verisimilitudine Romam secum nauigare pellexerat. postremò delatus Dicæarchiam, multíque muneribus ab Iudæis eius loci donatus, quasi rex à paternis amicis deducebatur. Ad hoc enim fidei processerat formæ similitudo, vt qui Alexandrum illum viderant, planéque nouerant, hunc eum esse iurarent. Igitur omnes etiam Romæ Iudæi, visendi eius studio circumfusi properabant: & infinita multitudo per vicorũ angustias, quocunque ferebatur, conueniebant. Tanta namque dementia multos ceperat, vt illum sella portarent, ac regale obsequium propriis' ei sumptibus exhiberent. Sed Cæsar Alexandri vultum optimè sciens (accusatus enim apud eum fuerat ab Herode) etsi prius quàm videret hominem, fallaciam similitudinis aduerterat, hilariori tamen animi spei nonnihil indulgendum putauit, & Celadum quendam, qui Alexandrum bene cognosceret, misit, vt ad se adolescentem deduceret. Qui illo conspecto, statim personæ differentiam coniectura deprehendit. Maximè verò, vbi corporis eius duritiam, & seruilem formam considerauit, intellexit omne commentum. Valde autem commotus est dictorum eius audacia: de Aristobulo enim per contantibus, saluum quidem illum esse commemorabat: consulto verò

non adesse, quia apud Cyprum degeret ca A
uendo insidias : minus enim se circumueniri
posse disiunctos. Itaque ab aliis ei separato vi-
tam dixit à Cæsare præmium fore, si tantæ
fraudis prodidisset autorem. Id autem se factu-
rum ille pollicitus, ad Cæsarem sequitur : &
Iudæum indicat : qui formæ suæ similitudine
abusus esset ad quæstum. Tanta enim dona
ex ciuitatibus eum singulis abstulisse docuit, B
quanta vnus Alexander non accepisset. Risit his
Cæsar: & falsum quidem Alexandrum, propter
habitudinem corporis, remigum numero in-
seruit, suasorem verò eius interficiendum cen-
suit. Meliis autem sumptuum detrimentum pro amentiæ
precio satis esse iudicauit.

Cap. XI. De Archelai exilio. Ant. lib. 17. cap. 19.

ETHnarchia verò suscepta, memor discor-
diæ superioris Archelaus, non solùm Iu-
dæis, sed etiam Samaritensibus crudeliter abu-
sus est. Nonóque principatus sui anno legatis
contra se ab vtrisque ad Cæsarem missis, ipse
quidem in exilium pellitur Viennam Galliæ C
ciuitatem : patrimonium verò eius fisco Cæ-
saris adiudicatur : quem quidem prius quàm
euocaretur ad Cæsarem, huiusce modi som-
nium vidisse commemorant : Nouem spicas
plenas & maximas à bobus comedi somnia-
uerat : accitos deinde vates, Chaldæorúmque
nonnullos, quidnam illo putarent indicari
somnio, consuluerat. Aliis autem aliter inter-
pretantibus, Simon quidam Essenus genere,
dixerat spicas annos arbitrari, bouésque re- D
rum mutationes : eo quòd agros arando verte-
rent ac mutarent. Ideóque regnaturum quidem
illum esse tot annos, quot significasset nu-
merus aristarum : varias autem rerum muta-
tiones expertum, esse moriturum. Hísque au-
ditis, Archelaus quinque diebus pòst ad cau-
sam dicendam est euocatus. Dignum autem
memoria duxi, etiam coniugis eius Glaphy-
ræ somnium, Archelai filiæ Cappadocum re-
gis referre : quam cùm Alexander prius ha-
buisset vxorem, frater huius de quo loquimur, E
Herodis filius regis, à quo ille interfectus
est, sicut iam designauimus, post illius mor-
tem Iubæ regi Libyæ nuptam, eóque de-
functo domum reuersam, domíque apud patrem
in viduitate degentem, Ethnarches Archelaus
vbi conspexit ad hoc amoris accensus est, vt
eam statim repudiata coniuge sua Mariamne,
sibi copularet. Hæc igitur breui tempore post-
quam in Iudæam redijt, videre visa est super- F
stantem sibi Alexandrum dicere : Satis fuerat ti-
bi Libycum matrimonium : sed tu illo non
contenta, rursus ad meos penates reuertetis a-
nimosissima viri tertij, & quod grauius est, mei
fratris iuncta matrimonio. Equidem non dis-
simulabo contumeliam, téque licèt inuitam
recuperabo. Atque hoc exposito somnio, vix
biduum superuixit.

Cap. XII. De Simone Galilæo, de tribus sectis apud Iudæos. Ant. lib. 18. cap. 1. & 2.

IGitur Archelai finibus in prouinciam reda-
ctis, procurator Coponius quidam eques G
Romanus missus est, ea sibi à Cæsare potesta-
te mandata. Hoc disceptante, Galilæus qui-
dam, Simon nomine, defectionis arguebatur : quia indigenas increparet, si tribu-
tum Romanis pendere paterentur, dominósque post Deum ferre mortales. Erat autem pro-
prium sectæ sophistæ, nulla in re similis alus. Et-
enim tria sunt apud Iudæos genera philosophiæ. Horum vnum Pharisæi profitentur, alterum Sad-

δουκαῖοι.

πηδῆς ἐν κύκλῳ τὰς ὑπηκόους φυλακὴν ὁμόσαι. ἦν δὲ ὑπὸ χεῖρα ἀεὶ διεζευγμένους. ὑπολαβόμενος ὁ αὐτὸς κατ' ἰδίαν, μισθὸν ἔφη ὧδε καίσαρος ἔχειν τὸ ζῆν, εἰ μηνύσαι τὸν αἰσχροκερδῆ τε πλάσαντα τηλικαῦτα. καὶ πεῖσαι αὐτὸν ἐπιλῦσαι εἰπὼν, ἔπειθ' ὡς καίσαρα, καὶ τὸν Ἰουδαῖον ἐπιδείκνυ), καταχρησάμενον αὐτῷ τῇ ὁμοιότητι πρὸς ἐργασίαν. τοσαῦτα γὰρ εἰληφέναι δῶρα καθ' ἑκάστην πόλιν, ὅσα ζῶν ἀλέξανδρος οὐκ ἔλαβε. γελάσας ὁ καίσαρ ὅτι τούτοις, τὸν μὲν ψευδαλέξανδρον δι' ὀλιγίαν σώματος ἐγκατέταξε τοῖς ἐρέταις, τὸν αἰσχροκερδῆ δέ, ἐπειδὴ συνῆν αἰσχρολογίᾳ. μηλίοις δ', ἡρκεσεν ὀκτὼ μνᾶς αὐτοῖς τὰ ἀναλώματα. Κεφ. ια.

ΠΑρελαβὼν δὲ τὴν ἐθναρχίαν ἀρχέλαος, καὶ κατ' οὐδὲν τῶν πάλαι διαφορῶν, οὐ μόνον Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ συμῤῥύσει χρησάμενος ὠμῶς, πρεσβευσαμένων ἑκατέρων κατ' αὐτοῦ πρὸς καίσαρα, ἔτους δὲ ἀρχῆς ἐνάτου φυγαδεύεται εἰς βιέννην πόλιν τῆς γαλατίας αὐτὸς, καὶ οὐσία δ' αὐτοῦ τοῖς καίσαρος θησαυροῖς ἐκατάκλυσις). πρὶν κληθῆναι δ' αὐτὸν ὑπὸ τοῦ καίσαρος, ὄναρ ἰδεῖν φασὶ τοιόνδε. ἔδοξεν ὁρᾶν σάκχις σίτια, πλήρεις καὶ μεγάλους, ὑπὸ βοῶν καταβιβρωσκομένους. μεταπεμψάμενος δὲ τοὺς μάντεις, καὶ τοὺς χαλδαίων τινὰς, ἐπεπύθετο τί σημαίνειν δοκοίεν, ἄλλων δ' ἄλλως ἐξηγουμένων, σήμαινε τοῖς ἑαυτοῦ τὸν χρόνον ἔφη. τοὺς μὲν σάκχις, ἐνιαυτοὺς νομίζειν, τοὺς δὲ βοῦς, μεταβολὰς σχημάτων, διὰ τὸ τὴν χώραν ἀναστρεφομένους ἀλλάσσειν. ὥστε βασιλεύειν μὲν αὐτὸν τοσούτων ἀριθμὸν, ὁπόσοις δ' σχημάτων μεταβολαῖς χρώμενον τελευτήσειν. ταῦτα ἀκούσας ἀρχέλαος, μετὰ πέντε ἡμέρας, ἐκλήθη. ἀξιον δὲ μνήμης ἡγησάμην καὶ τὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ γλαφύρας ὄναρ, ἣν πρὸ μὲν τοῦ θυγατὴρ μὲν ἀρχελάου τοῦ καππαδοκῶν βασιλέως, γυνὴ δ' ἀλεξάνδρου γενομένη τοῦ πρώτου, ὃς ἦν ἀδελφὸς ἀρχελάου, ἔπειτ' ἐκ διεζευγμένου, ὑὸς δ' ἡρῴδου τοῦ βασιλέως. ὑφ' ἧς καὶ ἀνῃρέθη, καθάπερ προδεδηλώκαμεν. μετὰ δὲ τὸν ἐκείνου θάνατον, συνῴκησεν ἰόβᾳ τῷ βασιλέως λιβύης, ἐκ τελευτήσαντος ἐπανελθοῦσαν αὐτὴν καὶ χηρεύσασαν ὧδε πως παρὰ θεασάμενος ὁ ἐθναρχης ἀρχέλαος, ὅτι τοσοῦτον ἔρωτος ἦλθεν, ὥστε ὠδαχρήμα τὴν συνοικοῦσαν αὐτῷ μυριάμμην ἀποπεμψάμενος ἐκείνῃ ἀγάγετο. ὠδηγημένη δ' εἰς ἰουδαίαν, μετ' ὀλίγον τὴν ἀφίξεως χρόνον, ἐδόξεν ὅπως αὐτὰ τὰ ἀλέξανδρον αὐτῇ λέγειν. ἀπέχει μὲν ὁ κατὰ λιβύην σοι γάμος, σὺ δὲ καὶ ἀρχελαΐδα τούτῳ, πάλιν ὅτι τὸν ἐμὸν ἐξίας αἰσχύμης ἕνεκα ἄνδρα, καὶ ταῦτα τὸν ἀδελφὸν ὦ δύμηρα τὸν ἐμὸν πρεσβύτερον. πολλὰ δὲ προσδιόμενα τοῦ ὕδατος, ἀπολήψομαί σε καὶ μὴ θέλουσαν. τοῦτο δὲ σημήνασθαι τὸ ὄναρ, δύο μόνας ἡμέρας ἐβίω. τὸν δὲ ἀρχελάου χώρας εἰς ἐπαρχίαν ἀποτεταφίσης ὑπὸ τοῦ τῆς ἱππικῆς ὧδε ῥωμαίοις τάξεως πρωτοστάτου πέμπει), μέχρι τοῦ κτίσαι λαβὼν παρὰ τοῦ καίσαρος ἐξουσίαν. Κεφ. ιβ.

ΕΠὶ τούτου τὸν ἀνὴρ γαλιλαῖος ἰούδας ὄνομα εἰς ἀπόστασιν ἐνῆγε τοὺς ὑπηκόους, κακίζων, εἰ φόρους τε ῥωμαίοις τελεῖν ὑπομένουσι, καὶ μετὰ θεὸν οἷόσπερ θνητοὺς δεσπότας. ἰοῦδ' ἦν σοφιστὴς ἰδίας αἱρέσεως, οὐδὲν τοῖς ἄλλοις ὁμοτροπίας. ἔστι γὰρ ὧδε παρ' ἰουδαίοις εἴδη φιλοσοφεῖται, καὶ τοῦ μὲν, αἱρετισταὶ φαρισαῖοι, τοῦ δὲ σαδ-

ἀνηρῶν. ζῆλον ἢ ὃ δὴ καὶ δοκεῖ σεμνότατα ἀσκεῖν, ἐστὶ- A
τοῦ κακῶν), ἰσοθέοι μὲ γὰρ ὄντες, φιλάλληλοι ἢ καὶ πρὸ
ἄλλων πλέον. ἔτοι τὰς μὲν ἡδονὰς ὡς κακίαν διαφέ-
ρονται, τὴν ἢ ἐγκράτειαν, καὶ τὸ μὴ τοῖς πάθεσιν ὑπο-
πίπτειν, ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσι. καὶ γάμους μὲ ὑποφίαι παρ'
αὐτοῖς, τοὺς δὲ ἀλλοτρίους παῖδας ἐκλαμβάνοντες ἀ-
παλοὺς ἔτι πρὸς τὰ μαθήματα, εὐπλοεῖς ἡγοῦν), καὶ τοῖς
ἤθεσι τοῖς ἑαυτῶν οἰκειοῦσι. τὴν μὲν γάμου, καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς
ἀναβλάστησιν, ἵνα ἀπομένωσι. τοῖς ἢ γυναικῶν ἀσελγείας B
φυλακτόμενοι, καὶ μηδεμίαν πρὸς πίστιν μένοι τὴν πρὸς
ἕνα πίστιν, καταφρονεῖται ἢ πάντα, καὶ θεσμόν παρ'
αὐτοῖς τὸ κοινωνητικόν, ὃ δὲ ἔστι δίκην τινὰ παρ'
αὐτοῖς ὑπέχοντα. νόμος γὰρ τοῖς εἰς τὴν αἵρεσιν εἰσιοῦσι
δημόσιον τὰ τάγματα τὰ ἑαυτῶν, ὥστε εἰ ἄπασι μήτε
πενίας ἀναισθησία φαίνεσθαι, μήτε ὑπερβολὴ πλούτου.
τὴν ἢ ἰδίαν κτημάτων ἀπαμερισμένων, μίαν ὥσπερ
ἀδελφοῖς ἅπασι οὐσίαν εἶ). κηλίδα ἢ ὑπολαμβάνου- C
σι τὸ ἔλαιον, κἂν ἀλιφῇ τις ἄκων, σπήχεται τὸ σῶμα·
τὸ γὰρ αὐχμεῖν, εὖ καλὸν πέφυκεν, ἀλυχειμονεῖν τε
ἀγαπῶντες. χειροτονητοὶ ἢ οἱ τῶν κοινῶν ὀπτιμάται, καὶ
ἀδιαίρετοι πρὸς ἅπαντα εἰς τὰς χρείας ἕκαστοι.
μία ἢ οὐκ ἔστιν αὐτῶν πόλις, ἀλλ' οἰκίᾳ μετοικοῦσι
πολλοί, καὶ τοῖς ἐπέρωθεν ἥκουσιν ἁπλοῦς, ἀναπέπτα-
ται τὰ παρ' αὐτοῖς ὁμοίως ὥσπερ ἴδια, καὶ πρὸς οὓς οὐ
πρότερον εἶδον, εἰσίασιν ὡς συνήθεις ἤδη. διὸ καὶ πο- D
οῦνται τὰς ὁδοιπορίας, ἀδὲν μὲν ὅλως ὀπτομιζόμε-
νοι. σκεῦος ἢ τοῦ λῃστοῦ ἔνοπλον. κτήματον ἢ ἐν ἑκάστῃ πό-
λει τῶν τάγματος ἐξαίρετος, τὴν ξένων ὑποδέχονται.
ἐσθῆτα ἢ καὶ ὑπόδημα. καταπολὺ ἢ καὶ ἀπ-
μὰ σώματος, ὁμοίων τοῖς μὴ φόβῳ παιδαγωγουμένοις
παισίν. ἔστι ἢ ἰδίωτας, ἔστι ὑποδήματα ἀμείβουσι, πρὶν
ἢ διαφθαρῆναι τὸ πρότερον παντάπασιν, ἢ διαπεσθῆ-
ναι τῇ χρόᾳ. οὐδὲν οὖν ἀλλήλοις ἔστιν ἀγοράζουσιν,
ἔστι πωλοῦσιν, ἀλλὰ τῇ χρείᾳ ἕκαστος τὰ E
παρ' ἑτέρου, τὸ παρ' ἐκείνου χρήσιμον εἰσπομίζεται,
κἀκεῖθεν ἢ τῆς εἰσόδου, ἀμοιβαίως ἢ μεταλή-
ψεις αὐτοῖς παρ' ὧν αὐ ἐθελήσουσι. πρός γε μὴν τὸ
θεῖον ἰδίως εὐσεβεῖς. πρὶν ἢλιον ἀνασχεῖν τὸν ἄλιον, οὐ-
δὲν φθέγγονται πρὸ βεβήλων. πατρίους δὲ τινας εἰς
αὐτὸν ὕμνους ἄσασιν ἱκετεύοντες ἀνατεῖλαι. μὴ τι-
νας πρὸς αὐτοῖς ἕκαστοι τέχνας ἔχουσιν, ἐπὶ τὸ θερμανθῆ-
ναι σπεύδοντες, κἀ μέχρι πόρρω ὥρας ἀγαλλόμενοι F
σωτείνοις, ἔπειτα πάλιν εἰς ἓν ἀθροίζονται χω-
ρίον. ζωσταὶ μέν τε σκεπάσμασι λινοῖς, ὅπως ἀπολούσωνται τὸ σῶμα ψυχροῖς ὕδασι. καὶ μετὰ ταῦτα
πάντες οἰκήσεως, εἰς ἴδιον οἴκημα συνίασιν, ἵνα μηδεὶς
ἄλλου εἰσόδων ἔστιν ἑστίας ἀφειδεῖν. αὐτοὶ τε
καθαροὶ καθάπερ εἰς ἅγιόν τι τέμενος, εἰσφοιτῶσι
τὸ δειπνητήριον, κἀ καθίσαντων μιᾷ τάξει, ὁ
μὲν σιτοποιὸς, ἐπὶ τάξει ἑκάστῳ ἄρτους. ὁ ἢ G
μάγειρος ἓν ἀγγεῖον ἑκάστου ἑνὸς ἑκάστῳ πα-
ρατίθησι. πρόσκεινται ἢ ὁ ἱερεὺς τῆς εὐχῆς,
κἀ γεύσασθαί τινα πρὶν ἢ δύχης εὐθύνεται. ἐπισπόνδει
σιτίων ἐπ' ὀλίγον πάλιν, ἀρχόμενός τε, κἀ παυό-
μενος, μεμνήσεσθαι τὸν θεὸν, εἰς χαριστὴν ἢ ἑστίᾳ.

ducæi. tertiùm verò quod etiam probabilius habetur, Eſſeni colunt, gente quidem Iudæi, verùm inter ſe mutuo amore coniunctiſſimi: & qui præter cæteros voluptates quidem quaſi maleficia vitarent: continentiam verò ſeruare, neque cupiditati ſuccumbere, virtutem maximam ducerent. Itaque nuptias quidem faſtidiunt, alienos verò filios, dum adhuc molles ſunt, eruditioni traditos pro cognatis habentes, ſuis moribus diligenter inſtituunt: non quia coniugia vel humani generis ſucceſſionem cenſeant perimendam: ſed quia cauendam putent intemperantiam fœminarum, nullam earum vni viro fidem ſeruare credentes. Quin & diuitiarum contemptores ſunt, rerumque apud eos communicatio admirationi habetur, neque inuenias alteri alterum opulentia præſtare: legémque ſibi dixerunt, vt qui diſciplinam ſuam ſectari vellent, bona contubernio publicarent. Ita enim fore, ne vel paupertatis humilitas, vel diuitiarum dignitas appareret: ſed permixtis facultatibus, velut inter fratres, vnum eſſet omnium patrimonium. Probro autem ducunt oleum, & ſi quis vel inuitus vnctus fuerit, munditiis corpus abſtergent: quoniam ſqualorem decorem putant, dummodo ſemper in veſte ſint candida. Deſignatos autem communium rerum procuratores habent, & ad vſus omnium ſingulos indiuiſos. Non eſt autem illis vna ciuitas certa, ſed in ſingulas multi domicilia transferunt, & aliunde aduenientibus ſectæ ſuæ profeſſoribus, quicquid habeant promptum exhibent quaſi proprium. Denique tanquam conſuetiſſimi ad eos ingrediuntur, quos nunquam antè viderunt. Hinc eſt quòd cum peregrinantur, propter latrocinia tantum armantur, neque præterea quicquam ferant. In ſingulis autem ciuitatibus, ex eodem collegio ſpecialis curator hoſpitum conſtituitur: qui eorum veſtimenta cæteráque vſui neceſſaria tueatur. Amictus autem cultúſque corporis omnibus pueris, in metu & ſub cura magiſtri agentibus par eſt. Nec verò veſtitum ſiue calceos mutant, niſi aut omnino cõſciſſis prioribus, aut longi temporis vſu conſumptis. Nihil autẽ inter ſe mercantur aut vendunt: ſed egenti quiſque quod habet præbens, refert ab eo quod ipſe non habet: quamuis etiam ſine permutatione cunctis libera ſit facultas, à quibus libuerit accipiendi quod opus ſit. Præcipuè circa Deum religioſi ſunt. Namque ante ſolis ortum nihil profani loquuntur, ſed ei patria quædam voto celebrant, quaſi vt oriatur precantes. Deinde ad quas venerunt ſinguli artes, à curatoribus diſmittuntur. Cumque ad horã quintam ſtudioſè fuerint operati, rurſus in vnũ congregantur: lineíſque præcincti velaminibus, ita corpus aquis frigidis abluunt. Atque hac luſtratione facta in eadem ſecreta coeunt, quò neminem alterius ſectæ hominem ſpirare conceſſum eſt, ipſíque purificati, velut in ſanctum quoddam templum in cœnaculum veniunt: quibus ibi cum ſilentio reſidentibus, piſtor quidem panes ordine vnum autem vaſculũ ex vno pulmento ſingulis cocus apponit. Deinde voce cibum ſacerdos anteuenit: neque guſtare quẽquam fas eſt, niſi priùs Deo celebretur oratio. Poſt finem quoque prandij vota reperunt. Nam & cùm incipiunt, & cùm deſinunt, quaſi datorem victus, Deum laudibus canunt.

Tunc veluti ſacris illis depoſitis veſtimentis, A in opere vſque ad veſperam verſantur. Similitérque inde reuerſi cœnant, conſedentibus etiam hoſpitibus, ſi quos fortè interueniſſe repererint. Neque verò clamor vnquam tectum illud, neque tumultus inquietat: cùm etiam loquendi ordine aliis alij cedant: eorúmque ſilentium, extra tectum conſtitutis arcanum quoddam videatur venerabile. Cuius quidem rei perpetua ſobrietas cauſa eſt, quódque apud eos edendi aut potandi modus ſaturitate definitur. Sed quamuis aliarum rerum nihil ſine præcepto faciunt curatoris, tamen in his duobus, hoc eſt iuuando & miſerendo ſui iuris ſunt. Nam & ſubuenire dignis, cùm opus eſt, ſuo arbitrio cuique licet, & indigentibus alimenta porrigere. Sanè cognatis dare aliquid ſine curatoribus, interdictum. Iidem iracundiæ moderatores iuſti ſunt, indignationē cohibent, fidem tuentur, paci obſecundant: & omne quod dixerint, iureiurando fortius habent. Ipſum autem iuſiurandum quaſi periurio deterius vitant. Iam enim mendacij condemnatum arbitrantur, cui ſine Deo non creditur. Summum autem ſtudium veterum ſcriptis adhibent: ea maximè inde, quæ animæ & corpori expediant eligentes. Hinc illis morbum remedia, ſtirpes medicæ, quáinque vim propriam ſinguli lapides habeant, rimantibus conquiruntur. Sectæ verò ſuæ ſtudioſis non ſtatim cum eis vna collectio. ſed per annum integrum extrinſecus cómoranti cuique eundem victus ordinem tribuunt: dolabellam quoque, & quod prædictum eſt perizoma, & albam veſtem tradentes. Cùm verò proceſſu temporis experimentum continentiæ dederit, accedit etiam ad communem cibum: & purioribus, ob caſtificationem ſcilicet, aquis participat: neque tamen in conuictū aſſumitur. Poſt oſtenſionem quippe continentiæ, duobus annis aliis mores eius probantur. E Cúmque dignus apparuerit, tunc demum in conſortium aſſumitur. Prius verò quàm incipiat communem habere cibum, magnis execrationibus adiurat ſe primùm quidem colere Deum, deinceps quoque erga homines ſeruare iuſtitiam, & neque propria ſponte nocere cuiquam, neque ex præcepto obeſſe: quin imò iniquos omnes odiſſe, & collaborare ſemper iuſtitiæ ſectatoribus, fidem omnibus ſeruare, maximè verò principibus. Neque enim abſque voluntate Dei, cuiquam poſſe principatus potentiam contingere. Si verò ipſe cæteris præſit, nūquam ſe abuſurum viribus poteſtatis ad contumeliam ſubiectorum, ſed neque veſte aut ambitioſo aliquo ornatu reliquis eminere, veritatem ſēper diligere, & habere propoſitum cōuincere mentientes. Manus verò à furto, & animam puram ſeruare ab iniuſtis compendiis: & neq; aliquid de myſteriis conſectaneos celare, neq; profanis eorum quippiam publicare, etiam ſi intētata quiſpiam morte compellat. Super hæc autem addunt, nihil ſe de dogmatibus aliud quàm ipſi ſuſceperint, tradere. Fugere autē latrocinia, & conſeruatum ire ſimul & dogmatis ſui libros & angelorum nomina. His quidem execrationibus explorant, & quaſi præmuniunt accedentes. Deprehenſos verò in peccatis à ſua congregatione depellunt: & qui taliter fuerit condemnatus, miſerabili plerunque morte conſumitur.

ἐπέστα ὡς ἱερὰς καταθέμενοι τὰς ἐσθῆτας, πάλιν ἐπ' ἔργα μέχρι δείλης ἔρπουσι. δειπνοῦσι δ' ὑποδεχθέντες ὁμοίως συγκαθεζομένων τῶν ξένων, οἱ τύχοιεν αὐτοῖς παρόντες. οὐδὲ κραυγή ποτε τὸν οἶκον, οὐδὲ θόρυβος μολύνει. τὰς δ' λαλιὰς ἐν τάξει ὧδ' ἀλλήλοις ἀλλήλοις, καὶ τοῖς ἔξωθεν, ὡς μυστήριόν τι φρικτὸν, ἡ τῆς ἐνδον σιωπὴ καταφαίνεται. τοῦτο δ' ἄπνοον, ἡ διαπαντὸς νῆψις, καὶ τὸ μεταδίδοσθαι παρ' αὐτοῖς ἐφοφὲν καὶ ποτοῦ, μέχρι κόρου. τῶν μὲν οὖν ἄλλων οὐκ ἔξιν ὅπη μὴ τῶν ὁπωμελητῶν τοῖς προσαιτοῦσιν ἐπαρκοῦσι. δύο δ' ταῦτα παρ' αὐτοῖς αὐτεξούσια, ἐλεημοσύνη καὶ ὀργή. βοηθεῖν τε τοῖς ἀξίοις ὁπόταν δέωνται, καὶ κατ' αὐτοὺς ἀφιέναι, καὶ φοβᾶσθαι ὑπερημμένους ἐφέλκειν. τὰς δ' εἰς τοὺς συγγενεῖς μεταδόσεις, οὐκ ἔξεστι πωλεῖσθαι δίχα τῶν ἐπιτρόπων. ὀργῆς ταμίαι δίκαιοι, θυμοῦ καθεκτικοὶ, πίστεως προστάται, εἰρήνης ὑπουργοί. καὶ πᾶν μὲν τὸ ῥηθὲν ὑπ' αὐτῶν ἰσχυρότερον ὅρκου. τὸ δ' ὀμνύειν αὐτοῖς φεύγεται, χεῖρόν τι τῆς ἐπιορκίας ὑπολαμβάνοντες. ἤδη γὰρ ἤδη κατεγνῶσθαι φασὶ τὸν ἀπιστούμενον, δίχα θεοῦ πιστεύεσθαι δ' ἐκτόπως ἀεὶ τὰ τῶν παλαιῶν συγγράμματα, μάλιστα τὰ πρὸς ὠφέλειαν ψυχῆς καὶ σώματος, ἐκλέγοντες. ἔνθεν αὐτοῖς πρὸς θεραπείαν παθῶν, ῥίζαι τε ἀλεξιτήριοι, καὶ λίθων ἰδιότητες ἐρευνῶνται. τοῖς δ' ζηλοῦσι τὴν αἵρεσιν αὐτῶν, οὐ δι' θύρας ἡ πάροδος, ἀλλ' ἐπ' ἐνιαυτὸν ἔξω μένοντι τὸν αὐτὸν ὑποτιθέντες δίαιταν, ἀξινάριόν τε, καὶ τὸ προειρημένον περίζωμα, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα δόντες. ἐπειδὰν δ' οὗτος τῆς ἐκτὸς πείρας ἐγκρατείας δῷ, προσιέναι μὲν ἐγγύον τῇ διαίτῃ, καθαρωτέρων τῶν πρὸς ἁγνείαν ὑδάτων μεταλαμβάνει. οὐ μεταλαμβάνεται δ' εἰς τὰς συμβιώσεις εὐθέως. μετὰ γὰρ τὴν τῆς καρτερείας δοκίμασιν, δυσὶν ἄλλοις ἔτεσι τὸ ἦθος δοκιμάζεται. καὶ φανεὶς ἄξιος, ἔτι εἰς τὸν ὅμιλον ἐγχείνεται. πρὶν δ' τῆς κοινῆς ἅψασθαι τροφῆς, ὅρκους αὐτοῖς ὁμνῦσι φρικώδεις, πρῶτον μὲν σεβήσειν τὸ θεῖον, ἔπειτα τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια φυλάξειν, καὶ μήτε κατὰ γνώμην βλάψειν τινὰ, μήτε ἐξ ὑπαγγέλου. μισήσειν δ' ἀεὶ τοὺς ἀδίκους, καὶ συναγωνιεῖσθαι τοῖς δικαίοις. τὸ πιστὸν ἀεὶ φυλάξειν πᾶσι, μάλιστα δ' τοῖς κρατοῦσιν. ἐὰν γὰρ δίχα θεοῦ τευχθῆναί τινι τὸ κράτος. κἂν αὐτὸς ἄρχῃ, μηδὲ ποτὲ τι ἐξυβρίζειν εἰς τὴν ἐξουσίαν, μηδὲ ἐνδῦσαι, ἢ τι πλέονι κόσμῳ τοὺς ὑποτεταγμένους ὑπερλαμφύνεσθαι. τὴν ἀλήθειαν ἀγαπᾶν ἀεὶ, καὶ τοὺς ψευδομένους ἐλέγχειν. σφρενάλλεσθαι χεῖρας κλοπῆς, καὶ ψυχὴν αἰσχίου κέρδους καθαρὰν φυλάξειν. καὶ μήτε κρύψειν τι τοὺς αἱρετῆς, μήτε ἑτέρους αὐτῶν τι μεμύσειν, κἂν μέχρι θανάτου τις βιάζηται. θεοὺς τούτοις, ὀμνύουσι μηδενὶ μὲν μεταδώσειν τῶν δογμάτων ἑτέρως, ἢ ὡς αὐτὸς μετέλαβεν. ἀφέξεσθαι δ' λῃστείας, καὶ συγγράμματα ὁμοίως τά τε τῆς αἱρέσεως αὐτῶν βιβλία, καὶ τὰ τῶν ἀγγέλων ὀνόματα. τοιούτοις μὲν ὅρκοις τοὺς προσιόντας ἐξασφαλίζονται. τοὺς δ' ἐπ' ἀξιοχρέοις ἁμαρτήμασιν ἁλόντας, ἐκβάλλουσι τοῦ τάγματος. ὁ δ' ἐκπεσὼν, οἰκτίστῳ πολλάκις μόρῳ ἀπόλλυται.

Τοῖς δὲ

τοῖς μὲν ὅρκοις καὶ τοῖς ἔθεσιν ἐνδεδεμένος, ἀδύνατον τὸν ἀφ' ἑτέρων τοῖς ἄλλοις τροφῆς δύνασθαι μεταλαμβάνειν. πονηρεύεται γὰρ ἡ λιμῷ τὸ σῶμα τηκόμενος, διαφθείρεται. διὸ δὴ πολλοὺς ἐλεήσαντες ἐν ταῖς ἑκάταις αἰσθόμενοι αὐτοὺς ἐλάβομεν, ἱκανὴν δὴ τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν τὴν μέχρι θανάτου βάσανον ἡγούμενοι. φεῖς δὲ τὰς κρίσεις, ἀνεξιβίαστοι, καὶ δίκαιοι. καὶ δικάζουσι μὲν οἱ ἐλάττους τῶν ἑκατὸν συνελθόντες. τὸ δὲ ὀφειλόμενον ὑπ' αὐτῶν οὐκ ἀπαίτησιν. σέβας δὲ μέγιστον παρ' αὐτοῖς μετὰ τὸν θεὸν, τὸ ὄνομα τοῦ νομοθέτου, καὶ βλασφημήσῃ τις εἰς τοῦτον, κολάζεται θανάτῳ, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις ὑπακούειν καὶ τοῖς πλείοσιν, ἐν καλῷ τίθενται. δίκαι γοῦν συγκαθεζομένων οὐ καλοῦσί τινες ἀκύρωσιν τῆς ψήφου. καὶ τὸ πῦρ σβεσθὲν εἰς μέσους, ἢ τὸ δεξιὸν μέρος φυλάσσονται, καὶ τῇ ἑβδόμῃ ἔργον ἐφάπτεσθαι, διαφορώτατα Ἰουδαίων ἁπάντων. ἐ μόνον δὲ τροφὰς ἑαυτοῖς πρὸ ἡμέρας παρασκευάζουσιν, ὡς μὴ δὲ πῦρ ἅψασθαι ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. ἀλλ' οὐδὲ σκεύους τι μετακινῆσαι θαρροῦσιν, οὐδὲ ἀποπατεῖν. ταῖς δ' ἄλλαις ἡμέραις βόθρον ὀρύσσοντες βάθος ποδιαῖον τῇ σκαλίδι. τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ διδόμενον ὑπ' αὐτῶν ἀξινίδιον τοῖς νεόσυτοις, καὶ ἀνακαλύψαντες θοιμάτιον ὡς μὴ τὰς αὐγὰς ὑβρίζοιεν τὰ θεοῦ, θαλλόυσιν εἰς φῶτον, ἔπειτα τὴν ἀνορυχθεῖσαν γῆν, ἐφέλκουσιν εἰς τὸν βόθρον, καὶ τοῦτο ποιοῦσι τοὺς ἐρημοτέρους τόπους ἐκλεγόμενοι. καθάπερ δὲ φυσικῆς ὕσης τῆς τοῦ σωματικῶν λυμάτων ἀπαλλάσσεως, ἀπολούεσθαι μετ' αὐτὴν, καθάπερ μεμιαμμένοις ἔθιμον. διῄρηται δὲ καὶ χρόνον τῆς ἀποκρύσεως, εἰς μοίρας τέσσαρας, καὶ τοσοῦτον οἱ μεζονέστεροι τῶν νεωτέρων ἐλαττοῦνται, ὡς τὸ εἰ φαύσειαν αὐτῶν ἐκείνους ἀπολούεσθαι, καθάπερ ἀλλοφύλῳ συμφερόντας. καὶ μακρόβιοι μὲν ὡς τοῖς πολλοὺς ὑπὲρ ἑκατὸν διατείνειν ἔτη, διὰ τὴν ἁπλότητα τῆς διαίτης, ἔμοιγε δοκεῖν, καὶ τὴν εὐταξίαν. καταφρονηταὶ δὲ τῶν δεινῶν, καὶ τὰς μὲν ἀλγηδόνας νικῶντες τοῖς φρονήμασι, τὸν δὲ θάνατον εἰ μετ' εὐκλείας πρόσοιτο, νομίζοντες ἀθανασίας ἀμείνω. διήλεγξε δ' αὐτῶν ἐν ἅπασι τοῖς ψυχαῖς, ὁ πρὸς ῥωμαίους πόλεμος. ἐν ᾧ προβλήμενοι, καὶ λυγιζόμενοι, καμόμενοί τε, καὶ πλώμενοι, καὶ διὰ παντὸς ὁδὸν δύοντες τῆς βασανιστηρίων ὀργάνων, ἵνα ἢ βλασφημήσωσι τὸν νομοθέτην, ἢ φάγωσί τι τῶν ἀσεμνήθων, ἢ ἕτερόν τι ὑπομεῖναι παθεῖν, ἀλλ' οὐδὲ κολακεύσαι ποτὲ τοὺς ἀγριζομένους, ἢ δακρύσαι. μειδιῶντες δὲ ἐν ταῖς ἀλγηδόσι, καὶ καταγελῶντες τῶν τοὺς βασάνους προσφερόντων, εὔθυμοι τὰς ψυχὰς ἀφῆσαν, ὡς πάλιν κομιούμενοι. καὶ δὲ ἔρρωται παρ' αὐτοῖς ἡδὲ ἡ δόξα, φθαρτὰ μὲν εἶ τὰ σώματα, καὶ τὴν ὕλην ἐ μόνιμον αὐτοῖς. τὰς δὲ ψυχὰς ἀθανάτους ἀεὶ διαμένειν, καὶ συμπλέκεσθαι μὲν ἐκ τοῦ λεπτοτάτου φορτίσας αἰθέρος, ὥσπερ εἱρκταῖς τοῖς σώμασιν ἐνιδρυθείσας ἑλκούσας τινὶ φυσικῇ καταπωμφίας. ἐπειδὰν δὲ αἱ θάνατον τῆς καρπὸν δεσμοῦ, οἷον δὴ μακρᾶς δουλείας ἀπολλαγμένας, τότε χαίρειν καὶ μετεώρους φέρεσθαι. καὶ τοῖς μὲν

A Illis quidem sacramentis, ac ritibus obligatus, neque capere ab aliis oblatum cibum potest. herbas verò pecudum more decerpens, & fame exesus per membra corrumpitur. Ob quod etiam plurimos plerúmque miserati, extremum spiritum agentes receperunt: sufficientem pro peccatis eorum quæ vsque ad mortem adduxerit, pœnam luisse censentes. In iudiciis verò sunt diligentissimi atque iustissimi. Disceptant autem non minus quàm centum in vnum coacti: quod autem his decretum fuerit, immobile manet: Veneratio quoque apud eos post Deum magna legislatoris est: ita vt si quis eum blasphemauerit, morte damnetur. Senibus verò obedire & plurium quorunque decreto, probabile arbitrantur officium. Cùm simul denique sedetint decem, nullus vnus nouem loquitur inuitis. Expuere quoque in medium eorum, vel in dextram sui partem, quisque deuitat. Sabbatis quoque operationem aliquam contigisse, omnibus Iudæis diligentiùs cauent: neque cibum sibi solum pridie præparant, ne videlicet illo die ignem accendant: sed neque vas aliquod transponere audent, imò nec aluum purgant. Aliis autem diebus fodientes foueam vno pede altam σκαλίδι, hoc est, illa dolabella quam tradi nuper accedentibus diximus, dimissa veste sese diligentissimè contegentes, ne scilicet splendori diuino iniuriam faciant, in eadem fouea ab onere ventris leuantur, ac deinceps terram quàm effoderant reducunt: idque ipsum faciunt in locis secretissimis: & cùm naturalis sit ista purgatio, nihilominus tamen solenne habent, vt quasi ab immunditia diluantur. Discernuntur autem inter se, secundùm susceptæ abstinentiæ tempora, in ordines quatuor: tantúmque hi qui iuniores sunt, inferiores præcedentibus æstimantur, vt si aliquos eorum contigerint, quasi à contrectatu alienigenæ diluantur. Viuunt autem quàm longissimè, ita vt plurimi eorum vsque ad centenariam proferantur ætatem, propter simplicitatem victus, vt equidem puto, & institutionem benè in omnibus ordinatã. Sunt etiam contemptores aduersorum: cruciatus siquidem vincunt firmitate consilij. Mortem verò, si cum decore obeunda sit, iudicant etiam immortalitate meliorem. Prodidit autem eorum in omnibus negotiis animos, bellum quod gestum est cum Romanis. Tunc siquidem per artuum confractiones & ignes, ac per tormenta omnigena transeuntes, vt videlicet vel in legislatoris aliquid loquerentur iniuriam, vel ciborum quippiam quod non solent ederent, ad neutrum horum potuerunt compelli: sed neque deprecari suos tortores, aut inter ipsa flere supplicia: in mediis quinimò cruciatibus subridentes, & eis qui tormenta admouerant illudentes, constanter animas cum quadam hilaritate reddebant, scilicet quasi qui eas essent denuò recepturi. Opinio quippe apud illos firmata consistit, corruptibilia quidem esse corpora, materiámque eorum non esse perpetuam: animas autem immortales semper manere, & de æthere subtilissimo commeantes, quasi carceribus ita corporibus implicari, velut quas illecebra naturalis attraxerit. Cùm verò fuerint à carnalibus relcuatæ vinculis, quasi de seruitute longissima liberatas, ita illico lætari eas, sublimésque ferri. Et quidem

bonas concinentes in hoc Græcorum ſententias, pronuntiant vltra Oceanum degere, vbi eis ſit repoſita perfruitio: illic quippe eſſe regionem, quæ neque imbribus, neque niuibus, neque æſtibus aggrauetur: ſed quam Oceano oriens Zephyrus, & leniter aſpirans amœnet. Malis autem animabus procelloſa loca & hyberna delegant, plena gemitibus exercendarum ſine fine pœnarum. Videntur autem mihi ſecundum hanc ipſam intelligentiam Græci quoque fortibus ſuis, quos Heroas & ſemideos vocauerunt, beatorum inſulas ſequeſtraſſe: improborum autem animabus locum apud inferos impiorum: in quo etiam cruciari quoſdam commentati ſunt, Siſyphos videlicet, & Tantalos, & Ixiones, & Tityos: principio quidem immortales eſſe animas exiſtimantes, ob adhortationem vtique virtutis, dehortationemque nequitiæ: bonos quippe fieri in huius vitæ conſeruatione meliores, per ſpem bonorum etiam poſt lucem reddhibendorum: improborum autem impetum retardari æſtimantes: quoniam etſi in huius vitæ ſpatio latuerint, poſt obitum tamen ſint immortalia tormenta paſſuri. Hæc ſunt ergo quæ Eſſeni de diuinitate animæ philoſophantur, planè illecebram ineuitabilem eis qui ſemel de eorum ſapientia guſtauerint, reponentes. Sunt autem in eis qui etiam futura noſſe promittant, ſactis videlicet libris, & variis ſanctificationibus, prophetarúmque dictis à primis ætatibus adhærentes: rarò autem accidit vt prædictiones eorum fruſtratio conſequatur. Eſt autem aliud etiam Eſſenorum collegium, cibos quidem & mores legéſque ſimiles cum prioribus habens, diſtans verò opinione de coniugio. Maximam ſiquidem vitæ hominum partem, ſucceſſionem ſcilicet, amputare eos qui abſtineant nuptiis arbitrantur: quippe ſi in eandem velint omnes ire ſententiam, defecturum confeſtim genus humanum. Nihilominus autem cum tanta ipſi moderatione conueniunt, vt per triennium explorent valetudinem fœminarum: & ſi conſtanti purgatione apparuerint idoneæ partui, ita eas in matrimonia aſciſcunt. Nemo tamen eorum cum prægnante concumbit: vt oſtendant, quòd nuptias non voluptatis, ſed liberorum cauſa inierint. Lauantibus autem fœminis, ita vt viris perizomatum ineſt amictus. Tales ſunt mores huius collectionis. Duorum autem priorum ordinum, Phariſæi dicuntur, qui certiorem legalium rituum notitiam profitentur: & hi primum dogma habent, vt fato & Deo vniuerſa deputent: & quidem vel agere quæ iuſta ſunt, vel uegligere, ſecundùm maiorem partem eſſe in hominibus profitentur: adiuuare tamen in ſingulis & fatum. Animam autem omnem quidem incorruptam eſſe, tranſire autem in alia corpora ſolas bonorum, improborum verò interminabili ſupplicio cruciari. Sadducæi portò, ſecundus ordo, fatum omnino negant: & Deum extra omnem mali patrationem inſpectionémque conſtituunt. Aiunt autem electioni hominum vel bonum, vel malum eſſe propoſitum: & ſecundùm voluntatem propriam, alterutrum vnicuique contingere. Animarum autem generaliter vel ſupplicia denegant vel honores. Et Phariſæi quidem ſociales: & qui ſtudeant ſe mutua dilectione complecti: Sadducæi verò & inter ſe feris moribus diſcrepantes,

ἀγαθᾶς, ὁμοδοξοῦντες πᾶσιν Ἑλλήνων, δοκοῦσι μοι κατὰ τὴν ὑπὲρ ὠκεανὸν διαγωγὴν ταύτην ἀπονεῖσθαι, καὶ χώρην, οὔτε ὄμβροις, οὔτε νιφετοῖς, οὔτε καύμασι βαρυνόμενον, ἀλλ' ἓν ἀεὶ ζέφυρος, ἠπίως ἐκπνέων ἀναψύχει. ταῖς δὲ φαύλαις, ζοφώδη, καὶ χειμέριον ἀφορίζοντες μυχὸν, γέμοντα πικρείαις ἀθλήσεσιν. δοκοῦσι δέ μοι κατὰ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν Ἕλληνες, τοῖς τε ἀνδρείοις αὐτῶν, οὓς ἥρωας καὶ ἡμιθέους καλοῦσι, τὰς μακάρων νήσους ἀπονεῖμαι. ταῖς δὲ τῶν πονηρῶν ψυχαῖς, καθ' ᾅδου τὸν ἀσεβῆ χῶρον, ἔνθα καὶ παλαιόμυθοί τινες μυθολογοῦσι, σισύφους καὶ τανταλους, καὶ ἰξίονας, καὶ τιτυούς, φαντάζεσθαι μὲν ἀϊδίους ὑφιστάμενοι τὰς ψυχὰς, ἔπειτα εἰς σπουδὴν ἀρετῆς, καὶ κακίας ἀποτροπὴν. τοὺς τε μὲν ἀγαθοὺς γίνεσθαι κατὰ τὸν βίον ἀμείνους, ἐλπίδα τιμῆς καὶ μετὰ τὸν τελευτὸν. τῆς τε κακῶν ὁρμῆς δίεσθαι τοὺς ὁρμὰς δίεσι, φοβουμένους, εἰ καὶ λάθοιεν ἐν τῷ ζῆν, μετὰ τὸν ἀθάνατον τιμωρίαν ὑφίξειν. τοιάδε μὲν οὖν ἐστιν περὶ ψυχῆς θεολογοῦσιν, ἄφυκτον δέλεαρ τοῖς ἅπαξ γευσαμένοις τῆς σοφίας αὐτῶν ἐγκαθιέντες. εἰσὶ δ' ἐν αὐτοῖς οἱ καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκειν ὑπισχνούμενοι, βίβλους ἱεράς, καὶ ἁγνείας ἀγνείαις, καὶ προφητῶν ἀπορρήτοις ἐμπαιδοτριβόμενοι. ἀνάπλεον δ' ἔστιν ὅτε καὶ τὰς προαγορεύσεσιν ἀστοχήσουσιν. ἔστι δ' καὶ ἕτερον ἐστιν αὖ τάγμα, ὁ θάτερα μὲν καὶ ἔθη καὶ νόμιμα τοῖς ἄλλοις ὁμοφρονοῦν, διαιτᾷ δὲ τὴν κατὰ γάμον ὄρεξιν. μέγιστον γὰρ ὑποκύπτειν οἴονται τὸ βίου μέρος τὴν ἀκαθαρσίαν, τοὺς μὴ γαμοῦντας, μᾶλλον δ' εἰ πάντες τὸ αὐτὸ φρονήσειαν, ἀνελπεῖν ἅπαν τὸ γένος τάχιστα. δοκιμάζοντες μὲν τοι τριετίᾳ τὰς γαμετὰς, ἐπειδὰν τρεῖς καθαρθῶσιν εἰς πεῖραν τὸ δυάδαν γίνεσθαι, ἔπειτα ἀγόνται. ταῖς δ' ἐγκύμοσιν οὐ συνελεύσονται, σύδε ἐκκυμένοις, τὸ μὴ δι' ἡδονὴν, ἀλλὰ τέκνων χρείαν γαμεῖν. λουτρὰ δὲ ταῖς γυναιξὶν ἀμπεχομένοις ἐνδύματα, καθάπερ τοῖς ἀνδράσιν οἱ περίζωμα. τοιαῦτα μὲν ἔθη τῆδε τὸ τάγματος. δύο δ' τῆς δευτέρας, φαρισαῖοι μὲν, οἱ δοκοῦντες μετὰ ἀκριβείας ἐξηγεῖσθαι τὰ νόμιμα, καὶ τὴν πρώτην αἵρεσιν εἱμαρμένῃ τε καὶ θεῷ προσάπτουσι πάντα. καὶ τὸ μὲν πράττειν τὰ δίκαια, καὶ μὴ, κατὰ τὸ πλεῖον δεῖ τοῖς ἀνθρώποις κεῖσθαι. βοηθεῖν δ' εἰς ἕκαστον, καὶ τὴν εἱμαρμένην. ψυχὴν δ' πᾶσαν μὲν ἄφθαρτον, μεταβαίνειν δ' εἰς ἕτερον σῶμα, τὴν δὲ τῶν ἀγαθῶν μόνην. τὴν δὲ τῶν φαύλων, ἀϊδίῳ τιμωρίᾳ κολάζεσθαι. σαδδουκαῖοι δ' τὸ δεύτερον τάγμα, τὴν μὲν εἱμαρμένην παντάπασιν ἀναιροῦσι, καὶ τὸν θεὸν ἔξω τοῦ δρᾶν τὸ κακὸν, ἢ ὁρᾶν τίθενται. φασὶ δ' ἐπ' ἀνθρώποις εἶναι τὴν αἵρεσιν, τὸν καλὸν καὶ τὸ κακὸν ἑκατέρῳ προκεῖσθαι. καὶ τὸ μὲν γνάμῃ ἑκάστῳ τούτων ἑκατέρου προσπίπτειν. ψυχῆς τε τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ τὰς καθ' ᾅδου τιμωρίας καὶ τιμὰς, ἀναιροῦσι. καὶφαρισαῖοι μὲν φιλάλληλοί τε, καὶ τὴν εἰς τὸ κοινὸν ὁμόνοιαν ἀσκοῦντες. σαδδουκαῖοι, καὶ πρὸς ἀλλήλους τὸ ἦθος ἀγριώτεροι,

ἢ πρὸς

bonum, vel malum eſſe propoſitum: & ſecundùm voluntatem propriam, alterutrum vnicuique contingere. Animarum autem generaliter vel ſupplicia denegant vel honores. Et Phariſæi quidem ſociales: & qui ſtudeant ſe mutua dilectione complecti: Sadducæi verò & inter ſe feris moribus diſcrepantes,

ἢ πρὸς

ἀπὸ δημιξίαν πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀπλωεῖς ὡς πρὸς ἀλλοφύλους. Τοιαῦτα μὲν περὶ τῶν ἐν Ἰουδαίοις φιλοσοφούντων εἶχον εἰπεῖν.

A & conuersatio eorum circa exteros inhumana. Hæc sunt quæ de Iudæorum philosophis dicenda reperi: nunc ad inceptum reuertor.

Κεφάλαιον ηʹ.

Τῆς Ἀρχελάου ἐθναρχίας μεταπεσούσης εἰς ἐπαρχίαν, οἱ λοιποὶ, φίλιππός τε καὶ Ἡρῴδης ὁ κληθεὶς Ἀντίπας, διῴκουν τὰς ἑαυτῶν τετραρχίας. Σαλώμη μὲν τελευτήσασα, Ἰουλίᾳ τῇ Καίσαρος γυναικὶ τήν τε αὐτῆς τοπαρχίαν καὶ Ἰάμνειαν, καὶ τοὺς ἐν Φασαηλίδι φοινικῶνας καταλιπεῖν. μεταβάσης δὲ εἰς τιβέριον τὸν Ἰουλίας υἱὸν τὰ Ῥωμαίων ἡγεμονίας, μετὰ τὴν αὐγούστου τελευτήν, ἀφηγησαμένου τῶν πραγμάτων ἔτεσιν ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα. πρὸς δὲ μησὶν ἕξ καὶ ἡμέραις δυοῖν, διαμείναντες ἐν ταῖς τετραρχίαις, ὅτε Ἡρῴδης καὶ φίλιππος, ὁ μὲν πρὸς τῇ Ἰορδάνου πηγαῖς ἐν πανειάδι πόλιν κτίζει καισάρειαν, καὶ τὴν κάτω γαυλανιτικὴν, Ἰουλιάδα. Ἡρῴδης δὲ ἐν μὲν τῇ γαλιλαίᾳ, πετραίδα. ἐν δὲ τῇ περαίᾳ, φερώνυμον Ἰουλίας.

B C

CAP. VIII. De Pilati regimine. *Ant. lib. 18. cap. 5.*

ARchelai ethnarchia in prouinciam redacta, reliqui, id est, Philippus & Herodes, qui cognominabatur Antipas, tetrarchias suas regebant. Salome enim moriens Iuliæ Augusti coniugi toparchiam quam rexerat, & Iamniam, & in Phasaelide palmeta testamento reliquit. Delato autem ad Tiberium Iuliæ filium Romano imperio, post mortem scilicet Augusti, qui præfuit rebus annis septem & quinquaginta, mensibus sex, diebus duobus, manentes in tetrarchiis suis Herodes ac Philippus: his quidem iuxta fontes ipsos, è quibus Iordanis flumen exoritur, in Paneade condidit ciuitatem, quam Cæsaream vocitauit: aliámque in inferiore Gaulanitide, quam Iuliadem nominauit. Herodes verò in Galilæa Tiberiadem, in Peræa autem cognominem Iuliæ.

Κεφάλαιον ιʹ.

Πεμφθεὶς δὲ εἰς Ἰουδαίαν ὕστερος ὑπὸ τιβερίου πιλάτος, νύκτωρ κεκαλυμμένας εἰς ἱεροσόλυμα παρεισκομίζει τὰς καίσαρος εἰκόνας, σημαίας καλοῦντες. τοῦτο μεθ' ἡμέραν μεγίστην τὰ πραχθὲν ἤγειρεν Ἰουδαίων. οἵτε καὶ ἐγγὺς πρὸς τὴν ὄψιν ἐξεπλάγησαν, ὡς πεπατημένων αὐτοῖς τῶν νόμων. ὑβρὶν γὰρ ἀξιοῦσιν ἐν τῇ πόλει δίκην εἶδος. καὶ πρὸς τὴν ἀγανάκτησιν τῶν καὶ τὴν πόλιν ἀθρόοις ἐκ τῆς χώρας λαὸς συνέρρυσεν. ὁρμήσαντες δὲ πρὸς τὸν πιλάτον εἰς καισάρειαν, ἱκέτευον ἐξενεγκεῖν ἱεροσολύμων τὰς σημαίας, καὶ τηρεῖν αὐτοῖς τὰ πάτρια. πιλάτου δὲ ἀρνουμένου πρὸς τὴν ἱκεσίαν, πρωΐας καταπεσόντες ἐπὶ πέντε ἡμέρας ἐπὶ νύκτας ἴσας, ἀκίνητοι διεκαρτέρουν. τῇ δ' ἑξῆς ὁ πιλάτος καθίσας ἐπὶ βήματος ἐν τῷ μεγάλῳ σταδίῳ, καὶ προσκαλεσάμενος τὸ πλῆθος, ὡς ἀποκρινεῖσθαι δῆθεν αὐτοῖς θέλων, δίδωσι τοῖς στρατιώταις σημεῖον, ἐν συντάγματος κυκλώσασθαι τοὺς Ἰουδαίους τοῖς ὅπλοις. φρὶς ἅπασ δ' ἐξισοιχεῖ τὴν φάλαγγος, οἱ Ἰουδαῖοι μὲν ἀχανεῖς ἦσαν, πρὸς τὸ ἀδόκητον τῆς ὄψεως. πιλάτος δὲ κατακόψειν εἰπὼν αὐτοὺς, εἰ μὴ προσδέξαιντο τὰς καίσαρος εἰκόνας, γυμνοῦν τὰ ξίφη τοῖς στρατιώταις ἐνδύει. οἱ δὲ Ἰουδαῖοι καθάπερ ἐν συνθήματος ἀθρόοι καταπεσόντες, τοῖς αὐχένας προκλίναντες, ἑτοίμοις εἰς αἱρεσιν σφᾶς ἐβόων μᾶλλον, ἢ τὸν νόμον προβλιβῆναι. ὑπερθαυμάσας δ' ὁ πιλάτος τὸν τῆς δεισιδαιμονίας ἄκρατον, ἐκκομίσαι μὲν αὐτίκα τὰς σημαίας ἱεροσολύμων κελεύει. μετὰ δὲ ταῦτα, τὰ πραχθὲν ἑτέραν κίνει, τὸ ἱερὸν θησαυρὸν, καλεῖται δὲ κορβωνᾶς, εἰς κατωγωγὴν ὑδάτων ἐξαναλίσκων. κατῆγε δὲ ἀπὸ τετρακοσίων σταδίων. πρὸς τοῦτο τὸ πλῆθος ἀγανάκτησις ἦν, καὶ τὸν πιλάτου παόντος εἰς ἱεροσόλυμα, πρὶς ἀπτὸ βῆμα κατεβόων. ὁ δὲ, πρὸ δὲ εἰ δὲ αὐτῷ τὰ πραχθὲν, καὶ τὰ πλήθει τοὺς στρατιώτας ἐνόπλους ἐσθῆσιν ἰδιωτικῆς κεκαλυμμένους ἐγκαταμίξας καὶ ξίφει μὴ χρήσασθαι κωλύσας, ξύλοις δὲ παίειν τοὺς κεκραγότας ἐγκελευσάμενος, συνθημα δίδωσιν ἀπὸ τοῦ βήματος. τυπτόμενοι δ' οἱ Ἰουδαῖοι, πολλοὶ μὲν ὑπὸ τῆς πληγῆς, πολλοὶ δ' ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐν τῇ φυγῇ καταπατηθέντες ἀπώλοντο.

Ant. lib. 18. cap. 7.

Διαδεξάμενος ὁ Φῆστος τούτῳ τὴν ἐπιτροπὴν φῆστος, τὸ μάλιστα λυμαινόμενον τὴν χώραν ἐπέζησεν. τοὺς γοῦν ληστὰς συνέλαβε τοῖς πλείστοις, καὶ διέφθειρεν ἐπὶ ὀλίγοις. ἀλλ' οὐχ ὁ κακὸς φῆστος ἀλβῖνος τὸν αὐτὸν ζῆλον ἐζηλώσατο τῶν πραγμάτων. ἀλλ' ἔστι τις λωβὴ κακουργίας ἰδέαν παρέλιπεν. ἐ μόνον γοῦν ἐν τοῖς πολιτικοῖς πράγμασιν ἐκλεπτε καὶ διήρπαζε τὰ ἐκάστων ὑπάρχοντα, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἔθνος ἐβάρει ταῖς εἰσφοραῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπὸ ληστείας δεδεμένους ὑπὸ δ παρ' ἑκάστοις βεβλημένους τῶν προτέρων ἐπιτρόπων, ἀπελύτρου τοῖς συγγενέσι, καὶ μόνος ὁ μὴ δοὺς, τοῖς δεσμωτηρίοις ὡς πυκνὸς ἐγκατελείπετο. τοιγαροῦν καὶ τὴν νεωτερίζειν βουλομένων ἐν ἱεροσολύμοις, ἐθάρσησαν αἱ τόλμαι, καὶ χρήμασι μὴ οἱ δυνατοὶ τὸν ἀλβῖνον προσελάμβανον, ὥς τε τὸ στασιάζειν αὐτοῖς παρέχειν ἄδειαν. τῷ δημοτικῷ δ τὸ μὴ χαίρειν ἡσυχία πρὸς τοὺς ἀλβίνου κοινωνοὺς ἀπέκλινεν. ἕκαστος δ τὴν πονηρὸν, ἴδιον σῖφος ὑπερζωσμένος, αὐτὸς μὲν ὥσπερ ἀρχιλῃστὴς ἢ τύραννος προσεῖχεν ἐν τῷ λόχῳ. τοῖς δορυφόροις δ, πρὸς ἁρπαγὰς τὴν μετεῖον κατεχρῆτο. συνέβαινε δ, τοὺς μὲν ἀφηρημένους ὑπ' ὧν ἀγανακτεῖν ἐχρῆν, σιωπᾶν. τοὺς ἁπλῶς δ, δίκην τὸ μὴ τὰ αὐτὰ παθεῖν, καὶ κολακεύειν τὴν ἀξίαν κολάσεως. καθόλου δ ἡ παρρησία πάντων προεκέκοπτο, τυραννὶς δ ἦν δι' πλειόνων, καὶ τὰ σπέρματα τῆς μελλούσης ἁλώσεως ἐν τότε τῇ πόλει κατεβάλλετο. ζήτουν δ ὅτι τὸν ἀλβῖνον, ἀπέδειξεν ὁ μὴ τοῦτον ἐλθὼν γέσσιος φλῶρος, ἀγαθώτατον καὶ σύγκρισιν. ὁ μὲν γὰρ λάθρᾳ τὰ πολλὰ, καὶ μεθ' ὑποστολῆς ἐκακούργησε. γέσσιος δὲ τὰς εἰς τὸ ἔθνος παρανομίας ἐπόμπευσε, καὶ ὥσπερ ὄπτι τιμωρίᾳ καταλείπων πεμφθεὶς δῆμος, ὅτε ἁρπαγῆς τινὰ ζῆτον, ὅτε αἰτίας παρέπεμπεν. ἦν δ ἐν τοῖς ἐλεεινοῖς, ὠμότατος, ἐν δὲ τοῖς αἰσχροῖς, αἰσχρότατος. ὅτε δ περὶ τὴν ἀπιστίαν τῆς ἀληθείας κατέχειν, ὅτε ἐν τῷ πανουργεῖν δολιώτερος ὁδοὺς ἐπενόησεν. ὧ τὸ μὲν κατ' αὐθέντα καρδαίνειν, μικρὸν ἐδόκει. πόλεις δ ὅλας ἐξεδίδυσκε, καὶ δήμους αὐθέντους ἐλυμαίνετο, καὶ μόνον οὐ ἐπήρυξεν αὐτὰ τινὶ χώραν πᾶσιν ἐξεῖναι ληστεύειν, ἐφ' ᾧ μέρος αὐτὸς λήψεται τῶν λαφύρων. ὅλῳ γοῦν τινὶ ἐκείνου πλεονεξίαν, πάσας ἐρημωθείσας συνέβη τὰς τοπαρχίας, καὶ πολλοὺς τῶν πατρίων ἐθῶν ἐξαναστάντας, φυγεῖν εἰς τὰς ἀλλοφύλους ἐπαρχίας. μέχρι μὲν οὖν ἐν συρίᾳ κέστιος γάλλος ἦν προσδιέπων τὴν ἐπαρχίαν, οὐδὲ προσεβλήθησαν αἱ πρὸς αὐτὸν ἐτόλμησε κατὰ τῶν φλώρα. ἀγομένου δ εἰς ἱεροσόλυμα, τῆς τῶν ἀζύμων ἑορτῆς ἐνεστώσης, προεσὰς ὁ δῆμος ἐν ἐλάττοις τεσσαράκοντα μυριάδων, ἱκέτευον ἐλεῆσαι τὰς τῶν ἐθνῶν συμφορὰς, καὶ τὸν λυμεῶνα τῆς χώρας φλῶρον ἐκπερᾶσαι. ὁ δ παρὼν, καὶ τῷ κεστίῳ παρεστὼς, διεχλεύαζε τὰς φωνάς. ὅτε μὲν κέστιος τινὶ ὁρμὴν τῷ πλήθους καταστεῖλαι, καὶ δοὺς ἔμφασιν, ὡς πρὸς τὸ μέλλον αὐτοῖς τὸν φλῶρα καταπαύσειν μετεώτερον, ὑπέστρεψεν εἰς αὖ-

Succeſſit autem ei Feſtus, & hos qui maximè infeſtabant prouinciam ſolicitè perſecutus: latronum plurimos comprehendit atque interfecit.

CAP. XXIV. De præſidibus Iudææ Albino & Floro. *Ant. lib. 20. cap. 15.*

VErùm ſucceſſor eius Albinus non eodem modo negotiis præfuit, neque enim fuit aliqua malignitatis ſpecies, quam ille præterierit. Denique non ſolùm cauſis ciuilibus furabatur & diripiebat bona ſingulorum, neque ſolùm tributorum additamentis in commune gentem grauabat: ſed etiam quos ob latrocinia decuriones ciuitatum comprehenderunt, vel qui à prioribus iudicibus in cuſtodiis erant relicti, accepta à cognatis eorum pecunia, liberauit: & is ſolùm qui non dediſſet, in carceribus quaſi nocentiſſimus remanebat. Per idem tempus, eorum quoque quires nouare cupiebant, in Hieroſolymis creſcit audacia. Ex quibus ſanè, qui erant opulenti Albinum largitione redimebant, vt eis tumultum mouentibus non indignaretur: pars autem popularis quæ non ſatis gaudebat quiete, Albini participibus iungebatur. Vnuſquiſque ergo improborum cohorte propria circundatus, ipſe quidem inter cæteros quaſi princeps latronum & tyrannus eminebat: ſtipatoribus verò ſuis ad direptionem mediocrium abutebatur. Ita fiebat, vt hi quidem quorum vaſtabantur domus, tacerent: illi autem qui extra incommodum ſtetiſſent, metu ne ſimilia paterentur, etiam officiis ambirent eos, quos conſtabat dignos eſſe ſuppliciis. In commune autem omnium fuit intercepta fiducia. & erat tunc multiplex dominatio, & ſemina captiuitatis futuræ iam ab illo tempore ſpargebantur. Cùm ſanè eiuſmodi morum fuiſſet Albinus, tamen ſuccedens ei Geſſius Florus, optimum eum per comparationem ſui fecit videri. Ille ſiquidem plura occultè & cum fraude nocuerat: Geſſius verò iniquitates ſuas in vniuerſam gentem, tam palàm quaſi gloriaretur exercuit: ac velut non ad regendam prouinciam, ſed ad damnatorum pœnas carnifex miſſus, neque rapinarum vllum morem, neque afflictionum prætermiſit. In miſeris autem crudeliſſimus erat, in turpibus verò impudentiſſimus. Neque enim quis illo ampliùs offendit fallacia veritatem, neque commentus eſt callidiores nocendi vias. Huic ſiquidem viritim illatis diſpendiis lucra quærere exiguum viſum eſt: ſed totas ſimul deſpoliabat vrbes, & labes populis inferebat, tantùm non voce per totam regionem edicens, liberum eſſe omnibus latrocinari, dum ipſe prædarum acciperet portionem. Denique ob illius auaritiam contigit totam penè deſeri regionem, ita vt plurimi ſedes patrias relinquentes, ad externas prouincias commigrarent. Donec autem in Syria Ceſtius Gallus prouinciam regebat, neque auſus quiſpiam Iudæorum eſt aduerſus Florum ad eum mittere legatos. Cùm verò inſtante azymorum ſolennitate ipſe Hieroſolymam veniſſet, occurrens multitudo, quæ facilè tricies centenorum millium fuit, precabatur, vt gentis ſuæ calamitatibus ſubueniret, & peſtem illam prouinciæ Florum, vt eiiceret clamitabat. Qui tamen cùm ſub populi ore eſſet, & Gallo aſſiſteret, non ſolùm nihil mouebatur, ſed voces illas etiam deridebat. Ceſtius tamen compeſcens impetum populi, & edicens quod deinceps placatiorem eis Florum redderet, regreſſus eſt

εἰς ἀντιόχειαν. ὁ δὲ πέμπει τὸν αὐτὸν μέχρι καισαρείας A
Φλώρος ἐξαπατῶν, καὶ πόλεμον ἤδη τῷ ἔθνει θυμούμενος
ἐποίζετο, ᾧ μόνῳ συκρύπτειν τὰς αὐτῷ κακονομίας ὑ-
πελάμβανεν, εἰρήνης μὲν γὰρ ὄσης, κατηγόρους ἔχειν δίκαι
καίσαρος ἰουδαίους προσεδόκα. πεφροντίδωκε δὲ
δόξασιν αὐτῷ, τῷ μείζονι κακῷ φθεῖραι τὸ ἔλεγ-
χον αὐτῷ ἀπὸ τῶν μειζόνων. ὁ μὲν οὖν ὡς ἀν ἀποτρέ-
ψειε τὸ ἔθνος, καθ' ἡμέραν ἐπέτεινεν αὐτοῖς τὰς συμ-
φοράς. B

Κεφάλαιον κέ.

ΕΝ δὲ τούτῳ οἱ καισαρίων ἕλληνες, νικήσαντες
πρεσβείᾳ νέρωνι τὸν πόλεως ἄρχειν, τὰ δ' κρίσεως ἐ-
κόμισαν γράμματα, καὶ προσελάμβανε τὸ ἀρχεῖον ὁ πό-
λεμος, δωδεκάτῳ μὲν ἔτει τὸν νέρωνος ἡγεμονίας, ἑπτα-
καιδεκάτῳ δὲ τὸν ἀγρίππα βασιλείας, ἀρτεμισίου μη-
νός. πρὸς δὲ τὸ μέγεθος τῶν ἐξ αὐτῶν συμφορῶν, οὐκ ἀ-
ξίαν ἔχε προφασιν. οἱ γὰρ ἐν καισαρείᾳ ἰουδαῖοι, συνα- C
γωγὴν ἔχοντες πρὸς χωρίον, ὃ διαπότης ἰῶν τις ἕλλην
καισαρεὺς, πολλάκις μὲν κτήσασθαι τὸν τόπον ἐπεδάσαντο,
πολὺ πολλαπλασίονα δὲ ἀξίας διδόντες. ὡς δ' ὑπερο-
ρῶν τὰς δήσεις, πρὸς ἐπήρειαν ἐπὶ τοῦ προσῳκοδόμει
τὸ χωρίον οἰκῆνος, ἐργαστήρια κατασκευαζόμενος,
στενὴν δ' καὶ παντάπασι βιαίαν πάροδον ἀπέλιπεν αὐ-
τοῖς, τὸ μὲν πρῶτον οἱ θερμότεροι τῶν νέων προπη-
δῶντες, οἰκοδομεῖν ἐκώλυον. ὡς δ' οὗτος εἶργε τὸν βίας D
φλώρου, ἀμηχανοῦντες οἱ δυνατοὶ τῶν ἰουδαίων, συν-
οἷς ὁ τελώνης ἰωάννης, πείθουσι τὸν φλῶρον ἀργυρίου
ταλάντοις ὀκτὼ, διακωλύσαι τὸ ἔργον. ὁ δὲ πρὸς μόνον
τὸ λαβεῖν ὑποχόμενος πάντα συμπράξειν, λαβὼν,
ἔξεισι τὸν καισαρείας εἰς σεβαστὴν, καὶ καταλείπει τὴν
σπουδὴν αὐτοῦ ἔσεσθαι, ὥσπερ ἄδειαν πεπρακὼς ἰουδαίοις
τοῦ μάχεσθαι. τῇ δ' ὑπισχνεῖται ἡμέρας ἑβδομάδος ὕστε-
ρον τῷ ἰουδαίων εἰς τὴν συναγωγὴν ἀθροισθέντων, σπασα-
σὴς τὴν καισαρεὺς χάρακα κατασκέψας, καὶ ὥδε τὴν E
εἴσοδον αὐτῷ θέμενος, ἐπέθυεν ὄρνεις. τοῦτο τοὺς ἰου-
δαίους εἰκότως παρώξυνεν, ὡς ὑβρισμένων αὐτοῖς τὰ
νόμιμα, μεμιαμμένῳ δὲ τῷ χωρίῳ. τὸ μὲν οὖν δύσαθες
καὶ θρᾶσον, ὅπου τοὺς ἡγεμόνας καταφεύγειν πάλιν ὤφε-
λεῖν. τὸ σασιῶδες δὲ ἐν νεότητι φλεγμαῖνον, ἐξε-
καίετο πρὸς μάχην. ὥδε σκευασμένοι δὲ εἰσήεσαν
οἱ τῶν καισαρέων σασιασταί. τὸν γὰρ ὄπιθύσαντα πε-
ριπεπόμφεσαν ἐν σωτάγματος, καὶ ταχέως ἐγένετο ἡ F
συμβολή. προσελθὼν δὲ ἰακωβῦδος ὁ διακωλύειν πε-
ζαρχὸς ἱππάρχης, τῷ τε χάρακι αἴρει καὶ καταπαύει
τὴν σάσιν. ἠττωμένων δὲ αὐτῶν τῆς τῶν καισα-
ρέων βίας, ἰουδαῖοι τοὺς νόμους ἁρπάσαντες, ἀνεχώρησαν
εἰς ναρβατα. χώρα τις αὐτῶν ἔτω καλεῖται, σταδίους
ἑξήκοντα διέχουσα τῶν καισαρείας. οἱ δὲ περὶ τὸν ἰωάννην
δυνατοὶ δώδεκα πρὸς φλῶρον ἐλθόντες εἰς σεβαστὴν,
ἀπωδύροντο περὶ τῶν πεπραγμένων, καὶ βοηθεῖν ἐκέ-
λευον, ἀδημόνως ὑπομιμνήσκοντες τῶν ὀκτὼ ταλάντων. G
ὁ δὲ μὴ συλλαβὼν ἔδησε τοὺς ἄνδρας ἀπώμενος ὡς τῶν
τοὺς νόμους ἐξενεγκεῖν τῆς καισαρείας. πρὸς τοῦτο τῷ
ἐν ἱεροσολύμοις ἀγανάκτησις ἦν, ἐπὶ μέντοι, καὶ τοὺς

Antiochiam. Deduxit autem eum vsque ad Cæsaream Florus, illudens mendaciis, & Iudæorum genti bellum sedulò comminiscens, quo scilicet solo iniquitates suas occultari posse credebat. Pace siquidem permanente, habiturum se apud Cæsarem accusatores Iudæos: verùm si defectionem negotiatus fuisset, maiore vtique malo abducendam à se esse inuidiam peccatorum minorum. Igitur vt gens ab Romano abrumperetur imperio, sedulò indies augebat calamitates. Per idem tempus apud Neronem Cæsarienses gentiles victores extitêre, decretúmque istud contestantes literas attulerunt: pérque hoc bello Iudaico dabatur exordium, duodecimo scilicet anno regni Neronis, decimoseptimo autem regni Agrippæ mense Maio.

Cap. XIV. De Floro sæuiente in Iudæos, Cæsarienses & Hierosolymitas. *Ant. lib. 20. cap. 15.*

AD magnitudinem autem excitatorum de eo malorum, nequaquam idoneas causas habuisse deprehenditur. In Cæsarea siquidem habitantes Iudæi, habebant synagogam prope locum, cuius erat dominus gentilis quidam Cæsariensis. & frequenter quidem egerant, vt ad eorum ius illa possessio iungeretur, multis partibus maius precium quàm res meruerat offerentes. dominus autem loci preces eorum despexisse non contentus, ad maiorem dolorem ædificauit in loco tabernas, ita vt angustũ eis transitum & prorsus coarctatum relinqueret. Primùm igitur feruentiores aliqui iuuenum prosilientes, ædificationem vetabant. Cùm verò Florus hos à prohibendo cohiberet, non habentes Iudæorum nobiles quid agerent, inter quos erat etiam Ioannes publicanus, inflectunt Florum oblatione octo talentorum, vt ædificationem vetaret. Ille autem ob capiendum tantummodo, promittens se cuncta facturum, accepta pecunia statim de Cæsarea egressus est, venítque in Sebasten, seditioni tribuens facultatem, quasi qui pugnæ spatium Iudæorum summatibus vendidisset. Sequenti autem die, Iudæorum sabbato, cùm plebs ad synagogam coisset, seditiosus quidam Cæsariensis vas Samium ante ingressum eorum ponens, alites immolabat. Hoc factum Iudæos incoercibiliter accendit, & legem suam quippe contumeliam pertulisse, & locum ipsum dicebant fuisse pollutum. pars autem Iudæorum, quæ erat constantior atque moderatior, denuò apud iudices esse conquerendum rebatur. Seditiosi autem & iuuentute turgentes Iudæi, effundebantur in rixam. Stabant autem ad confligendum parati etiam Cæsariensium tumultuosiores. Ex composito quippe missus fuerat, qui pro synagogæ foribus immolaret: sicque continuò est pugna commissa. Interueniens autem Iucundus, qui ad prohibendum erat relictus, præfectus equitum, vas illud quidem quod positum fuerat iussit auferri, & tumultũ sedare pergebat. Cùm verò superatus esset præ Cæsariensium violentia, Iudæi statim libros legis rapientes fecesserunt in Nabatæa: regio quædam eorum hoc nomine appellatur, direpta à Cæsarea stadiis sexaginta. Primates autẽ eorum duodecim, cum Iohanne in Sebasten ad Florum venerunt, de his quæ acciderant conquerentes, & vt auxilio esset rogabant, quãuis reuerẽter, tamẽ eũ & de octo talentis admonentes. Ille verò ilico comprehensos eos vinciri iussit, arguens cur leges de Cæsarea auferre ausi fuissent. ob hoc igitur apud Hierosolymitanos grauissima indignatio nascebatur: veruntamen adhuc

iram ſuam frenabant. Florus verò, quaſi ad hoc operam ſuam locaſſet, vt bellum inflammaret, miſit ad ſacrum theſaurum, vt inde decem & ſeptem talenta auferrentur, quaſi eam pecuniam impenſæ Cæſaris flagitaret. Tunc verò ſtatim inuaſit populum multa confuſio: concurrentes ad templum, maximis vocibus nomen Cæſaris appellabant, vt à tyrannide Flori liberarentur orantes. Quidam autem ſeditioſorum in Florum maledicta iaciebant vltima: & caniſtrum circumferentes ſtipem eius nomine poſtulabant, quaſi inops & miſerimus talibus indigeret auxiliis. His autem omnibus nihil eſt à cupiditate deterritus, ſed multò magis ad deprædandum irritatus eſt. Denique cùm deberet Cæſaream veniens ignem belli illic naſcentis extinguere, cauſáſque tumultuum ſubmouere, pro quo etiam mercedem acceperat pactus: tamen cum exercitu equitum atque peditum Hieroſolymam contendit, vt Romanis armis ad quod volebat vteretur, ac timore & minis vrbem circumdaret. Tunc populus lenire eius impetum volens, obuiam militibus proceſſit, cum ſolitis vtique fauoribus, & Florum honorare officiis paratus. Ille verò præmittens cum equitibus quinquaginta centurionem, nomine Capitonem, diſcedere eos iuſſit: Néve cum, in quem tam grauia maledicta iecíſſent, falſo denuò honore deluderent. Oportere quippe eos, ſi viri ſunt fortes, animíque conſtantis, etiam in preſentem effundere contumelias: nec ſolùm in verbis, ſed etiam in armis amorem libertatis oſtẽdere. His dictis extertita multitudo, ſimul etiam militibus, qui cũ Capitone venerãt, in medium vulgus irruẽtibus, diffugerunt, antequàm Florum ſalutarent, aut militibus officia conſueta redderent. Diſcedentes igitur in domos, cum metu atque humilitate perurgilem duxere noctem. Florus autem tunc quidem degit in regia, poſtridie autem aduerſum eos extructo tribunali ſublimiùs reſedit: conuenientéſque ſacerdotũ principes, & ciuitatis vniuerſa nobilitas, aſtitérũt tribunali. His præcepit Florus, vt omnes qui maledicta in eũ iuciſſe malſſent, protinus dederent: edicens in ipſos eſſe, niſi reos prodiderint, vindicandum. Ad hæc reſpondent Iudæi, populum quidem pacifica quæque ſentire, illis verò qui errauiſſent in verbis, veniam conferendam poſtulabant. In tanta ſiquidẽ multitudine, nihil eſſe mirandũ, offendi aliquos temerarios, & per ætatem inſipientes: eſſe autẽ impoſſibile eorum qui deliquerint, diſcrimen agitari, cùm & ſingulos nimirum pœniteat, & præ timore ad negandum ſint parati. debere tamen illum ſi conſuleret gentis quieti, & vellet Romano imperio ſeruare vrbem, magis propter multos innoxios dare veniam etiam paucis delinquentibus, quàm propter paucos improbos perturbare multitudinem tantam bonorũ. Ad hæc verò ille magna indignatione inflammatus, militibus exclamauit, vt forum rerum venalium, quod erat in ſuperiori parte ciuitatis, diriperent, ac paſſim obuios trucidarẽt. Illi verò ad lucri ſui cupidinem addita autoritate rectoris, non ſolùm illum diripuerunt locũ in quem fuerant immiſſi, ſed in vniuerſas inſilientes domos, interficiebant habitatores. Fuga autem erat per angiporta omnia, quoque nulla ſpecies præteribatur. Multos autem etiam nobilium comprehendentes adduxerunt ad

θυμοὺς κατεῖχον. ὁ δὲ φλῶρος ὥσπερ ἐργολαβήσας ἐκπολέμησιν τὸν πόλεμον, καὶ πέμψας δεῖται τοῦ ἱεροῦ θησαυροῦ, ἕξακις ἑπτακισχίλια τάλαντα σκηψάμενος εἰς τὰς καίσαρος χρείας. συγχύσις δὴ λαβοῦσα εἶχε τὸν δῆμον, καὶ σωὼ θορυβοῦντες εἰς τὸ ἱερὸν βοᾶις ὀλοφυρτικοῖς, καὶ τὸ καίσαρος αὐτοκράτορος ὄνομα, καὶ τῆς φλώρε τυραννίδος ἐλευθεροῦν σφᾶς ἱκέτευον. ἔνιοι δὲ τῶν στασιαστῶν λοιδορίας αἰσχίστους εἰς τὸν φλῶρον ἐκεκράγεσαν, καὶ κανοῦν διφέροντες ἐπήτουν αὐτῷ κέρμα, καθάπερ ἀκλήρῳ, καὶ ταλαπωρῶ. τούτοις μὲν οὐδὲν ἔμελε τῆς φιλαργυρίας, ἀλλ' ὅτι τῷ μᾶλλον χρηματίσασθαι προσωρμήθη. δέον γὰρ εἰς καισάρειαν ἐλθόντα σβέσαι τὸ τῆς πολέμου πῦρ ἐκεῖθεν ἀρχόμενον, καὶ τὰ ταραχῆς αἴτια λῦσαι τοῖς ἀρχαίοις, ἐφ' ᾧ καὶ μισθὸν ἔλαβεν, ὁ δὲ μετὰ τραπᾶς ἱππικῆς τε καὶ πεζικῆς, ὅτι ἱεροσολύμων ὥρμησεν, ἵνα τοῖς ῥωμαίων ὅπλοις ἐργάζηται, καὶ τῷ δείει καὶ τῇ ἀπειλᾷ φοβήσῃ τὴν πόλιν. ὁ δῆμος προϋπαντήσας τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ βουλόμενος, ὑπάντα τοῖς τραπώταις μετ' εὐφημίας, καὶ τὸ φλῶρον θεραπευτικῶς ἐποιήσαντο παρασκευάσαι. κἀκεῖνος προπέμψας σὺν ἱππεῦσιν πεντήκοντα καπίτωνα ἑκατοντάρχην, ἀναχωρεῖν αὐτοὺς ἐκέλευσε, καὶ μὴ πρὸς ὃν ἔτυχε λοιδόρησαν ἀρρᾳδῶς, εἰρωνεύεσθαι τοὺς νεῶν φιλοφρονήσεις. δεῖν γὰρ αὐτοὺς εἴπερ ἄνδρας εἶναι καὶ παῤῥησιαστὰς, σκώπτειν μὲ αὐτὸν καὶ παράγειν. φαίνεσθαι δὲ μὴ μόνον ἐν τοῖς λόγοις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις φιλελεύθερος. ἔτι καταπλαγὲν τὸ πλῆθος, ἅμα τῇ τῶν καπίτωνα ἱππέων εἰς μέσους φερομένων, διεσκεδάσθη, πρὶν ἀσπάσασθαι τὸν φλῶρον, ἢ τοῖς τραπώταις φανερὸν ποιῆσαι τὸ πειθήνιον. ἀναχωρήσαντες δὲ εἰς τὰς οἰκίας μετ' δέους καὶ ταπεινότητος διενυκτέρευσαν. φλῶρος δὲ τότε μὲν ἐν τοῖς βασιλείοις αὐλίζεται. τῇ δ' ὑστεραίᾳ βῆμα πρὸ αὐτοῦ θέμενος καθέζεται, καὶ προσελθόντες οἵ, τε ἀρχιερεῖς καὶ δυνατοὶ, τό, τε γνωσιμώτατον τῆς πόλεως πᾶν, παρέστησαν τῷ βήματι. τούτοις ὁ φλῶρος ἐκέλευσε τοὺς λοιδορήσαντας αὐτὸν ἐκδοῦναι, φάμενος αὐτοὺς ἀπολαύσειν τῆς ἀμνηστίας, εἰ μὴ προσαίροιεν τοὺς αἰτίους. οἱ δὲ τὸ μὲν δῆμον ἀπέφαινον εἰρηνικὰ φρονοῦντα, τοῖς δὲ ὠλιγαρχικοῖς ἠτιοῦτο συγγνώμην. ἐν γὰρ τοσούτῳ πλήθει, θαυμαστὸν οὐδὲν εἶναί τινας θρασυτέρους, ἐν δὲ ἡλικίαν ἀφρονεστάτην ἀμήχανον δὲ τὴν ἡμαρτηκότων τὸ ἀκριβὲς ἰδεῖν ἑκάστου μετανοοῦντος τε, καὶ δι' ἃ ἐδόθησαν ἀρνουμένου. δεῖν μέντοι γε ἐκεῖνον προνοεῖν τῆς κοινῆς τοῦ ἔθνους εἰρήνης, καὶ βουλεύεσθαι ῥωμαίοις φείσασθαι τῆς πόλεως, καὶ μᾶλλον ὀλίγοις τοῖς πολλοὺς ἀκαταστάτους, συγγνώμην καὶ τοῖς ὀλίγοις πλημμελήμασιν, ἢ δι' ὀλίγους πονηροὺς ταράξαι δῆμον ἀγαθὸν τοσοῦτον. πρὸς ταῦτα μᾶλλον παροξυνθεὶς, ἐμβοᾷ τοῖς τραπώταις διαρπάζειν τε τὴν ἄνω καλουμένην ἀγορὰν, καὶ κτείνειν τοὺς ἐντυγχάνοντας. οἱ δὲ θυμὸν κέρδους προσλαμβάνοντες ἡγεμονικὴν ὠλιγαρχίαν, οὐ μόνον ἐφ' οὓς ἐπέμφθησαν τόπον ἥρπαζον, ἀλλ' εἰς πάσας ἐμπηδῶντες τὰς οἰκίας, ἔσφαζον τοὺς οἰκήτορας. φυγὴ δ' ἦν ἐν τῇ στενωπῷ, καὶ φόνος τῶν καταλαμβανομένων, ξόπος τε ἁρπαγῆς οὐδεὶς παρελιμπάνετο. καὶ πολλοὺς τῶν μετρίων συλλαμβάνοντες, ὅτι τὸν

& cædes eorum qui comprehendebantur: direptionis

φλῶρον

φλῶρος ἦγον, οὓς μάστιξι προσαικισάμενος, αἰσχρῶ- A
σιν ὁ γοῦν σύμπας τῆς ἑκκαιδεκάτης ἀπολομένων τὴν ἡμέρας
ἀριθμὸς, σὺν γυναιξὶ καὶ παιδίοις (οὐδὲ γὰρ νηπίων ἀπέ-
χοντο) μυρίους καὶ ἑξακοσίους συνῆχθη. βαρυτέραν
δ' ἐποίει τὴν συμφορὰν, τὸ καινὸν τῶν ῥωμαίων ὠμότη-
τος. ὃ γὰρ μηδεὶς πρότερον, τότε φλῶρος ἐτόλμησεν,
ἄνδρας ἱππικοῦ τάγματος μαστιγώσας πρὸ τοῦ βήμα-
τος, καὶ σταυρῷ προσηλώσας, ὧν εἰ μὴ τὸ γένος ἰουδαῖοι,
ἀλλὰ τὸ γοῦν ἀξίωμα ῥωμαϊκὸν ἦν.

Κεφάλαιον κε'.

Κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν, ὁ μὲν βασιλεὺς ἀγρίππας B
ἔτυχεν εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν πεπορευμένος, ὅ-
πως ἀλεξάνδρῳ, συνηθείᾳ πεπισευμένῳ τὴν ἀγυ-
πτίων ὑπὸ νέρωνος, καὶ πεμφθέντι διέπειν. τὴν δ' ἀδελ-
φὴν αὐτοῦ βερνίκην παρεῖναι ἐν ἱεροσολύμοις, καὶ τὴν
ἀδικομένην τῆς στρατιᾶς ὑποθεωμένην, δεινὸν εἰσῆλθε
πάθος, καὶ πολλάκις τοὺς τε ἱππάρχας αὐτῆς καὶ σωμα- C
τοφύλακας πέμπουσα πρὸς φλῶρον ἐδεῖτο παύσα-
σθαι τῆς φόνου. καὶ ὁ μὲ ὔτε εἰς τὸ πλῆθος τῆς ἀναιρουμέ-
νων, ὔτε εἰς τὴν δυσχέρειαν τῆς ἀδικαλύσης, ἀλλ' εἰς
μόνον τὸ λυσιτελὲς τὸ ἐκ τῆς ἁρπαγῆς ὑποβλέπων,
παρήκουσεν. ἡ δ' ὁρμὴ τῆς στρατιᾶς ἐλύσησε καὶ κατ' τῆς
βασιλίδος. ἃ μόνον γοῦν ἐν ὀμμασιν αὐτῆς ἠκίζοντο
τοῖς ἀλισκομένοις καὶ διέφθειρον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ἀνεῖ-
λον, εἰ μὴ καταφυγεῖν εἰς τὸ βασιλικὴν αὐλὴν ἔφθη. D
κἀκεῖ διευκτέρουσα μὴ φυλακῆς, δεδοικυῖα τὴν στρα-
τιᾶς ἔφοδον. ἐπεδήμει. ἦ δ' ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις, εὐχὴν
ἐκτελοῦσα τῷ θεῷ. τοῖς γὰρ ἢ νόσῳ καταπονουμένοις, ἢ
πισὶν ἄλλαις ἀνάγκαις, ἔθος εὔχεσθαι πρὸ τριάκοντα
ἡμερῶν, ἃς ἀποδώσειν μέλλοντι θυσίας, οἴνου τε ἀφέ-
ξεσθαι καὶ ξυρήσασθαι τὰς κόμας. ἃ δὴ τότε τελοῦσα
βερνίκη, γυμνόποις τε πρὸς τῷ βήματος ἱκέτευσε τὸν
φλῶρον, καὶ πρὸς τὸ μὴ τυχεῖν αἰδοῦς αὐτὴν, τὸν περὶ τ' E
ζωῆς κίνδυνον ἐπείρασεν. ταῦτα μὲν οὖν ἐπτακαιδεκάτῃ
μηνὸς ἀρτεμισίου συνέβη. τῇ δ' ὑπαύσῃ τὸ μὲ πλῆθος
ἐφορμηθῆναι, εἰς τὴν ἄνω συνέῤῥυσεν ἀγορὰν, καὶ
βοαῖς ἀχαμοῖς περὶ τῶν ἀπολωλότων αἰωδύροντο. τὸ
πλέον δ' ἦσαν εἰς τὸν φλῶρον ὀνείδη φωναί. πρὸς
ὃ δείσαντες οἱ δυνατοὶ σὺν τοῖς ἀρχιερεῦσι τὰς ἐσθῆτας
περιέῤῥηξαντο, καὶ προσέπιπτον ἑκάστοις, ἐδέοντο παύ-
σασθαι, καὶ μὴ πρὸς οἷς πεπόνθασιν εἰς αὐτοὺς παροξύνειν τι τὸν F
φλῶρον προθύμως. ἐπειδὴ δ' τὸ πλῆθος ταχέως, αἰδοῖ
τε τῆς ἀδικαλουμένων, καὶ κατ' ἐλπίδα τοῦ μηδὲν ἔτι
τὸν φλῶρον εἰς αὐτοὺς παρανομήσειν.

Κεφάλαιον κζ'.

Ὁ δὲ σβεσθείσης τὴν ταραχῆς ἦλθεν, καὶ πάλιν αὖ-
τὴν ἀνάψαι προσηυτρεπίζετο, τούς τε ἀρχιερεῖς
σὺν τοῖς γνωρίμοις μεταπεμψάμενος, καὶ μόνον ἔφη τεκ-
μήριον ἔσεσθαι, τοῦ μηδὲν ἔτι τὸν δῆμον νεωτερίσειν, εἰ
προελθόντες ὑπαντήσουσι τοῖς ἀπὸ καισαρείας αἰουσι G
στρατιώταις. παρεκελεύοντο δ' οὗτοι πρᾶγμα. τῷ δ' ἔτι συνε-
καλουμένων τὸ πλῆθος, προπέμψας διεδήλου τοῖς τ' ἀφ'
ἑκατὸν ἄρχας, ὅπως παραγγείλωσι τοῖς ὑφ' ἑαυ-
τοῖς, μήτε αὐτεπαγὲς ποιεῖσθαι τοῖς ἰουδαίοις, κἂν τι καὶ ἀνα-
φθέγξωνται, χρήσασθαι τοῖς ὅπλοις. οἱ δ' ἀρχιερεῖς εἰς τὸ ἱε-
ρὸν τὸ πλῆθος συναγαγόντες ὑπεδέχοντο τοὺς ῥωμαίους παρε-
κάλουν καὶ πρὸ αὐτῶν τοῦ πάθους, τὰς πρεπούσας δεξιώσεις.

Florum, quos ille verberibus laniatos in crucem fustulit. Denique omnis numerus illo interfectorum die cum paruulis & mulieribus (neque enim vel lactantibus pepercerant) fuit sexcenti & triginta. Grauiorem autem faciebat calamitatem videri nouitas Romanæ calamitatis: quod enim nemo vnquam priùs, tunc Florus ausus est, vt viros scilicet equestris ordinis pro tribunali flagellis cæderet, ac patibulis affigeret: quorum etsi origo Iudæa, tamen Romana dignitas erat.

Cap. XV. De alia oppressione Hierosolymorum dolo Flori.

PEr idem tempus rex quidem Agrippa Alexandriam erat profectus vt Alexandrum, qui Ægyptum procurabat missus à Nerone, iure hospitis conueniret. Germanam autem suam Berenicen, Hierosolymis inuentam, & iniquitatem militum videntem, grauis ob hoc angor inuaserat. & frequenter quidem præfectos equitum suorum, custodéique corporis mittens ad Florum precabatur, vt à cæde desineret. Ille verò neque in multitudinem interfectorum, neque in nobilitatem precatricis, sed tantùm in lucra sua, quæ de rapinis congregarentur, aspiciens, contempsit annuere: impetus autem militum etiam aduersùm reginam efferatus est. Non solùm quippe sub oculis eius obuios quosque mulctabant atque trucidabant, sed etiam ipsam, nisi confugisset in aulam, interfecissent. Ibi autem peruigilem noctem cum intenta custodia egit, verens vtique irruptionem militum. Venerat autem Hierosolymam, vt vota Deo solueret. His enim qui morbo vel aliis necessitatibus implicantur, mos est orare per triginta dies, antequam immolent hostias: abstinere quoque vino, & capillos radere. Quem morem Berenice regina illis exercens diebus, nudipes etiam ante tribunal stetit, deprecans Florum: & præter quod nihil honoris habitum est, etiam de vita sua periclitata est. Hæc autem facta sunt sextodecimo die mensis Maij. Postridie autem conueniens multitudo in forum, quod erat in superiori parte ciuitatis, magnis clamoribus de his qui interfecti fuerant, querebantur: potissimum autem inuidiosæ in Florum voces erant: quod veriti primates quique & pontifices, diruptis vestibus, & viritim singulos comprehendentes, postulabant, vt ab his verbis, quorum causa tanta mala pertulerant, desisterent, neque in maiorem indignationem Florum mouerent. Sícque sedata est multitudo, tam reuerentia precantium, quàm spe quòd nequaquam Florus vltra in eos sæuiret. Ille autem videns multitudinis tumultum fuisse compressum, angebatur, & denuo eam inflammare cupiens, pontifices cum nobilibus aduocauit. Itaque vnum ait argumentum fore, quod nihil vlterius de nouandis rebus cogitaret, si populus obuiam procederet militibus de Cæsarea venientibus: veniebant autem duæ cohortes. Qui cùm conuocasset populum ad occurrendum, mandat centurionibus, vt nullam salutationem redderent obuiantibus Iudæis. Ad quod si offensi petulanter quippiam essent locuti, statim in eos vterentur armis. Pontifices ergo collecta multitudine in templo, precabantur vt occurrerent Romanis, & ante graue incommodũ cohortes solenniter salutarent.

His hortationibus seditiosi quique abnuebãt, & ob interfectorum dolorem reliqua multitudo iungebatur audacibus. Tunc verò omnes sacerdotes omnésque leuitæ sacra vasa proferentes ornatumque templi, citharistæ etiam & cantores cum musicis organis procidebant ante multitudinem, & obnixissimè precabantur, vt illum templi honorem custoditum esse vellent, neq; ad direptionem vasorũ sacrorum Romanos cõtumeliis incitarent. Erat autem videre ipsos sacerdotum principes sparsis cinere capitibus, & pectora disruptis vestibus nuda monstrantes, nominatim singulos quosque nobilium compellare, ac denuo in commune multitudinem precari, ne ob modicum peccatum patriam suam proderent his, qui direptioni eius inhiarent. Quam enim vtilitatem vel militibus esse de Iudæorum salutatione tribuendam, vel illis quæ acciderant correctionem, si in præsenti procedere cessarent? At contrà, si officiosè susciperent solenniter venientes, auferri Floro occasionem pugnæ: ipsos verò saluare patriam suam, & prouidere ne quid vltra quàm pertulerant, experirentur. His addunt, quòd paucis seditiosis si tanta multitudo iungatur, hoc magis ad pacificum consilium suam deberent autoritatem transferre. Tali hortatu multitudinem inflectentes, etiam ipsos seditionis autores quosdam quidem minis, quosdam autem sui reuerentia mitigauerunt: ac deinceps præcedentes cum quiete omni populo sequente, militibus obuiam prodierunt. Iámque cominus factos salutauerunt: illis autem nihil respondentibus, seditiosi Iudæorum aduersùm Florum, cuius hæc fierent consiliis, succlamauerunt. confestimque milites comprehendentes eos, cædere fustibus adorti sunt: atque in fugam versos persequentes equites proculcabant. Corruebant autem multi quidem cùm à Romanis cæderentur, plures autem cùm se mutuò propellerent. In ipsis autem portis grauis facta est compressio, & vno quoque alterum præuenire cupiente tardior fuga cunctis fiebat. Collabentium verò durus erat interitus. Suffocatu enim atque conculcatu miseri disperibant, & neque ad sepulturam quisquam proximis suis cognoscendus remanebat. Irruebant autem etiam pariter milites immoderatè, eos quos comprehendissent cædentes: & per ingressum qui Bezetha vocatur detrudebant multitudinem, transire cupientes vt Antoniam & templum obtinerent. Quos etiam Florus consecutus, eduxit de regia eos qui secum erant, & in arcem transire nitebatur. Frustratus tamen est eius impetus. Conuersus quippe aduersùm eos populus repugnauit, & per tecta euadentes obruebant saxis Romanos. Qui cùm supernè venientibus sagittis vincerentur, nec possent defendere multitudinem quæ per angustos arctabatur ingressus, ad reliquum se exercitum qui erat in regia receperunt. Seditiosi autem verentes, ne superueniens denuò Florus templum occuparet, per Antoniam ex templo ascendentes, porticus à templo ad Antoniam continentes intercidерunt, quatenus auaritiam Flori desperatione compescerent. Nam cùm diuinis inhiaret thesauris, próque his in Antoniam transgredi niteretur, vbi intercisas porticus vidit,

A Τούτοις τὸ στασιῶδες ἠπειθῆ, & ὀλίγοι τοὺς ἀπροσδοκήτους τὸ πλῆθος ἔρρεπε πρὸς τοὺς θρασυτέρους. ἔνθα δὴ πᾶς μὲν ἱερεὺς, πᾶς δ' ὑπηρέτης τοῦ θεοῦ, τὰ ἅγια σκεύη προκομίσαντες, καὶ τὸν κόσμον ἐν ᾧ λειτουργεῖν ἔθος ἦν αὐτοῖς ἀναλαβόντες, κιθαρῳδοί τε καὶ ὑμνῳδοὶ μετὰ τῶν ὀργάνων προπίπτοντες, κατικετεύουν φυλάξαι τὸν ἱερὸν κόσμον αὐτοῖς, καὶ μὴ πρὸς ἁρπαγὴν τῶν θείων κειμηλίων ῥωμαίους ἐρεθίσαι. Τοῖς δ' ἀρχιερεῖς αὐτοὺς ἦν ἰδεῖν καταμωμένους μὲν τῆς κεφαλῆς κόνιν, γυμνοὺς δὲ τὰ στέρνα τῶν ἐσθήτων προερρηγμένων. ὀνομαστὶ δ' ἕκαστον τῶν γνωρίμων & κοινῇ τὸ πλῆθος ἱκέτευον, μὴ δι' ὀλιγωρίας πλημμελείας, προδοσίαν τινὰ τῇ πατρίδι ταῖς ὑπεναντίοις ὁρμοῦσι πορθῆσαι. τίνα γὰρ ἢ στρατιώταις φέρειν ὠφέλειαν τὸν ὑπὸ Ἰουδαίων ἀσπασμὸν, ἢ διόρθωσιν αὐτοῖς τῶν συμβεβηκότων, τὸ μὴ νῦν προσελθεῖν. εἰ δὲ δὴ δεξιώσαιντο τοὺς προσιόντας ὡς ἔθος, φλόρου μὲν ἀποκοπήσεσθαι τινὰ ἀφορμὴν τοῦ πολέμου, κερδῆσειν δ' αὐτοὺς τινὰ πατρίδα, & τὸ μηδὲν παθεῖν πλέον. ἄλλως τε, καὶ τὸ πείθεσθαι στασιάζουσιν ὀλίγοις, δῆλον αὐτοὺς δῆμον ὄντας τοσοῦτον, συναναγκάζειν κἀκείνους συγγνωμονεῖν, δεινῆς ἀσεβείας ἔξω. Τούτοις μειλισσόμενοι τὸ πλῆθος, ἅμα καὶ τῶν στασιαστῶν, οὓς μὲν ἀπειλαῖς, οὓς δ' αἰδοῖ κατέσειλαν. ἔπειτα ἐξηγούμενοι, μετ' ἡσυχίας τε καὶ κόσμου τοῖς στρατιώταις ὑπεὶς ἰόντων, καὶ πλησίον γενόμενοι ἠσπάσαντο. τῶν δὲ μηδὲν ἀποκεκριμένων, οἱ στασιασταὶ φλόρου κατεβόων. τοῦτο δ' ἦν σύνθημα κατ' αὐτῶν δεδομένον. αὐτίκα γοῦν οἱ στρατιῶται, προσιόντες αὐτοὺς, ἔπαιον ξύλοις, καὶ φεύγοντας οἱ ἱππεῖς κατεδιῴκοντες, συνεπάτουν. ἔπιπτον δὲ πολλοὶ μὲν ὑπὸ ῥωμαίων τυπτόμενοι, πλείους δ' ὑπ' ἀλλήλων βιαζόμενοι. δεινὸς δὲ περὶ τὰς πύλας ὠθισμὸς ἦν. καὶ φθάσειν ἑκάστου ἀπολιδοῦντος, βεβαιοτέρα μὲν ἡ φυγὴ πᾶσιν ἐγίνετο, πρὸς δὲ σφαλέντων ἀπώλεια δεινή. πνιγόμενοι γὰρ & κλιβόμενοι πλήθει πρὸς ἀλλήλων ἐφαίζοντο, καὶ οὐδὲ νεκρὸς τις γνώριμος τοῖς ἰδίοις κατελείπετο. συνέπιπτον δὲ καὶ στρατιῶται πάντες ἀναιδῶς τοῖς καταλαμβανομένοις, καὶ δίχα τῆς βεζεθὰ καλουμένης, ἀπώθουν τὸ πλῆθος, βιαζόμενοι παρελθεῖν καὶ κρατῆσαι τότε ἱεροῦ καὶ τῆς Ἀντωνίας. ὡς δὲ καὶ φλῶρος ἐφίεμενος, ἐξήγαγεν ἐκ τῆς βασιλικῆς αὐλῆς τοὺς σὺν αὐτῷ, καὶ πρὸς τὸ βραχύτερον ἐλθεῖν ἠγωνίζετο. διεμάρτανε γε μὲν τῆς ὁρμῆς. ὁ γὰρ δῆμος ἀπτώτοις ὑπεραφεὶς, εἶργε τὴν ὁρμὴν, καὶ ἑστῶτες ὅλῃ τῇ τειχῶν, τοὺς ῥωμαίους ἔβαλλον. καταπονούμενοι δὲ τοῖς ὑπερθε βέλεσι, & ὀχυρὰν τὴν στοὰν τῶν πρὸς ἑσπέραν ἐμφράξαι πλῆθος ἀθρόησαντες, ἀνεχώρησαν εἰς τὸ πρὸς τοῖς βασιλείοις στρατόπεδον. οἱ δὲ στασιασταὶ διῆσαντες μὴ πάλιν ἐπελθὼν ὁ φλῶρος κρατήσῃ τοῦ ἱεροῦ ὅλης τῆς ἀντωνίας, ἀναβαίνουσι διὰ τῶν συνεχῶν στοᾶν τοῦ ἱεροῦ πρὸς τὴν ἀντωνίαν διέκοψαν. τοῦτο ἔφυγε τὴν φλώρου πλεονεξίαν· ἦν γὰρ τοῦ θεοῦ θησαυρῶν ἐπιθυμῶν, καὶ ὀλίγα τοῦτο παρελθεῖν ὁρμῇ εἰς τὴν ἀντωνίαν, ὡς ἐπεράσησαν αἱ στοαὶ,

τὴν

τ ὁρμὴν ἀπέδαπη. ἡ μέγα πεμψάμενος τοὺς τε ἀρχιερεῖς ἡ τ βελὴν, αὐτὸν μὲν ἐξιέναι τ πόλεως ἔφη, φρουρεῖν δ καταλείψειν αὐτοῖς ὅσην αὐ ἀξιώσωσι. τὴν δὲ πᾶσι δεῖ ἀσφαλείας Ⓒ τ μηδὲν νεωτερίσειν ὑποχομένων, εἰ μίαν αὐτοῖς καταλείψοι σπεῖραν, μὴ μὴν τὰς τ μαχησαμένας. ἐκὼς γὰρ ταύτην ἀπεχθῶς, διὰ ἃ πέπονθεν ἔχειν τὸ πλῆθος. ἀλλάξας τ σπεῖραν, ὡς ἠξίωσαν μὴ δ λοιπῆς δυνάμεως ὑπέστρεψεν εἰς καισάρειαν.

A

ab impetu conquieuit. & conuocans sacerdotum principes atque curiam, se quidem ait vrbe digredi, præsidium tamen apud eos relinquere quantum ipsi voluissent. Ad hæc illis respondentibus, nihil nouandum fore, si vnam tantùm relinqueret apud eos cohortem, dum tamen non illam quæ cum ciuibus paulo antè conflixerat: ob ea siquidem quæ pertulêre populum illis militibus infensum esse: cohorte sicut precabantur mutata, cum reliqua manu Cæsaream regressus est.

B

Κεφαλ. κβ.

Ἕτερον δ ὑπεβολιὼ τῷ πολέμῳ προεζόμενος, ἐπέστελλε κεστίῳ, ἰουδαίων ὑπόσασιν καταφυδόμενος, τήν τε ἀρχὴν τ μάχης θεὶς αὐτοῖς, ἡ δράσαι λέγων ἐκείνους, ἃ πεπόνθασιν. ὑμεῖς δ' οἱ τῶν ἱεροσολύμων ἄρχοντες ἐσίγησαν. ἀλλ' αὐτοί τε ἡ βερνίκη τῷ κεστίῳ περὶ ὧν φλῶρος εἰς τὴν πόλιν παρεμύθησεν, ἔγραφον. ὁ δ, τὰ παρ' ἀμφοῖν ἀναγνούς, μὴ ἡμερῶν C ἐβουλεύετο. Ⓒ τοῖς μὲν αὐτῷ ἐδόκει κέσιον μὴ στρατιᾶς ἀναβαίνειν, ἢ τιμωρησόμενον τ ὑπόσασιν εἰ γένοιτο, ἢ βεβαιοτέρους κατασήσοντα ἰουδαίους, ἡ συμμίσοντας. αὐτὸς δ πρεσβείαν τινὰ τῶν ἑταίρων τ κατασκεψόμενον τὰ πράγματα, ἡ τὰ φρονήματα τῶν ἰουδαίων πῶς ἀγγελοῦντα. πέμπει οὖν δή τινα τῶν χιλιάρχων νεαπολίτανὸν, ὃς ἀπὸ δ ἀλεξανδρείας ὑποστρέφοντι προσυτυχὼν ἀγρίππᾳ τῷ βασιλεῖ ἡ ἰαμνίαν, τὸν D πέμψαντα ἡ τὰς αἰτίας ἐδήλωσεν. ἔνθα δὴ ἰουδαίων οἵ τε ἀρχιερεῖς ἅμα τοῖς δυνατοῖς, Ⓒ ἡ βελὴ πᾶσα, ἐξεκρέμη τὸν βασιλέα. μὴ δ τ εἰς ἐκεῖνον θεραπείαν, ἀπωδύροντο τὰς ἑαυτῶν συμφορὰς, ἡ τὴν φλώρου διεξήεσαν ὠμότητα. ἐκὼς ὢν ἠναγκάζετο μὲν ἀγρίππας. στρατηγικῶς δ τὴν ὀργὴν εἰς ἃς ἦλθεν ἰουδαίους μετάφερε, ζητοῦντα αὐτῶν ἐκλόμενος τὰ φρονήματα, ἡ τῷ μὴ δοκεῖν ἀδίκως τι πάσχειν, δ ἀμωσὶν ὑποῤῥίπτων. οἱ E μὲν οὖν ὡς αὐ ὄντες ἔκκειται, Ⓒ δεῖ αὐτῷ κτήσεις ὑπομένοντες εἰρήνην, συνίεσαν δυνοϊκὴν τ ὑπάπλησιν τ βασιλέως. ὁ δ δῆμος ὡς τῷ ἱεροσολύμων, ὅτι ἑξήκοντα σταδίους, ἐδέξιστο τὸν ἀγρίππαν, ἡ τὸν νεαπολίτανόν. ὀλοφύρονται δ αἱ τῶν ἀπεσφαγμένων γυναῖκες προσελθοῦσαι, ἡ ἐκὼς τὴν τούτων οἰμωγὴν, ὁ δῆμος εἰς ὀλοφυρμοὺς τραπόμενος, ὑπεκρεῖν τὸν ἀγρίππαν ἱκέτευε. τῷ τε νεαπολίτανῳ καταβόων, ὅσα F πάσχειν ὑπὸ φλώρου, ἡ παρελθοῦσιν εἰς τὴν πόλιν, τὴν τε ἀγορὰν ἠρημωμένην ὑπεδείκνυον, ἡ ἐπορθημένας τὰς οἰκίας. ἔπειτα δ' ἀγρίππα πείθουσι τὸν νεαπολίτανὸν σὺν ἑνὶ θεράποντι προελθεῖν μέχρι τοῦ σιλοᾶ τὴν πόλιν, ἵνα γνῷ ἰουδαίους τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι ῥωμαίοις εἰκοντας, μόνῳ δ ἀπεχθανομένους φλώρῳ δι' ὑπερβολὴν τῆς εἰς αὐτοὺς ὠμότητος. ὁ δ, ὡς διοδεύσας πεῖραν ἔλαβεν ἱκανὴν τῆς G πραότητος αὐτῶν, εἰς τὸ ἱερὸν ἀνέβαινεν. ἔνθα συγκαλέσας τὸ πλῆθος, ἡ πολλὰ μὲ εἰς πίστιν αὐτοὺς τὴν πρὸς ῥωμαίους ἐπαινέσας, πολλὰ δ εἰς τὸ τηρεῖν τὴν εἰρήνην παρεκελεύσατο, ἡ τὸ θεοῦ προσκυνήσας δοον ἦλθε τὰ ἅγια, πρὸς κέσιον ἐπανῆκε. τὸ δ πλῆθος

Cap. XVI. De Politiano tribuno, & oratione Agrippæ ad Iudæos, ad obediẽdum Romanis.

ALiud autem denuò pugnæ consilium comminiscens, retulit ad Cestium, & Iudæos defectionis criminatus est: impudenti mendacio illos perpetrasse dicens, quæcunque eos pertulisse constabat. Nec sanè principes Hierosolymorum quæ gesta fuerant, tacuerunt: sed & ipsi & Bernice ad Cestium de his quæ Florus iniquè in vrbe egerat, retulerunt. Ille autem susceptis literis partis vtriusque, quid facto opus esset cum principibus deliberabat. Et quibusdam quidem videbatur, cum exercitu in Iudæam Cestium ire debere, & aut vindicare defectionem, si fuisset admissa, aut magis fidos reddere Iudæos eorúmque accolas. Ipsi tamen magis placuit aliquem de suis præire, qui & negotia & consilia Iudæorum posset ei fideliter nuntiare. mittit ergo tribunum Politianum, qui ab Alexandria reuertenti Agrippæ circa Iamniam occurrens, & à quo fuisset missus, & ob quas causas indicat. Quo loci Iudæorum etiam pontifices, & reliqui nobiles, eorúmque curia adesse curauerant, vt circa regem scilicet officia nouarent. Postea verò quàm illum congrua humanitate coluerunt, conquesti sunt quàm potuerunt flebiliter de calamitatibus propriis, & inhumanitatem Flori explicauerunt. Quam licèt argueret Agrippa, vafrè tamen inuectionem suam in Iudæos transtulit, quorum maximè miserebatur, volens scilicet frænare eorum motus: vt per hoc ipsum quod viderentur nihil perpessi iniuriæ, ab vltionis desinerent appetitu. Ad hæc ergo quicunque egregij erant, & propter sua prædia desiderabant quietem, intelligebant regis redargutionem esse plenam benignitatis. Populus autem Hierosolymorum sexaginta stadiis obuiam progressus, officiosè Agrippam & Politianum suscepit. Lamentabantur tamen interfectos coniuges mulierés: quarum plangoribus reliquus quoque populus ad lamenta conuersus, precabatur Agrippam vt genti consuleret. Succlamabant etiam Politiano, vt ingrederetur vrbem, viderétque quæ essent à Floro gesta: & ita ostendebant forum desertum domósque vastatas. deinceps verò per Agrippam suasêre Politiano, vt is cum vno tantum famulo ad Siloam vsque totam circuiret ciuitatem: quatenus ipsis cognosceret oculis, Iudæos omnibus quidem aliis patêre Romanis, soli autem Floro aduersari propter magnitudinem in eos factæ crudelitatis. Ille igitur cùm circuisset vrbem, & manifestudinis populi sufficiens documentum teneret, ascendit in templum, quò etiam multitudinem conuocauit: & cùm plurimis verbis fidem eorum circa Romanos collaudasset, multa etiam ad conseruationem pacis hortatus, adorauit Deũ eiúsque sancta: in eo tamen consistens loco, in quo licebat per religionem: sicque regressus ad Cestium est. vulgus autem

Iudæorum, ad regem pontificésque conuersus petebat, vt legati aduersùm Florum ad Neronem mitterentur, neque de tanta cæde tacentes suspicionem suæ defectionis præberent: visum iri quippe eos principes capiendorum armorum fuisse, nisi præuenientes ostendissent illum esse qui dedisset exordium, constabat autem multitudinem non esse quieturam, si legationem aliquis impediisset. Ad hæc Agrippa, ordinari quidem legatos, qui Florum accusarent, inuidiosum putabat: despicere autem Iudæos in bella commotos neque sibi expedire cernebat. aduocata igitur concione in xystum, & in suggesto constituens germanam suam Bernicen, in Asamonæorum domo (ea siquidem xysto imminebat contra superiorem partem vrbis: nam xysto templum erat ponte coniunctum) huiusmodi orationem habuit: Si quidem viderem vos omnes ad pugnandum cum Romanis esse incitatos, neque populi puriorem syncerissimámque partem pacem velle seruare, neque processissem ad vos, neque consulere consisus essem: superuacua quippe de vtilibus oratio est, quando omnium auditorum conspirat ad deteriora consensus. Quoniam verò aliquos quidem ætas, malorum belli nescios facit, quosdam verò inconsiderata spes libertatis: nonnullos verò auaritia succendit, & in confusione rerum capiendum de inferioribus lucrum: quemadmodum ipsi ab hoc errore corrigantur, & non per paucorum improba consilia etiam boni dispereant, existimaui oportere, vt omnibus vobis in vnum coactis ea exponerem, quæ arbitror expedire. Obstrepat autem nemo, si non ea audierit quæ ipsius fert libido. His siquidem qui sunt ad defectionem irreuocabiliter incitati, licebit etiam post meos monitus manere in pristina voluntate. mea autem etiam ad illos qui audire cupiunt intercipietur oratio, nisi ab omnibus vobis silentium præbeatur. Noui quidem quod multi & iniurias procurantium prouincias, & præconia libertatis quasi tragicè prosequantur. Ego autem priusquam discetiam qui sitis, & contra quos bellum suscipere tentetis, primùm separabo causas, quas connexas putatis. Si enim violatores vestros cupitis vlcisci, cur libertatem magna laude attollitis? Si verò istud ipsum seruire intolerabile ducitis, superflua est aduersùm rectores querela. illis siquidem vel moderatissimè agentibus, nihilominus turpe erit seruire. Considerate autem singillatim, & videte quàm exigua sit materia bellorum. Et primùm quidem ipsa rectorum consideranda sunt crimina. Colere siquidem officiis, non exasperare oportet iurgiis potestatem. Cùm verò modicorum peccatorum exprobrationes maximas [illegible]is, aduersùm vos profectò eos quibus infertis contumelias irritatis. Relinquentes quippe & quod antea clanculo & cum quadam verecundia nocebant, palàm vos confidentérque populantur. nihil autem ita plagas coercet vt patientia, & violatorum quies violantibus iniicit pudorem. Fac autem eos, qui à Romanis in prouincias mittuntur, esse graviter molestos, non tamen etiam Romani omnes violant vos, neque ipse Cæsar, aduersùm quem pugnare vultis. Neque enim ex præcepto illorum improbus ad vos quisquam venit: neque

τῆς Ἰουδαίων, ὅτι τε τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς ἐπόμνυον, πρέσβεις καὶ φλώρου πέμψειν ἐξίου περὶ τούτων, καὶ μὴ σιωπήσαντας ὅτι τοσούτῳ φόνῳ, καταπτῆναι ἑαυτοῖς ὑπόνοιαν ἀποστάσεως. δόξειν γὰρ αὐτοῖς καταρξαι τῆς ὅπλων, εἰ μὴ φθάσαιντε; σὺ δὲ ἔφη τὸν καταρξάμενα. φανεροὶ ἦ ὅσιον ἂν ἡμεῖσιν, εἰ τῷ πρεσβείαν τὸς ἀποκωλύοι. ἀγείπατα ἦ τὸ μὴ χειροτονεῖν φλώρου κατηγόρους, ὅπῃφοιον ἐδόκει. τὸ δὲ διδιδὸν ἦ Ἰουδαίους εἰς πόλεμον ἐκπηδήσας, οὐδὲ αὐτῷ λυσιτελὲς κατεφαίνετο. σφᾶς καλεσάμενος ἦ εἰς τὸν ξυστὸν τὸ πλῆθος, καὶ ἀδελφισμένος ἐν δεξιᾷ τῷ ἀδελφῷ βερνίκῃ, ὅπι τῆς ἀσαμωναίων οἰκίας, αὕτη γὰρ ἦν ὑπερῳ τῷ ξυστοῦ πρὸς τὸ πέραν τῆς ἄνω πόλεως, ἐς γέφυρα τῷ ξυστῷ τὸ ἱερὸν συνῆπτεν, ἔλεξε τοιάδε. εἰ μὲν εἶδον πάντας ὑμᾶς πολεμεῖν ῥωμαίοις ὡρμημένους, καὶ μὴ τὸ δήμου τὸ καθαρώτατον ἐς εἰλικρινέστατον, εἰρήνην ἄγειν σπουδάζοντας, οὔτ' ἂν παρῆλθον εἰς ὑμᾶς, οὔτε συμβουλεύειν ἐθάρσησα. δεινὰς γὰρ ἐστὶ τὰ δέοντα ποιεῖν παῖς λόγος, ὅταν ἡ τῶν ἀκουόντων πάντων πρὸς τὸ χεῖρον ὁμόνοια ᾖ. ἐπεὶ ἦ ταῖς μὲν ἡλικία τῶν δὲ πολέμων κακῶν ἀπείρατος, ταῖς ἦ ἐλπὶς ἀλόγιστος ἐλευθερίας, οἷσιν ἦ πλεονεξία τὸς πρόσω ἄγει, καὶ τὸ φθορᾷ τῶν ἀφανεστέρων ἐκ τὰ σφέτερα συγχυθῇ, κέρδος, ὅπως αὐτοί τε σωφρονισθέντες μεταβάλωνται, καὶ μὴ τῆς ἑτέρων κακοβουλίας οἱ ἀγαθοὶ φθαρῶσιν, ᾠήθην δεῖν ὅπι τὸ αὐτὸ πάντας ὑμᾶς συναγαγὼν εἰπεῖν ἃ νομίζω συμφέρειν. θορυβήσει δέ μοι μηδὶς, ἐὰν μὴ τὰ πρὸς ἡδονὴν ἀκούῃ. τοῖς μὲν γὰρ αἰτίας ὅπι τῶν ὑπόσασιν ὠρμημένοις, ἔνεστι καὶ μετὰ τῶν ἐμῶν φθάσαντα τὰ αὐτὰ φρονεῖν. ἐμοὶ ἦ παρέσται καὶ πρὸς τὰς ἀκοὰς ἐθέλοντας ὁ λόγος, ἐὰν μὴ φθᾷ πάντων ἡσυχία γένηται. οἶδα μὲν οὖν ὅτι πολλοὶ τὰς ἐκ τῶν ὑπερόπτων ὕβρεις, καὶ τὰ τῆς ἐλευθερίας ἐγκώμια ξαγῳδοῦσιν. ἐγὼ ἦ πρὶν ἐξετάζειν τίνες ἐστε, καὶ τίσιν ἐπιχειρεῖτε πολεμεῖν, πρῶτον διαζεύζω τῶν συμπλοκῶν τῶν φάσεων. εἰ μὲν ἀμυνεῖσθε τοὺς ἀδικοῦντας, τί σεμνὸν τῶν ἐλευθερίαν. εἰ ἦ τὸ δουλεύειν ἀφόρητον ἡγεῖσθε, δεινὰ ἦ πρὸς τὺς ἡγεμόνας ἡμάρτηκε. καὶ γὰρ ἐκείνων μετεωριζόντων, αἴρεσιν ὁμοίως τὸ δουλεύειν. σκοπεῖτε ἦ ἕκαστον τούτων, ὡς ἔστι μικρὰ τὰ πολεμεῖν ἢ ὑπόθεσις, καὶ πρῶτά γε τὰ τῶν ὑπερόπτων ἐγκλήματα. θεραπεύειν ἦ ἐν ἐρεθίζειν δεῖ τὰς ἐξουσίας. ὅταν ἦ τῶν μικρῶν ἁμαρτημάτων τὺς ἐξονειδισμοὺς ποιεῖσθε μεγάλους, καθ' ἑαυτῶν τὺς ὀνειδιζομένους ἀπελέγχετε, καὶ παρέντες τὸ λάθρα καὶ μετ' αἰδοῦς ὑμᾶς βλάπτειν, πορθοῦσα φανερῶς ὑδὲν ἦ ὕστερα τὰς πληγὰς, ὡς τὸ φέρειν εὐκαταλλήλει, καὶ τὸ τῶν ἀδικουμένων ἰσχυρὸν τοῖς ἀδικοῦσιν γίνῃ ἀκατεσπή. φέρε ἦ δή τοὺς ῥωμαίων ὑπηρέτας αἰτιάσασθε χαλεπούς, ἀλλ' ὡς ῥωμαῖοι πάντες ἀδικοῦσιν ὑμᾶς, ὐδὲ καῖσαρ, καὶ οὐ αἰρεῖσθε τὸν πόλεμον. οὐ γὰρ ἐκ ἐντολῆς ἥκει τις πονηρὸς ἀνὰ ἀνθρώπων, ὐδὲ γὰ

τοῦ ὑπὲ

τοις ὑπὸ τὴν αἰτωλίαν οἱ ἀφ' ἑσπέρας ὑπολέπουσιν, ἀλλ' ἀδὴ ἀκούειν ταχέως τἀντεῦθεν σαφῆ ῥᾴδιον. ἄτοπον γὰρ δι' ἕνα πολλοῖς, καὶ δι' μικρὰς αἰτίας, τηλικούτοις, καὶ μηδὲ γινώσκουσιν ἃ μεμφόμεθα πολεμεῖν. καὶ τῶν μὲν ἡμετέρων ἐγκλημάτων, ταχεῖα γένοιτ' ἂν ἡ διόρθωσις. ὅτε γὰρ ὁ αὐτὸς ὑπάτευσε μόνος ἅπαντας, καὶ τοὺς ἀλλοδαποὺς εἰκὸς ἐπιμελέστερους. κινδύνου δ' ἅπαξ τὸν πόλεμον, ὅτ' ἀποθέσθαι ῥᾴδιον δίχα συμφορῶν, ὅτε βασάσαι. ἀλλὰ μὲν τόγε νῦν ἐλευθερίας ὑπεθυμεῖν ἄμεινον, δίον γὰρ τὸ μηδὲ ὑποβαλεῖν αὐτὴν ἀγωνίζεσθαι πρότερον. ἡ γὰρ πεῖρα τῆς δουλείας χαλεπή, καὶ φεῦ τὸ μηδὲ ἀρξασθαι ταύτης ὁ ἄγων δίκαιος. ὁ δ' ἅπαξ χειρωθεὶς, ἔπειτα ἀφισάμενος, αὐθάδης δοῦλος ὄζιν, ἢ φιλελεύθερος. τότε γὰρ οὐκ ἐχεῖν πάντα ὑπὲρ τὸ μὴ δέξασθαι ῥωμαίους πιεῖν, ὅτε τὴν ἀρχὴν ἀπέβαινε τῆς χώρας ὁ πομπήϊος, ἀλλ' οἱ μὲν ἡμέτεροι φεύγουσι, καὶ οἱ βασιλεῖς αὐτοὶ, καὶ χρήμασι καὶ σώμασι καὶ ψυχαῖς ἄμεινον ὑμῶν πολλῷ δεηκείμενοι, πρὸς μοῖραν ὀλίγην τῆς ῥωμαίων δυνάμεως οὐκ ἀντέσχον. ὑμεῖς δ', οἱ τὸ μὲν ὑπακούειν ἐκ δεδοχῆς παρειληφότες, τοῖς πράγμασι δ' ἧσσον τῶν πρώτων ἀκουσάντων τοῦτον ἐλαττούμενοι, πρὸς ὅλην αἰθίσασθε τὴν ῥωμαίων ἡγεμονίαν; καὶ ἀθηναῖοι μὲν οἱ πρὸ τῆς τῶν ἑλλήνων ἐλευθερίας ὧδε δόντες ποτὲ καὶ πυρὶ τὴν πόλιν, οἱ τὸν ὑφ' ἥφαιστον ξέρξην δεδεμένην, καὶ δεδαλάσσης ὁδεύσαντα, καὶ μὴ χωρούμενον μὲν τοῖς πελάγεσι, πλατυτέραν δὲ τῆς εὐρώπης τὴν χραπιὰν ἀγόντα, δραπέτην ὀλίγαις νέωσι διώξαντες, πρὸ δ' τῇ σμικρᾷ σαλαμῖνι τὴν τοσαύτην ἀσίαν κλάσαντες, νῦν δουλεύουσι ῥωμαίοις, καὶ τὴν ἡγεμονίδα τῆς ἑλλάδος πόλιν, οἰκεῖ τὰ ὑπὸ τῆς ἰταλίας πρόσταγματα. λακεδαιμόνιοί τε μετὰ θερμοπύλας καὶ πλαταιάς, καὶ τὸν ἐρυθύσαντα τὴν ἀσίαν ἀγησίλαον, ἀγαπῶσι τοῖς αὐτοὺς δεσπότας. καὶ μακεδόνες ἔτι φαντάζόμενοι φίλιππον, καὶ συν ἀλεξάνδρῳ ὧδε παίοντι αὐτοῖς τὴν τῆς οἰκουμένης ἡγεμονίαν ὁρῶντες, φέρουσι τὴν τοιαύτην μεταβολὴν, καὶ πρὸς οὓς μεταβέβηκεν ἡ τύχη, προσκυνοῦσιν. ἀλλὰ τὰ ἔθνη μυρία, πλείονος χρήματα πρὸς ἐλευθερίας παῤῥησίας, εἵνεκεν ὑμεῖς ἀδοξεῖτε δουλεύειν, οἷς ὑποτέτακται τὰ πάντα. ποίᾳ χραπᾷ, ποίοις πεποιθότες ὅπλοις; ποῦ μὲν ὁ γάλος ὑμῶν διαλυόμενος τοὺς ῥωμαίων θαλάσσας; ποῦ δ' οἱ ταῖς ὑπερβολαῖς ἐξαρκέσοντες θησαυροί; πρὸς αἰγυπτίους ἆρα καὶ πρὸς ἄραβας εἴδετε κινεῖν τὸν πόλεμον; ἢ φθονεῖτε τὴν ῥωμαίων ἡγεμονίαν; ἢ μέζονα τὴν ἑαυτῶν ἀδύνασιαν καὶ τὸ μὴ ὑμέτερα πρὸς τὴν προσοῦσαν εὐπάθειαν κτήσθη πολλάκις, ἢ ἐκείνων ἰσχὺς δι' τῆς οἰκουμένης ἀήττητος; μᾶλλον δ' καὶ ταύτης ἐζήτησάν τι πλέον. καὶ γὰρ ἐξήρκεσεν αὐτοῖς ὅλος εὐφράτης ὑπὸ τὴν ἀρκτον, οὐδὲ τὴν μεσημβρινὴν ἔρημον ἐσθνθεῖσα λιβύη, καὶ γάδειρα πρὸς ἑσπέραν, ἀλλ' ὑπὲρ ὠκεανὸν ἑτέραν ἐζήτησαν οἰκουμένην, καὶ μέχρι τῆς ἀνερράτων πρότερον βρεττανῶν διήνεγκαν τὰ ὅπλα. τί οὖν ὑμεῖς,

possunt illi, quæ in Oriente geruntur, positi in Occidente conspicere. sed neque facilè ea quæ hic fiunt, illic audiuntur. Est autem importunissimum, & propter exiguas causas cum tantis, & ea de quibus quærimur nescientibus, velle confligere. Et quidem nostrorum criminum citò erit futura correctio. neque enim vnus atque idem prouinciæ semper curam tenebit, & successores eius credibile est modestiores futuros. Morum autem semel bellum, neque deponere facile est absque magnis calamitatibus, neque sustinere. Libertatis verò bona sitientibus prouidendum atque certandum est, vt principio non ea careant. molesta enim est nouitas seruitutis: quam ne vtique subeas, iustum suscipi certamen videtur. Qui verò semel subiectus est, & deinceps deficit, contumax magis seruus quàm amator libertatis ostenditur. Tunc igitur oportuit omnia agere, ne susciperentur Romani, cùm in prouinciam Pompeius intraret. Maiores verò nostri corúmque reges, pecunia, corporibus, animis multo vobis meliores, exiguæ parti potentiæ Romanæ obsistere nequiuerunt. vos autem qui hæreditariam obedientiam suscepistis, rebus autem omnibus illis qui primi paruêre longè inferiores estis, contra omne Romanorum regnum obsistere posse arbitramini? Et Athenienses quidem, qui ob Græcorum libertatem patriam suam quondam ignibus tradere, qui superbissimum illum Xerxem per terram nauigantem, per mare verò ambulantem, & cuius classem non caperet amplitudo pelagi, latiorem autem Europa, duceret exercitum, hunc inquam cum vna naue fugientem glorioſissimè persecuti sunt: circa paruam autem Salaminam, qui tantas opes Asiæ confregêre, nunc tamen seruiunt Romanis, & illam regiam Græciæ ciuitatem administrant Italiæ iussiones. Lacedemonij quoque post Thermopylas, & Plateas, & Agesilaum Asiam perscrutatum, eosdem dominos venerantur. Macedones verò qui adhuc penè imaginantur Philippum videre cum Alexandro promittentem sibi orbis imperium, ferunt tamen rerum mutationem, & adorant eos ad quos fortuna migrauit. Aliæ quoque multæ gentes ad libertatem fiducia subnixæ, & multo maiores, cesserunt tamen & obediunt: vos autem soli seruire dedignamini his, quibus videtis vniuersa esse subiecta. Quibus exercitibus, quibus confiditis armis? Vbi est classis vestra, quæ pertuagetur Romanorum maria? Vbi autem qui expẽsis possint sufficere thesauri? Contra Ægyptios fortè aut Arabas existimatis vos bellum mouere. Non circumspicitis Romanorum imperium? non metimini vestram imbecillitatem? Nónne scitis vestram ciuitatem à conterminis gentibus frequenter esse superatam? illorum autem virtus per totum orbem inuicta percurrit, imò etiam hoc orbe plus aliquid quæsierunt? Neq enim sufficit eis ad Orientem quidem totus Euphrates, ad Septentrionem Ister, neque in Meridie solitudine tenus perscrutata Libya, neque in Occidente Gades: sed vltra Oceanum aliũ quæsierunt orbẽ, & vsque ad Britannias, inaccessas priùs, arma & exercitum transtulerunt. Quid ergo? Vósne

ditiores Gallis, fortiores Germanis, prudentiores Græcis? poſtremò plures eſtis omnibus in toto orbe degentibus? Quæ vos fiducia aduerſum Romanos erigit? Sed dicet aliquis, ſeruitæ moleſtiſſimum eſt. At quanto magis id Græcis: qui vniuerſis ſub ſole habitantibus videbantur præſtare nobilitate: & tam latam quondam prouinciam poſſidentes: nunc bis ternis faſcibus Romanorum obediunt? Totidem autem etiam Macedones obſequuntur, qui certè multo vobis iuſtius deberent libertatem tueri. Quid autem quingentæ Aſiæ ciuitates? nunquid non abſque vllo præſidio, vni tantummodo rectori parent, & faſcibus conſulis obſequuntur? Quid autem pergam enumerare Heniochos, & Colchos, & Taurorum gentem: Boſphoranos quoque, & habitantes circa Ponti littora nationes, Mæoticásque gentes? apud quas nimirum olim neque domeſticus aliquis dominus noſcebatur: nunc verò militum ſubiiciuntur tantum tribus millibus, & quadraginta naues longæ, innauigabile prius mare in pace cuſtodiunt. Quanta autem Bithynia, & Cappadocia, & Pamphyliorum gens, Lydi quoque & Cilices pro libertate dicere valerent? tamen nunc ſine armis tributa pendunt. Quid autem Traces? quinque quidem diebus in latum, ſeptem autem in longum commeabilem prouinciam poſſidentes, aſperiorémque multo quàm veſtra eſt, ac multis partibus fortiorem, altiſſimóque gelu eos qui irruerint retardantem, duobus millibus Romanorum in præſidio manentibus obſequuntur. Poſt hos Illyrici vſque ad Dalmatiam, & Iſtro tenus incolentes, duabus tantùm legionibus obediunt: cum quibus & ipſi impetus compeſcunt Dacorum. Ipſi quoque Dalmatæ, qui tam multa pro libertate conati, ſæpiúſque capti, rurſum cum maioribus opibus rebellarunt, nunc ſub vna Romanorum legione agunt quietem. Verumtamé ſi aliquos magnæ cauſæ ad defectionem incitare deberent, Gallos potiſſimum oporteret aſſurgere, quos videlicet tantis munimentis natura cinxiſſet: ab Orientali plaga Alpium montibus, à ſeptentrionali Rheno flumine: à meridie Pyrenæis montibus, ab Occidente verò Oceano. ſed tali munitione gaudentes, trecentis & quindecim gentibus numeroſi: fontes autem (ita vt dixerim) felicitatis domeſticæ habentes, omnibúsque bonis totum penè orbem irrigantes, ferunt nihilominus vectigales eſſe Romanorum, ac felicitatem ſuam in eorum felicitate reponere. idque ſanè ipſum, non per animorum mollitiem, nec propter ignobilitatem parentum (quippe qui per octoginta annos pro libertate pugnauerunt (ſed Romanorum admirati ſunt hortuerúntque cum virtute fortunam, quâ illi plura ſæpe obtinuêre quàm bellis. Denique ſub mille & ducentis militibus ſeruiunt, quibus penè plures habuerunt ciuitates. Neque Hiſpanis naſcens in agris aurum, pro libertate bella gerentibus profuit, neque tanto terrarum mariſque ſpatio à Roma diremptæ gentes, Luſitani ſcilicet & pugnaces Cantabri: nec vicinus Oceanus, etiam accolis ſuis fragore terribilis: ſed vltra columnas Herculis prolatis armis, & per ipſas nubes

IOtapatenis autem diu durantibus & præter spem aduersa tolerãtibus quadragesimo quidem ac septimo die, Romanorum aggeres super murorum altitudinem sunt elati. quidam verò ad Vespasianũ eodem die profugus venit, paucitatem ciuium & infirmitatem simul eorum enuncians: quódque diuturnis vigiliis, & præliis assiduis consumpti, minimè quidẽ vlterius vim ferre possent, verũ dolo etiam caperẽtur; si quis instaret. circa extremã namque vigiliam, quãdo & malorũ requiẽ habere viderentur, & maximè defatigatos custodes matutinus sõnus occupat, dormire eos dicebat, eadémq; hora inuadendos esse suadebat. Vespasiano autẽ, quia fidẽ nosset inter se Iudæorum, quantaque superbia pœnas contemnerent, transfuga suspectus erat: nam & antea quidam ex Iotapata captus, omne tormẽtorũ genus fortiter pertulit, & cùm ne flammis quidem coactus, quid intus ageretur, hostib. exquirentibus prodidisset, mortem deridens cruci suffixus est. Fidem tamen proditori coniectura faciebat, fortasse illum vera dicere: ipse autem nihil ex eius fallacia magnum sibi existimans esse metuendum, asseruari hominem iussit, & ad occupandam ciuitatem parabat exercitum. G Hora igitur quæ fuerat indicata, silentio muros petebat: primúsque Incedebat Titus cum vno è tribunis Domitio Sabino, paucis ex quintadecima legione comitatus. Interfectis autem vigilibus, in ciuitatem ingrediuntur, & post eos Sextus Cerealis tribunus,

CAP. XIII. Iotapatæ excidium.

& Placidus, ſubiectos ſibi milites introducebant. Arce verò occupata, cùm hoſtes in medio oppido verſarentur, iamque planè dies eſſet, ne tunc quidem illi qui capti tenerentur, adhuc excidium ſentiebant; multo labore ſomnóque pariter diſſoluti. Et ſi quis euigilaſſet, nebula viſus eius habetauit, quæ caſu tunc plurima ſe circa oppidum fuderat. donec totus irrupit exercitus: ſolóque malorum periculo exuſcitati ſunt, morientéſque demum ſe periiſſe crediderunt. Romanos autem memores quid obſidionis tempore pertuliſſent, neque parcendi cuiquam, neque miſerendi quenquam tangebat cura: ſed ex arce plebem ad prona compulſam facillimè trucidabant, vbi loci difficultas pugnacibus quoque negaret copiam reſiſtendi. viarum namque anguſtiis preſſi, ac per decliuia dilabentes, fluente deſuper bello obterebantur. Id multos etiam qui circa Ioſephum lecti erant, vt manibus propriis liberarentur incitauit. nam cùm ſe viderent Romanorum neminem poſſe occidere, ne Romanorum manibus oppeterent præuenerunt, & in extrema parte ciuitatis congregati, ſemet interfecerunt. Quicunque tamen vigilum primi captam ciuitatem ſenſerant, in quandam turrim Septentrionalem fuga recepti aliquandiu quidem reſtiterunt. deinde circunfuſi hoſtium multitudine, ſero dextras dedêre: hiſque inſtantibus, mortem ſuam æquo animo præbuerunt. Potuiſſent autem incruento Romani obſidionis fine gloriari, niſi vnus ex ipſis occidiſſet centurio, Antonius, peremptus inſidiis. Nam quidam ex his qui ad ſpeluncas confugerant (erant autem plurimi) rogabat Antonium, dextram ſibi porrigere, ad fidem ſalutis ac præſidium, quo tutus aſcenderet. cúmque is manum porrexiſſet incautè, haſta ille præuentum ſub inguine perculit, ſtatimque confecit. Illo quidem die comparentem multitudinem peremêre Romani. poſtea verò ſecutis diebus ſcrutando latebras, per cuniculos & ſpeluncas in omnem ſæuiebant ætatem, præter infantes ac fœminas. Itaque captiui quidem mille ducenti congregati erant: quadraginta verò millia connumerata ſunt excidij tempore & pugnis ſuperioribus mortuorum. At Veſpaſianus ciuitatem ipſam exſcindi iubet, caſtelláque eius omnia exurit. Iotapata quidem ita deuicta eſt tertiodecimo imperij Neronis anno, calendarum Iuliarum die.

CAP. XIV. Quomodo Ioſeph. captus. vitam ſuam redemit facto & verbis.

ROmani verò Ioſephum requirentes, & propriæ indignationis cauſa, & quod imperatori operæprecium videbatur (captus enim, maximæ pars belli eſſet) mortuos itémque abditos rimabantur: ille autem in exitio ciuitatis fortunæ quodam vſus auxilio, per medios ſe hoſtes ſurripuit, & in quendam profundum puteum ſaltu demiſſus eſt, cui amplum ſpecus adiunctum erat à latere, quod ſupra ſcrutantes videre non poſſent: vbi XL. inſignes viros latitantes offendit, rerúmque vtilium apparatum, qui non paucis diebus ſufficeret. Hoſtibus autem omnia complexis, interdiu quidem ſe occultauit: nocte verò ſurſum aſcendens, vigilias explorabat, vt fugeret. Cumque omnia vndique

A κὴ πλάκισδος, τοὺς ὑπὸ σφίσι τεταγμένους εἰσῆγον. κατειλημμένης ἤδη τ ἄκρας, & τ πολεμίων ἐν μέσῃ τῇ πόλει τρεφομένων, ἤδη ἤ κὴ ἡμέρας ὄσης, ὅμως ὅπως ἐκ ἀλώσεως τοῖς κατειλημμένοις ἄθησις ἦ. καμάτῳ τε δὴ οἱ πολλοὶ κὴ ὕπνῳ λέλυντο, κὴ τ ὀξυνισαμένων ὁμίχλη τὰς ὄψεις ἀπέμβλιττε πολλὴ, κὴ τύχῃ τότε τῇ πόλει ἐπεισελθεῖσα. μέχρι πάσης τ στρατιᾶς εἰσπεσούσης, ἐπὶ μόνοις τ ἤδη κακῶν ἄθησιν ἐξανέστησαν, κὴ τ ἄλλως ὀλίγους ἀναιρεθέντες. ῥωμαίους ἤ κατά τε μικρὸν ἐπὶ τ πολιορκίαν ἔπαθον, ὅτε φειδὼς εἰσήει τινός, ὅτε ἔλεος, ἀλλ' εἰς τὸ κάταντες ἀπὸ τ ἄκρας τ λεὼν συνωθοῦντες ἐφόνευον. ἔνθα κὴ τοὺς ἐπὶ μάχεσθαι δυναμένους ἡ δυσχωρία τ ἄμυναν ἀφείλατο. θλιβόμενοι δὲ ἐν τοῖς στενωποῖς, κὴ κῇ τ θανάτοις ὑπολιθαίνοντες, ῥέοντι κατ' ἄκρας ἐπαλύπτοντο τῷ πολέμῳ. τέτο πολλοὺς, κὴ τῷ πρὸ τοῦ τὸν ἰώσηπον ὀπλέκτων, ἐπ' αὐτοχειρίαν παρώξυνε. καταδύντες γὰρ ὡς ἀδένα τῷ ῥωμαίων ἀπελεύσεσθαι, τότε πεσεῖν αὐτοὶ ὑπὸ ῥωμαίων προείλαντο, κὴ σωσαθησομένης ὅπῃ τὰ καταλήψονται τ πόλεως, σφᾶς αὐτοὺς ἀπέκτειναν. ὅσοι γε μὴν ὑπὸ πρώτην τ καταλήψεως ἄθησιν τ φυλάκων διαφυγεῖν ἐφθάσαν, ἀναβάντες εἴς τινα τῷ προσαρκτίων πύργων μέχρι μέν τινος ἀπημύναντο. πρεσχεθέντες ἤ τῷ πλήθει τῷ πολεμίων, οὐκ παρῆσαν τὰς δεξιὰς, κὴ τοῖς ἐφεστῶσι τὸ σφαγὴν ὑπῆκον παρέχον. ἀνάμακτον δ' ἐπὶ τοῦ αὐχῆσαι ῥωμαίοις τὸ τέλος τ πολιορκίας, εἰ μὴ κῇ τὸν ἄλλωσιν εἷς ἔπεσεν ἑκατοντάρχης, ὃς ἦν ἀντώνιος. ἀπήσκει ἤ ἐξ ἐνέδρας. τ γὰρ εἰς τὰ ἀσύλαγα τῆς συμπεφυγότων (πολὺ ἤ ἔτοι πλῆθος ἦσαν) ἱκέτευε τ ἀντώνιον ὀρέξαι δεξιὰν αὐτῷ, πίστιν τε σωτηρίας, κὴ βοήθειαν πρὸς ἀσφαλὲς. ὁ ἤ ἀφυλάκτως ὤρεγε τ χεῖρα, κὴ φθάσας αὐτὸν ἐκεῖνος, νύττει κάτωθεν ὑπὸ τ βουβῶνα δόρατι, & διαχρῆμα διεργάζεται. κατ' ἐκεῖνον μὲν οὖν τ ἡμέραν, τὸ φανερὸν πλῆθος ἀπέκτειναν ῥωμαῖοι. τ ἤ ὑπόπτους ἀνερευνώμενοι τὰς κατὰ σύσεις, τοὺς μὲν ἐν τοῖς ὑπονόμοις & τοῖς σπηλαίοις ἐπέξῆσαν, κὴ δι' ἅπασης ἐχώρουν ἡλικίας, πλὴν νηπίων κὴ γυναικῶν. & τὰ μὲν αἰχμάλωτα χίλια σὺν τοῖς δι' ἀκοσίοις συνήχθη. νεκροὶ ἤ κατὰ τ ἄλωσιν, κὴ κῇ τὰς ὕστερον μάχας, συνηριθμήθησαν τεσσαρακισμύριοι. ὁ δὲ σπασιανὸς ἤ τὴν τε πόλιν κατασκάψαι κελεύει, & τὰ φρούρια πάντα κατασκάπτειν αὐτῆς. ἰωτάπατα μὲν οὖν ὕτως ἑάλω, ξισκαιδεκάτῳ τ νέρωνος ἡγεμονίας ἔτει, παντὸς νικήσιμος.

Κεφάλαιον κδ'.

ΡΩμαῖοι ἤ τ ἰώσηπον ἀναζητοῦντες, κατά γε ὀργὴν σφετέραν, κὴ σφόδρα τῆ στρατηγῷ φιλοτιμούμενοι, μεγίστη δὲ μοῖρα τ πολέμου λαφθεὶς, τούς τε νεκροὺς διορύττων, κὴ τοὺς ἀποκρύφους τ πόλεως μυχούς. ὁ ἤ ἄρτι τ πόλεως ἁλισκομένης, δαιμονίῳ τινὶ συνεργίᾳ χρησάμενος, μέσον μὲν αὐτὸν συνελέπτυξε τ πολεμίων, καθάλλεται ἤ εἰς τινὰ βαθὺ λάκκον, ᾧ πλατύ τι ἄσυλον διέζυκτο κὴ πλευρὰν, τοῖς ἄνωθεν ἀόρατον. ἔνθα τεσσεράκοντα μὲν τῆς ὑπονόμων ἄνδρας καταλαμβάνει λανθάνοντας, διαδρασκόλου δ' ὑπονόμου ἐκ ὀλίγας ἡμέρας ἀρκεῖν δυναμένου. μεθ' ἡμέραν μὲν οὖν ὑπεξέλλετο τῶν πολεμίων πάντα διειληφότων, νυκτὸς δ' αἰῶνα ἐζήτει δρασμοῦ ἀφάδυσιν κὴ τὰς φυλακὰς κατασκέπτετο. φρουρημένων δὲ παντα χόθεν τῶν πύρ-

τὴν πύργων δ' αὐτὸν, ὡς λαθεῖν ἐκ λύ, αὖθις εἰς τὸ A
ἀσύλαιον κατῆει. δύο μὲν οὖν ἡμέρας διελαυθάνε. τῇ
δ' ἕκτῃ γυναικὸς ἁλόσης, ἅμα αὐτοῖς μεμύνεται. ὁ δὲ
σπασιανὸς αὐτίκα μὲν σπουδῆς πέμπει δύο χιλιάρ-
χους παυλῖνον, καὶ γαλλικανὸν, δεξιὰς τε ἰωσήπῳ δοῦ-
ναι κελεύσας, καὶ προσελθεῖν. ἀφικόμενοι
δ', παρεκάλουν ἕτοι τὸν ἄνδρα, καὶ πίστεις τε σωτηρίας
ἐδίδοσαν. ὁ μὲν ἐπείθετο. ἐκ γὰρ ὧν εἰκὸς ἦν τὸν τοσαῦ-
τα δεδρακότα παθεῖν, ἐκ τῆς φύσεως τῶν ῥωμαλέων
ἡμέρου, τὰς ὑποψίας σωέλεγεν, ἐδόκει τε ὡς B
ὅτι τιμωρίαν προκαλεμένους, ἕως ἐσπασιανὸς ζῴτου
ἔτι πέμπει χιλίαρχον νικάνορα, γνώριμον τῷ ἰωσή-
πῳ ὄ σωήθη πάλαι. παρελθὼν δ' ὅδε, τό τε φύσει
ῥωμαίων χρηστὸν, πρὸς οὓς αὖ ἄπαξ ἥλωσι, διέξεισι, καὶ
ὡς δ' ἀρετὴν αὐτὸς θαυμάζοιτο μᾶλλον, ἢ μισοῖτο
πρὸς τῶν ἡγεμόνων, σπουδάζειν τε τὸν στρατηγὸν, οὐκ
ὅπως τιμωρίαν ἀπαγαγεῖν αὐτόν. ἐκείναις γὰρ ταύτῃσι, καὶ
μὴ τῷδε προῖόντος λαβεῖν, ἀλλὰ σῶσαι προαιρεῖ- C
σθαι μᾶλλον ἄνδρα γυναῖκας. προσετίθει δὲ, ὡς ὕστ' αὖ σπα-
σιανὸς ἐνδρῶν φίλον ἔπεμπεν, ἵνα τ' κακίστου
προσήματος προσήσοιτο τὸ κάλλιστον, ἀπιστίας φιλίαν,
ὕτ' αὖ αὐτὸς ἀπατήσων ἄνδρα φίλον, ὑπήκουσεν ἐλθεῖν.
ἐνδιαζόντος δὲ τῷ ἰωσήπου καὶ πρὸς τ νικάνορα, τὸ μὲ
στρατιωτικὸν ὑπ' ὀργῆς ἐκκαῆναι τὸ ἀσύλαιον ὥρμητο.
κατεῖχε δ' αὐτοὺς ὁ πολέμαρχος, ζωγρῆσαι τ ἀνδρα
φιλοτιμούμενος. ὡς δ' ὁ τε νικάνωρ προσέκειτο λιπα-
ροῦν, καὶ τὰς ἀπειλὰς τῷ πολέμου πληθύσας ὁ ἰώσηπος D
ἔμαθεν, ἀναμνησις αὐτῷ τὴν διὰ νυκτὸς ὀνείρων εἰσέρ-
χεται, δι' ὧν ὁ θεὸς τὰς μελλούσας συμφορὰς αὐτῷ
προεσήμαινεν ἰουδαίων, καὶ τὰ περὶ τοὺς ῥωμαίων βα-
σιλεῖς ἐσόμενα. λύ δ' περὶ κείσεις ὀνείρων ἱκανὸς συμ-
βάλλειν τὰ ἀμφιβόλως ὑπὸ τοῦ θείου λεγόμενα. τὴν
γε μὲν ἱερῶν βίβλων ἐκ ἠγνόει τὰς προφητείας, ὡς
αὖ αὐτὸς τε ὢν ἱερεὺς καὶ ἱερέων ἔκγονος, ὃς ὅπι τ τότε
ὥρας ἔνθους ἐγρόμενος, καὶ τὰ φρικώδη τ προφάτων E
ὀνείρων σπάσας φαντάσματα, προσφέρῃ τῷ θεῷ λε-
ληθυῖαν δίκλυ. καὶ ἐπῳδὴ τὸ ἰουδαῖον ἔφη φῦλον ὀκλάσαι
δοκεῖ σοι τῷ κτίσαντι, μετέβη δ' πρὸς ῥωμαίους ἡ τύχη
πᾶσα, ἐγὼ τ ἐμὲ ψυχὴν ἐπελέξω τὰ μέλλοντα εἰπεῖν,
δίδωμι μὲν ῥωμαίοις τὰς χεῖρας ἑκὼν καὶ ζῶ. μάρτυ-
ρομαι δ' ὡς ὁ προδότης, ἀλλὰ σὸς ἄρειμι δεσπότης.

Κεφάλαιον κε.

ΤΑῦτα εἰπὼν, ἐνεδίδου τῷ νικάνορι. καὶ τῶν ἰου- F
δαίων οἱ συγκαταφυγόντες, ὡς τὸν ἰώσηπον συ-
νίεσαν εἴκοντα τοῖς προκαλέσιν, ἀθρόοι περισπάντες,
ἡ μεγάλα γε αὖ σεναξειεν, ἐβόων, οἱ πάτριοι νό-
μοι, καὶ κατηφὴς θεὸς, ὁ ἰουδαίοις κτίσας ψυχὰς
θανάτου καταφρονούσας. φιλοζωεῖς ἰώσηπε, καὶ φῶς
ὑπομένεις ὁρᾶν δοῦλον; ὡς ταχέως ἐπελάθου σαυ-
τοῦ, τόπους ὑπὲρ ἐλευθερίας ὑποθήσειν ἔπεισας;
ψευδῆ μὲν ἄρα δόξαν ἀνδρείας, ψευδῆ δ' σωφρο- G
σύνης εἶχες, εἶτα σωτηρίαν μὲν ἐλπίζεις παρ' οἷς ἔτος
ἐπολέμησας, σώζεσθαι δ' ὑπ' ἐκείνων, κἂν μὴ βέβαιον
θέλεις. ἀλλ' εἰ καὶ σοὶ λήθεται πνὰ σαυτοῦ κατέχειν
ἡ ῥωμαίων τύχη, προνοητέον ἡμῖν τοῦ παρόντος νόμου.
χρήσομαί σοι δεξιᾷ, καὶ ξίφει. σὺ δ' ἂν μὲν ἑκὼν

ipsius causa maximè custodirentur, neque fallendi spes esset, in speluncam iterum descendebat: biduúmque ibi delituit. Tertia verò die capta quadam muliere, quæ cum ipsis fuerat, indicatus est. Túmque Vespasianus propere duos tribunos Paulinum & Gallicanum, iussos pacem dare Iosepho, & hortari eum vt ascenderet, mittit. Quibus tamen ille rogantibus, postquam ad eum venerunt, fidémque pro salute dantibus minimè paruit. Ex his autem magis quæ pati meritus esset, qui plurima commisisset, quàm ex naturali mansuetudine rogantium, suspicionem colligens, velut ad pœnam euocaretur, timebat: donec Vespasianus tertium quoque tribunum Nicanorem, Iosepho notum, atque olim consuetum misit. Is autem, quàm mite in eos Romanorum esset ingenium, quos semel subiugassent, referens, quódque ipse Iosephus virtutis causa magis admirabilis, quàm inuisus ducibus haberetur: esséque imperatori studium non eum ad supplicium ducere, quod etiam sine deditione sibi liceret exigere, sed conseruare potius virum fortem: his addebat, quòd nec Vespasianus, si quid dolo moliretur, amicum ad id mitteret, vt rem optimam pessimæ, hoc est, perfidiæ prætexeret amicitiam: neque semetipsum illi, vt amicum falleret, obtemperaturum fuisse. Verùm Iosepho etiam post Nicanoris dicta hæsitante, milites quidem irati, speluncæ ignem submittere properabant. sed retinebat eos belli ductor, viuum Iosephum capere plurimi pendens. Nicanore autem vehementer instante, vbi etiam hostilis multitudinis minas comperit Iosephus, nocturna somnia reminiscitur, quibus ei Deus & futuras Iudæorum clades, & quæ Rom. essent euentura principibus, ostendit. erat autem interpretandis quoque somniis idoneus, & coniectare quæ ambiguè diuinitus dicerentur, sciebat: qui & sacros prophetarum libros nouerat, quòd & ipse sacerdos esset, & parentibus sacerdotibus procreatus. Illa igitur hora quasi Deo plenus, & recentium somniorum, quæ horrenda viderat, simulacra mente complexus, occultas preces Deo offert. Et quia Iudæorum, inquit, labefactari tibi rem creator placuit, fortuna verò ad Rom. tota migrauit, animámque meam quæ futura prædiceret, elegisti, do quidem manus sponte Rom. & viuo. testor autem, quòd non proditor, sed tuus minister ad eos ibo. Simúlque his dictis, Nicanori consentiebat. Verùm qui vnà confugerant Iudæorum, postquam intellexerunt Iosephum rogantibus cedere, vniuersi circumstantes clamabant, certè plurimum ingemiscere leges patriæ. Vbi sunt, quæ Iudæis Deus annuit, quibus mortem contemnentes animas indidit? Vita Iosephe captus es, lucémque pateris intueri seruientem? quàm citò tui oblitus es? quàm multos pro libertate mori persuasisti? falsam profectò opinionem fortitudinis habebas, falsámque prudentiæ, si salutem apud eos speras, cum quibus ita dimicasti: aut si hæc etiam certa sunt, ab illis tamen te seruari cupis. Sed quamuis te Romanorũ fortuna tui obliuione perfuderit, nos tamen patriæ gloriæ consulentes & dexteram tibi & gladium commodabimus: Tu verò siquidem sponte

moriare, dux Iudæorum: si verò inuitus, proditor morieris. Vix hæc elocuti sunt, & intentatis ei gladiis, occidendum illum comminabantur, si Romanis pareret. Timens igitur impetum Iosephus, & se Dei præceptorum proditorem esse ratus, si ea non renunciasset morte præuentus, argumentis eos philosophiæ necessariò tractare incepit. Et quid enim tantoperè, inquit, ô socij propriæ cædis auidi sumus? aut cur amicissimas inter se res, corpus & animam in dissensionem vocamus? mutatum me esse quispiam dicet? sed Romani hoc sciunt. Optimum in bello mori: sed lege belli, hoc est à victoribus trucidari. Proinde siquidem Romanorum ferrum deprecor, verè meo gladio meáque manu sim dignus: sin illi hosti suo parcendum putant, quanto iustius nosipsi nobis pepercerimus? Quippe stolidum est ea circa nos admittere, pro quibus ab illis dissensimus. Pulchrum enim esse pro libertate mori, & ipse fateor, pugnando tamen, & illorum manibus, qui eam præripuêre: nunc autem neque prælia nobis obstant, neque nos interficiunt. Itidem autem timidus est habendus, qui mori non vult cùm opus est, & qui vult cùm non oportet. Præterea quis nos metus prohibet ad Romanos ascendere? nempe mortis. Ergo quæ ab hostibus dubiè suspecta formidini est, eam certam ipsi nobis irrogabimus? Verùm seruitutem dicet aliquis. Valde quidem nunc liberi sumus. At viri fortis est semet occidere. Imò verò ignauissimi, quantum opinor. Nam & gubernatorem timidissimum puto, qui tempestatem metuens, ante vim turbinis nauem spóte submergit. Quinetiam propria manu perire, à communi omnium animalium natura discrepat, eóque modo in creatorem nostrum Deum summum scelus admittitur. Nullum est animal, quod ex industria vel per se moriatur. Siquidem naturæ lex validissima, vt velint viuere, in omnibus sita est: idcirco & qui nobis adimendum id putant, hostes ducimus, & quos nostros insidiatores putamus, pœna persequimur. Deum verò indignè ferre non arbitramini, cùm donum eius homo despiciat? Ab illo enim accepimus, vt essemus: rursúmque, vt esse desinamus, illi reddendum est. Corpora quidem cúctis mortalia sunt, ex caduca materia fabricata, anima verò semper immortalis est: Deíque particula in corporib. collocata. Si quis ergo depositum hominis surripuerit, aut male tractauerit, pessimus statim ac perfidiosus habetur. Si Dei depositum ex proprio corpore quis ecierit, eum se latuisse quem læserit æstimabit? Et seruos quidem fugientes vlcisci, iustum creditur, quamuis nequam dominos fugerint: ipsi verò Deum fugientes, & optimum Deum, impiè facere non videbimur? An ignoratis, quòd eorum qui lege naturæ vita exeunt, acceptúmque Deo debitum soluunt, cùm id qui dedit recipere voluerit, perpetua laus domúsque ac familia stabiles sunt? puræ autem & quæ inuocantes exaudiant animæ, retinent locum in cælo adeptæ sanctissimum atque inde rursum, voluentibus seculis, castra corpora iubentur incolere. Quorum verò manus in seipsos insanierunt, eorum animas tenebrosior Orcus suscipit. pater autem illorũ Deus autores iniuriæ per nepotes vlciscitur. Hinc &

A θνήσκεις, ἰουδαίων στρατηγός, ἐὰν ἧ ἄκων, προδότης τοθνήξη. ταῦθ' ἅμα λέγοντες, ἐπανετείναντο ξίφη, καὶ ἀπεῖλεν ἀναιρήσθαι αὐτὸν, εἰ τοῖς ῥωμαίοις ἐπιθοῖτο. δείσας δὴ τ' ἔφοδον ὁ ἰώσηπος, καὶ προθύσειαν αὐτὸν τῆ τοῦ θεοῦ προστάγματι, εἰ προαπθάνοι τῆς ἀγγελίας, ἤρχετο πρὸς αὐτοὺς φιλοσοφεῖν ὅπη τ' ἀνάγκης. τί γὰρ τοσοῦτον ἔφη σφῶν αὐτῶν ἐταίρωσι φονῶμεν ἢ τὰ φίλτατα διαπασάζομεν σῶμα καὶ ψυχὴ; ἀλλ' ἄχθομαι τοῖς ἐμὲ φησίν; ἀλλ' οἴδασι ῥωμαῖοι τοῦτο γε. καλὸν ἐν πολέμῳ θνήσκειν. ἀλλὰ πολέμιε νόμῳ, τυπτέσιν ὑπὸ τ' κρατουμένων. εἰ μὲ ἦν τ' ῥωμαίων ὑποστρέφομαι σήμερον, ἄξιός εἰμι ἀληθῶς τυμοῦ ξίφους, καὶ χρεὸς τ' ἐμοῦ. εἰ δ' ἐκείνοις εἰσέρχεται φεύδω πολέμιε, πόσῳ δικαιότερον αὐ ἡμᾶς ἡμῶν αὐτῶν εἰσελθοι. καὶ γὰρ ἦλθον ζῶντα δρᾶν σφᾶς αὐτοὺς. θεὶ ὧν πρὸς ἐκείνους διϊσάμεθα. καλὸν ὑπὲρ τ' ἐλευθερείας ὑποθνήσκειν. φημὶ κἀγὼ. μαχομένους μὲν τοι, καὶ ὑπὸ τ' ἀφαιρεμένων αὐτό. νῦν δ' ἔστε εἰς μάχλιν αἰτιβιάζεσιν ἡμῖν, ἔστε αἰχμεύουσι ἡμᾶς. δειλὸς δ' ὁμοίως, ὅ τε μὴ βουλόμενος θνήσκειν ὅτ' αὖ δέῃ, καὶ ὁ βουλόμενος ὅτ' αὖ μὴ δέῃ. τί δ' ἢ καὶ δεδοικότες, πρὸς ῥωμαίους ἐκ αἴρομεν; ἆρα ἐκ θανατοῦ; ἔπα οἷον δεδοίκαμεν ἐκ τῶν ἐχθρῶν ὑποπεσόμενοι, ἑαυτοῖς βίαιον θανατησόμενοι; ἀλλὰ δ' ἐλεύσεται ἐρεῖ τις. πάνυ γοῦν πολὺ ἐσμὲν ἐλεύθεροι. γυναῖον γὰρ ἀνελεῖν ἑαυτὸν φήσει τις; ἐμὲ μὲν οὐ, ἀλλὰ ἀηδυνέστατον, ὡς ἔγωγε καὶ κυβερνήτην ἡγοῦμαι δειλότατον, ὃς τις χειμῶνα δεδοικὼς, πρὸ τ' θυέλλης ἐβάπτισεν ἑκὼν τὸ σκάφος. ἀλλὰ μὲν ἡ αὐτοχειρία, καὶ τ' κοινῆς ἁπάντων ζώων φύσεως ἀλλότριον, καὶ πρὸς τ' κτίσαντα θεὸν ἡμᾶς ἐστιν ἀσέβεια. τοῦ μὲν γὰρ ζώων ἐστὶν ὅσιον, ὁ θνήσκει μὴ προνοίας, ἢ δι' αὐτὸ. φύσεως γὰρ νόμος ἰσχυρὸς ἐν ἅπασι, τὸ ζῆν ἐθέλειν. ὁμοῦ τοῦτο καὶ τοις φανερῶς ἀφαιρουμένους ἡμᾶς τοῦτο πολεμίους ἡγούμεθα, καὶ τ' ὀφθαλμὸν ἡμῶν τ' ὃν οἰκείαν ἀμαυροῦμεν. τ' γὰρ θεὸν ἂν οἴεσθε ἀγανακτεῖν ὅτ' αὖ ἄνθρωπος αὐτοῦ τὸ δῶρον ὑβρίζῃ; καὶ γὰρ εἰλήφαμεν παρ' ἐκείνου τὸ εἶναι. καὶ τὸ μηκέτι εἶναι, πάλιν ἐκείνῳ δίδομεν. τὰ μὲν γὰρ σώματα θνητὰ πᾶσι, καὶ ἐκ φθαρτῆς ὕλης δημιουργεῖται. ψυχὴ δ' ἀθάνατος ἀεὶ, καὶ θεοῦ μοῖρα τοῖς σώμασιν ἐνοικίζεται. εἶτα αὖ μὲν ἀφανίσῃ τις ἀνθρώπου ὃ κατέθηκεν, ἢ δόλῳ κακῶς, πονηρὸς εἶναι δοκεῖ καὶ ἄπιστος. εἰ δέ τις τ' σφετέρου σώματος ἐκβάλλει τ' ὃ κατέθηκεν τῷ θεῷ, λελῆθέναι δοκεῖ τ' ἀδικούμενον, καὶ κολάζειν μέ, τοὺς ὑποδραστὰς οἰκέτας δίκαιον νενόμισαι, κἂν πονηροὺς καταλίπωσι δεσπότας. αὐτοὶ δὲ κάλλιστον δεσπότην ὑποδιδράσκοντες τ' θεὸν, ἢ δοκεῖμεν ἀσεβεῖν; ἆρα ἐκ ἴσε, ὅτι τοῦ μὲν ἐξιόντων τοῦ βίου καὶ τὸν τ' φύσεως νόμον, καὶ τὸ ληφθὲν ὃ δὲ τ' θεοῦ χρέος ἐκπονόντων, ὅτ' αὖ ὁ δοὺς κομίσασθαι θέλῃ, κλέος μὲν αἰώνιον, οἶκοι δὲ καὶ χῶραι βέβαιοι, καθαραὶ δ' ἐπήκοοι μένουσι αἱ ψυχαὶ, χῶρον ἱερὸν λαχοῦσαι τὸν ἀγνώτατον, ἔνθεν ἐν ἑξείης πᾶσι αἰώνων ἀγνοῖς πάλιν ἐνοικίζονται σώμασιν. ὅσοις δὲ καθ' ἑαυτῶν ἐμάνησαν αἱ χεῖρες, τούτων μὲν ἅδης δέχεται τὰς ψυχὰς σκοτιώτερος, ὁ δὲ τούτων πατὴρ θεοὺς ἐν γόνοις τιμωρεῖται τοὺς πατέρων ὑβρισάς. διὰ τοῦτο

μεμί-

μεμίσηται θεῷ τοῦτο, ἢ θεῷ τῷ σοφωτάτῳ κολάζει νομοθέτῃ. τὰς γὰρ αὐτελούσας ἑαυτοὺς, θεῷ μὲν ἡμῖν, μάχεις ἡλίου δύσεως ἀτάφους κρύπτειν ἐκείνας, καί τοι καὶ πολεμίους θάπτειν θεμιτὸν ἡγούμενοι. παρ' ἑτέροις δὲ καὶ τὰς δεξιὰς τούτων τῶν νεκρῶν ἀποκόπτειν ἐκέλευσαν, ὡς ἐσκευάσαντο καθ' ἑαυτοὺς, ἡγούμενοι, καθάπερ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἀλλότριον, οὕτω καὶ τὴν χεῖρα τοῦ σώματος. καλὸν οὖν ἑταῖροι δίκαια φρονεῖν, καὶ μὴ ταῖς ἀνθρωπίναις συμφοραῖς προσκλύειν τὴν εἰς τὸ κτίσαντα ἡμᾶς δυσέβειαν. εἰ σώζεσθαι δοκεῖ, σωζώμεθα. καὶ γὰρ ἀσφαλὲς καὶ σωτήριον, παρ' οἷς θεὸς τοσούτων ἔργων ἐπιδεξάμενοι τὰς ἀρετάς. εἰ τεθνάναι, καλὸν ὑπὸ τῶν ἐλόντων. ἐγὼ μεταβήσομαι δὴ ἐγὼ εἰς τὴν τῶν πολεμίων τάξιν, ἵνα ἐμαυτοῦ προδότης γένωμαι. καὶ γὰρ ἂν εἴην πολὺ τῶν αὐτομολούντων πρὸς τοὺς πολεμίους ἠλιθιώτερος, εἰ ἐκεῖνοι μὲν ὅπως σωτηρίας τοῦτο πράττουσιν, ἐγὼ δὲ ἐπ' ἀπωλείᾳ, καὶ γε τῇ ἐμαυτοῦ. τὼ μέντοι ῥωμαίων εἰδράν ἐπιδέχομαι. μὴ γὰρ δεξιὰ αἰαρεθέντος ὑπ' αὐτῶν, δεδύμως τεθνήξομαι, τὸν τῶν ψυσαμένων ἀπιστίαν, νίκης μεῖζον ἀποφέρων θρέμμάθιον.

A

B

C

Deo inuisum est, & à sapientissimo legis nostræ conditore coercetur. Denique si qui se occiderint, apud nos quidem vsque ad solis occasum insepultos abiici decretum est, cùm etiam hostes sepeliri fas esse ducamus: apud alios autem & dextræ iubentur abscindi eiusmodi mortuorum, quæ in ipsos armatæ sunt: quoniam vt corpus ab anima, ita manum esse à corpore alienam existimarent. Pulchrum est igitur, ô socij, iusta sentire neque humanis cladibus addere, vt creatorem omnium impietate lædamus. si salui esse volumus salui simus, nec enim salus apud eos ignobilis est, quibus tantis virtutem operibus demonstrauimus. sin mori placet, ab his occidi perpulchrum est, qui nos ceperint. Non migrabo ego in hostium locum, vt ipse mei proditor fiam. multo enim stolidior sim, quàm qui ad hostes vltrò profugiunt, siquidem illi salutis suæ causa id faciunt: ego verò interitus, & quidem mei. Romanorum tamen insidias votis expeto. nam si me & post iunctas dextras perimant, magno animo paratóque moriar, mendacij perfidiam pro victoriæ solatio mecum auferens. Multa quidem in hunc modum Iosephus, vt à cæde propria socios dehortaretur, dicebat. Illi autem obstructis desperatione, qua se iamdudum morti deuouerant, auribus concitantur: & alij aliunde cum gladiis accurrentes ignauiã exprobrabant: & quasi eum mox percussurus, quisque adoriebatur. Ille autẽ cùm aliũ nominatim vocaret, alium vultu ducis intueretur, alterius dexteram prehenderet, alium precibus exoraret, varia mentis affectione (vt in tali necessitate) distractus, ferrum omnium à cæde sua prohibebat, non secus vt feræ bestiæ circumclusæ, ad eum semper qui se contingeret, ora conuertens. Illorum autem, qui ducem in extrema quoque clade reuerendum putabant debilitabantur dextræ, gladíque de manibus elabebantur: multi cùm manus ei afferrent, sponte frameas dimittebant. Iosepho autem non defuit in desperatione consilium, sed fretus Dei prouidentia, salutem in periculum mittit. Et quoniam mori decretum est, inquit, agite, cædes mutuas sortiamur: & cui obtigerit, manu sequentis occumbat, atque ita omnium fortuna perambulet, neque sua se quis dextera feriat: iniustum est enim cæteris interemptis, ex aliis quenquam, si pœnituerit, saluum esse. Visus verà dicere, & quod persuasit agitur: vt sors cuique obtigit, paratam ei qui sequeretur necem suam præbebat quasi mox etiam duce perituro. cum Iosepho enim perire, vita dulcius æstimabant. Remansit autem ipse cum altero, siue fortuna dici poterat, siue Dei prouidentia. Consultóque prospiciens, ne vel sorte grauaretur, vel si nouissimus cessisset, gentilis cæde pollueretur: illi quidem, fide interposita, vt viueret persuasit: ipse verò hoc modo & Romanorum & domestico bello liberatus, ad Vespasianum per Nicanorem ducebatur. Omnes autem Romani visendi eius gratia occurrebant: & cùm se circa ducem premeret multitudo, varius tumultus erat: his exultantibus, quòd captus esset, a-

D

E

F

G

Κεφαλ. κς.

Ὁ μὲν ἰώσηπος πολλὰ τοιαῦτα πρὸς ἀποτροπὴν αὐτοχειρίας ἔλεγεν. οἱ δὲ πεφεσμένας ἀπογνώσει τὰς ἀκοὰς ἔχοντες, ὡς ἂν πάλαι καθοσιώσαντες ἑαυτοὺς τῷ θανάτῳ, παρεξιόντι πρὸς αὐτὸν καὶ προσπίπτοντες ἄλλος ἄλλοθεν ξιφήρης, σκάμμα τὸν εἰς ἀναίρεσιν, καὶ ὡς ἕκαστος αὐτίκα καταπλήξων, ὄλεθρος ἦν. ὁ δὲ τὸν μὲν ὀνόματι καλῶν, τῷ δὲ στρατηλατικώτερον ἐμβλέπων, τὴν δὲ δρασσόμενος τὴν δεξιὰν, ὁτὲ δὲ ἑτέρᾳ δυσωπῶν, καὶ ποικίλοις διαιρούμενος πάθεσιν ὅπως τὸ ἀνάγκης ἔργον ὑπὸ τῆς σφαγῆς πάντων ἀπεῖργεν, ὥσπερ τὰ καταπυκνωθέντα τῶν θηρίων, ἀεὶ πρὸς τὸν καθαπτόμενον αὐτοπρεφόμενος. τῶν δὲ καὶ τὰς ἐχάτας συμφορὰς ἐπὶ τὸ στρατηγὸν αἱρουμένων, παρελύοντο μὲν αἱ δεξιαὶ, ῥᾳδίως ὠλίσθαινε δὲ τὰ ξίφη, καὶ πολλοὶ τὰς ῥομφαίας ὑπέφερον τοῖς, αὐτομάτως παρεῖντο. ὁ δὲ ἐν τῇ ἀμηχανίᾳ, ὡς ἐπόρησεν ὑπονοίας, ἀλλὰ πίστιν δοὺς τῷ κηδεμόνι θεῷ τὴν σωτηρίαν ἐπεβάλλετο. καὶ ἐπειδὴ δέδοκται τὸ θνήσκειν, φέρε κληρώσας ἀλλήλων σφαγὰς ὑπεξέλωμεν, ὁ λαχὼν δὲ ὑπὸ τοῦ μετ' αὐτὸν πίπτέτω. ἐν ὁμοδουλίᾳ πάντων ἔστω ἡ τύχη. μὴ δὲ ὑπὸ τῆς ἰδίας καίεσθω δεξιᾶς ἕκαστος. ἄδικον γὰρ οἰχομένων τῶν ἄλλων τινὰ μεταγνόντα σωθῆναι. πιστὸς ἔδοξε ταῦτα εἰπὼν, καὶ συνεκλήρωτο πείσας. ἑτοίμως δὲ ὁ λαχὼν τῷ μετ' αὐτὸν παρεῖχε τὴν σφαγὴν, ὡς αὐτίκα τεθνηξόμενος καὶ τῷ στρατηγῷ. ζῶσι γὰρ ἤδιον, ἢ μετὰ ἰωσήπου θάνατον ἡγοῦντο. καταλείπεται δὲ σὺν (εἴτε ὑπὸ τύχης χρὴ λέγειν, εἴτε ὑπὸ θεοῦ προνοίας) σὺν ἑτέρῳ, καὶ συνδεδεμένω μήτε ὑπὸ τῆς κλήρου καταδικασθῆναι, μήτε εἰ τελευταῖος λίποιτο μιαίνειν τὴν δεξιὰν ὁμοφύλῳ φόνῳ, πείθει κἀκεῖνον ὅπως πίστει ζῶν. ὁ μὲν ἦν ἐκ τῶν ῥωμαίων, καὶ τῆς οἰκείων ὀλοφυγὼν πόλεμον, ὅτι ἀσπασιαστὴν ἦγετο διὰ τὸ νικᾶν ἕκαστος. οἱ δὲ ῥωμαῖοι πάντες ὅπως θέαν αὐτὸν συνέτρεχον, καὶ τὸ πλῆθος συνεθλίβοντο πρὸς τὸν στρατηγόν, θόρυβος ἦν ποικίλος, τοῦ μὲν χαιρόντων ὅτι τοῦ ληφθέντος, τοῦ δὲ, ἀπειλούντων, τῶν δὲ ἐγγύθεν ἰδεῖν διαζομένων. καὶ οἱ μὲν πόρρωθεν,

bis minitantibus, nonnullis autem propius eum videre certantibus. Et qui longius quidem aberant,

hoſtem interficiendum eſſe clamabant: qui verò propius erant, facta eius reputantes, mutationes ſtupeſcebant. Rectorum autem nemo fuit, qui liçèt antè iraſceretur nomini eius, viri aſpectu non mitior factus ſit. Titum verò præter alios & fortis Ioſephi animus in calamitatibus, & ætatis eius miſericordia capiebat: qualiſque pridem fuiſſet in præliis reminiſcenti, & qualis nunc ſit in hoſtium manibus poſitus intuenti, ſuccurrebat quanta eſſet fortunæ potentia, quámque velox belli momentum: humanarum autem rerum nihil firmum atque perpetuum. quamobrem multos ad miſerationem Ioſephi pertraxit: plurimáque ſalutis eius pars Titus extitit apud patrem. Veſpaſianus tamen, quaſi miſſurus cum Cæſari, vt cautiſſimè cuſtodiretur præcepit. Quo audito, Ioſephus aliquid ei ſoli ſe dicere velle ait. Summotiſque ab illo omnibus aliis præter filium Titum, ac duos amicos: Tu quidem, inquit, Veſpaſiane tantùm hoc putas, Ioſephum te habere captiuum: ego autem maiorum ad te nuncius venio, præmiſſus à Deo: alioquin Iudæorum legem ſciebam, & quemadmodum duces exercituum mori deceret. Ad Neronem me mittis? quid ita? quaſi qui Neroni vſque ad te ſucceſſuri ſunt, maneant. Tu es Cæſar Veſpaſiane & Imperator, atque hic filius tuus: me autem colligatum arctius tibi aſſeruato: nam dominus quidem non mei ſolius es tu Cæſar, verumetiam terræ mariſque ac totius hominum generis. me autem ad maiorem pœnam cuſtoditi oportet, ſi ex tempore & ſubitò in dominum iſta confingo. His dictis Veſpaſianus ſtatim quidem fidem non habere videbatur, eáque Ioſephum exiſtimabat ſalutis gratia comminiſci. paulatim verò ad credendum impellebatur, iampridē illum excitante ad imperium Deo, ſceptráque multis præmonſtrante aliis portentis. Sed & in aliis verum eſſe Ioſephū deprehēderat. Altero nanque amicorum qui ſecretis intererant, admirari dicente, quemadmodum (niſi hæc deliramenta ſint) neque Iotapatenis de excidio, neque ſibi de captiuitate quicquam diuinaſſet, vt à ſe iram depelleret: Ioſephus Iotapatenis ait ſe prædixiſſe, quòd poſt diem ſeptimum & quadrageſimum eos maneret exitium, quódque ipſum Romani viuum eſſent in cuſtodia retenturi. Hæc in ſecreto quæſita, Veſpaſianus vbi vera eſſe comperit à captiuis, etiam quæ de ſe dixiſſet credibilia cœperat exiſtimare: ſed neque cuſtodiam Ioſepho nec vincula remittebat: veſtimentis autem aliiſque muneribus eum donare benigniſſiméque fouere non deſinebat, etiam Tito magnam honori eius operam commodante. Quarto autem die menſis Iulij Veſpaſianus in Ptolemaida reuerſus, inde in loca maritima Cæſaream peruenit, Iudææ maximam ciuitatem, & quæ maiorem incolarum partem Græcos haberet. Igitur & exercitum & rectorem indigenæ omni fauore ac benignitate ſuſcipiunt, affectu quidem quo Romanos diligerent. plus autem illorum qui exciſi fuerant odio: vnde etiam multi ſimul, vt de Ioſepho ſupplicium ſumeret, cum clamore precabantur. Veſpaſianus autem de iſta quidem petitione,

πολάζειν ἐβόων τὸν πολέμιον. τῷ δὲ πλησίον ἀπάμπους αὐτοῦ τῷ ἔργων εἰσήει, καὶ πρὸς τὴν μεταβολὴν θάμβος, τό τε ἡγεμόνιον ἀδείας ἰῶ, ὃς εἰ μὴ φοβεροῦ ὠφίζετο, τότε πρὸς τὸ ὄψιν ἃ ἐνέδωκεν αὐτῷ. μάλιστα δὲ τὸν τίτον ἐξ ἀρετῆς, τό τε καρτερικὸν ἐν τοῖς συμφοραῖς ἤρει τοῦ ἰωσήπου, καὶ πρὸς τὴν ἡλικίαν ἔλεος. ἀναμιμνησκομένῳ τε τὸν ἐν πάλαι μαχόμενον, καὶ τὸν ἐν χερσὶν ἐχθρῶν ἄρτι κείμενον ὁρῶντι. παρῆν τε νοεῖν ὅσον δύναται τύχη, καὶ ὡς ὀξεῖα μὲν πολέμου ῥοπὴ, τῷ δὲ ἀνθρωπίνων οὐδὲν βέβαιον. παρὸ καὶ τότε συνδιέθηκε μὲν πλείοσι ἑαυτὸν καὶ πρὸς οἶκτον τὸν ἰωσήπου. πλείστη δὲ αὐτῷ, καὶ διὰ τὰ παρὸν μοῖρα σωτηρίας ἐγένετο.

Κεφάλαιον κζ.

Ὁ μὲν τοι ἰεσπασιανὸς φρουρεῖν αὐτὸν μὴ πολλῆς ἀσφαλείας προσέταξεν, ὡς ἀναπέμψων αὐτίκα νέρωνι. ταῦτα ἀκούσας ὁ ἰώσηπος, μόνῳ τι δι' ἀγαλεγθῆναι θέλειν ἔλεγεν αὐτῷ. μεταστησαμένου δὲ ἐκείνου, πλὴν τοῦ παιδὸς τίτου καὶ δυεῖν φίλων, τοῖς ἄλλοις ἅπασι. σὺ μὲν εἶπεν ἰεσπασιανὲ, νομίζεις αἰχμάλωτον αὐτόμολον εἰληφέναι τὸν ἰώσηπον. ἐγὼ δὲ ἄγγελος ἥκω σοι μειζόνων. μὴ δὲ ὑπὸ θεοῦ πεμπόμενος ἐκ ἤδειν τὸν ἰουδαίων νόμον, καὶ πῶς στρατηγοῖς ἀποθνήσκειν πρέπει; νέρωνί με πέμπεις; τί δή; οἱ μὲν νέρωνα μέχρι σοῦ ἡγέμονες μένουσι; σὺ καῖσαρ ἰεσπασιανὲ καὶ αὐτοκράτωρ, σὺ καὶ παῖς ὁ σὸς εἶσθ'. δέσμει δέ με νυῦ ἀσφαλέστερον, καὶ τήρει σαυτῷ. δεσπότης δὲ σὲ μόνον ἐμοῦ σὺ καῖσαρ, ἀλλὰ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης, καὶ παντὸς ἀνθρώπων γένους. ἐγὼ δὲ δίκην τιμωρίαν δόμαι φρενῶν μείζονος, εἰ καταψευδόμενός θεοῦ. ταῦτα εἰπόντος, ὡς ἀληθῆ μὲν ἰεσπασιανὸς ἀπιστεῖν ἐδόκει, καὶ τὸν ἰώσηπον ὑπελάμβανε ταῦτα περὶ σωτηρίας πανουργεῖν. καὶ πικρὸν δὲ εἰς πίστιν ὑπήγετο, τὸ θεοῦ διηνεκέστατος αὐτὸν εἰς τὴν ἡγεμονίαν ἤδη, καὶ τὰ σκῆπτρα δι' ἑτέρων σημείων προδήλως. ἀτρεκῆ δὲ τὸν ἰώσηπον ἐν αὐτοῖς κατελάμβανε. τῷ δὲ τοῖς ἀπορρήτοις ὡς δυστυχόντων φίλων ὁ ἕτερος, θαυμάζειν ἔφη, πῶς ὅτε τοῖς ὅπι τῷ ἰωταπάτων περὶ ἁλώσεως, ὅτε αὐτῷ πρεμαντεύσατο περὶ αἰχμαλωσίας, εἰ μὴ ταῦτα λῆρος εἴη ἀλαζονευόμενα τὰς ἐπ' αὐτὸν ὀργάς. ἰώσηπος δὲ καὶ τοῖς ἰωταπατηνοῖς ὅτι μὲν τεσσαρακοστῷ ἑβδόμῃ ἡμέραν ἁλώσεσθαι ἔφη, καὶ ὅτι πρὸς ῥωμαίων αὐτὸς ζωγρηθήσεται. ταῦτα δὲ τῷ αἰχμαλώτων κατ' ἰδίαν ὁ ἰεσπασιανὸς ἐπυθόμενος, οὐδενὸς ἀληθῆ, καὶ πίστιν εἶναι περὶ τῷ κατ' αὐτὸν ἦρτο. φρουρᾶς μὲν οὖν καὶ δεσμῶν ἐπαίει τὸν ἰώσηπον, ἐθεραπεύετο δὲ καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις χειλίοις φιλοφρονούμενος καὶ πρείστων διετέλει, τὰ πολλὰ τίτου τῆς τιμῆς συνεργοῦντος.

Κεφάλαιον κη.

Τετάρτῃ δὲ πανέμου μηνὸς, ἀναζεύξας εἰς τὴν πτολεμαΐδα, κἀκεῖθεν εἰς τὴν καισάρειαν ἀφικνεῖται καισάρειαν, μεγίστην τε ἰουδαίας πόλιν καὶ τὸ πλέον ὑφ' ἑλλήνων ἐποικουμένην. ἐδέχοντο δὲ αὐτὸν στρατιαὶ, καὶ τὸν στρατηγὸν, μετὰ πάσης φιλοτιμίας, καὶ φιλοφροσύνης οἱ ἐπιχώριοι, καὶ κατ' εὔνοιαν μὲν τὴν πρὸς τοὺς ῥωμαίους, τὸ δὲ πλέον, ἔχθει τοῦ κατεστραμμένων. διὸ καὶ τὸν ἰώσηπον ἀθρόοι καταβοῶντες ἠξίουν κολάζειν. ἰεσπασιανὸς δὲ, τὴν μὲν περὶ τούτου δίκην, ὡς ὑπὲρ

ὡς ὑπ' ἀκείτου χωμυρίου πλήθους, ἐξέλυεν ἡσυχία. τῇ A
δ' ὑστεραίᾳ τὰ μὲν δύο, χειμερίσοντα ἐκάθισεν ὅπου
τ' ἡγεμονείας, ὅπου τὸ δ' ἕκτον ὁρῶν τ' πόλιν. τὸ δ' ἕκατον δὲ
ἐς τ' πέμπτον εἰς σκυθόπολιν, ὡς μὴ θλίβοι παντὶ τῷ
στρατῷ τ' ἡγεμόνειαν. ἀλεεινὴ δ' ἐστὶν καὶ ἐκείνη χειμῶνος
ὥρᾳ, καθόσον καὶ πνιγώδης θέρεος ὑπὸ καύματος πε-
φλεγὲς ἔσται ὃ ᾧ θέρος.

Κεφάλαιον κθ.

ΕΝ δὲ τούτῳ συναθροισθέντες οἵτε κῆ φάσιν ἐκπί- B
πτοντες τ' πολεμίων, καὶ οἱ ἀφυγόντες ἐκ τ' καθε-
στραμμένων, πλῆθος μὲν ὀλίγον, ἀναπτίζουσιν Ἰόππην ὀρ-
μητήριον σφίσιν, ἐρημωθεῖσαν ὑπὸ κεσίου φοίνικος, καὶ
φ' χώρας ἐκπεπολεμωμένης ἀειρόμενοι, μεταβαίνειν
ἔγνωσαν εἰς τ' θάλασσαν πεζάμενοι τε πρὸς πειρατικὰ σκά-
φη πλεῖσα, τόν τε φοινίκης, καὶ συρίας, καὶ τ' ἐπ' αἰγύπτῳ
πόρον ἐλήιζουν, ἄπλωτά τε πᾶσιν ἐποίουν τὰ τῇδε πε-
λάγη. ὑεσπασιανὸς δ' ὡς ἔγνω τ' σύναξιν αὐτῶν, πέμπει
πεζούς τε καὶ ἱππεῖς ὅπως τ' Ἰόππην, οἳ νύκτωρ ὡς ἀφύ- C
λακτον εἰσέρχονται τ' πόλιν. οἱ δ' ἐν αὐτῇ προηδοντο μὲν
τὴν εἴσοδον, καὶ καθεσθέντες, τ' μὲν εἴργειν τοὺς ῥωμαί-
ους ἀπεζέποντο. συμφυγόντες δ' εἰς τὰς ναῦς, ἐξοτέρω
βέλους διενυκτέρευσαν. ἀλιμενὸς δ' ἔσης φύσει τ' Ἰόπ-
πης, αἰγιαλῷ γὰρ ὑπολίθει ξαχεῖ, καὶ τὸ μὲν ἄλλο πᾶν ὀρ-
θίῳ, βεαχὺ δ' σωνδύοντι κῆ βίας κεραίας ἑκατέρθεν. αἱ
δὲ εἰσὶ, κρημνοὶ βαθεῖς, καὶ ῥηχεσαι σπιλάδες εἰς τὸ D
πέλαγος, ἔνθα καὶ τ' ἀνδρομέδας δεσμῷ ἔτι δεικνύμε-
νοι τύποι, πιστὸν τ' ἀρχαιότητα τῷ μύθῳ. τύπτων δ' τ'
αἰγιαλὸν αὐτὸς βορέας, καὶ θεὸς τ' δεχομένοις πέτρας
ὑψηλὸν αἰακόπτων τὸ κῦμα, σφαλερώτερον ἐρημίας τ'
ὅρμον ἀπεργάζεται. κῆ τότον σαλεύουσι τοῖς ἀπὸ τ' Ἰόπ-
πης, ὑπὸ τ' ἕω πνεῦμα βίαιον ὑπαίτιον. μελαμβόρειον
ὑπὸ τῶν ταύτη πλωϊζομένων καλεῖται. καὶ τὰς μὲν θεὸς
ἀλλήλαις τ' νεῶν αὐτόθι συνήρραξε, τὰς δ' θεὸς ταῖς E
πέτραις. πολλὰς δ' θεὸς αὐτὸν κῦμα βιαζομένας εἰς
τὸ πέλαγος, τόν τε γὰρ αἰγιαλὸν ὄντα πρῳώδη, καὶ τοῖς
ἔσω αὐτῆ πολεμίοις ἐλεεινότερος ὑπαρθεὶς
ὁ κλύδων ἐβάπτισεν. ὧν δ' ὅτε φυγῆς που τόπος, ὅτε
μηδὲν σωτήριον, βίᾳ μὲν αἵμα τ' θαλάσσης ἐξωθουμένους, ῥωμαίων δ' τ' πόλεως φερομένων τοῖς βελῶν
ἐκκλίνειν. καὶ πολλὴ μὲν οἰμωγὴ συῤῥηγνυμένων ἠκούετο
τ' σκαφῶν, πολὺς δὲ ἀγνυμένων ὁ ψόφος. καὶ τὸ πλῆθος F
οἱ μὲν ὑπὸ τῶν κυμάτων καλυπτόμενοι διεφθείροντο,
πολλοὶ δ' τοῖς ναυαγίοις ἐμπλεκόμενοι. τινὲς δ' ὡς κου-
φοτέρῳ τ' θαλάσσαν ἔφθανον τῷ σιδήρῳ σφᾶς αὐτοὺς
ἀναιρῶντες. τὸ γε μὴν πλεῖστον ὑπὸ τ' κυμάτων ἐκφερό-
μενον προὐξαίνετο τ' ὀπῤῥῶξιν, ὡς αἱμαχθῆναι μὲν ὅλη
πλεῖστον τὸ πέλαγος, πληρωθῆναι δ' νεκρῶν τ' ᾠδαλίαν. καὶ γὰρ τοὺς ὅλη τ' αἰγιαλὸν ἐκφερομένους, ἐφεξῆτες
οἱ ῥωμαῖοι διέφθειρον. ἦν δ' ἀριθμὸς τῶν συμβεβαλέντων
σωμάτων, τετρακισχίλιοι πρὸς τοῖς διακοσίοις. ῥωμαῖοι
δ' λαβόντες ἀμαχητὶ τ' πόλιν κατεπάστησαν. Ἰόππην G
μὲν ἔτος ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ δὶς τὸ ῥωμαίοις ἁλῶναι. ὑεσπασιανὸς δ' ὡς μὴ πάλιν οἱ πειρασταὶ σωαλι-
σθεῖεν εἰς αὐτὸν, στρατόπεδόν τε ὅλη τ' ἀκροπόλεως ἐ-
γείρας, καὶ τὸ ἱππικὸν ἐν αὐτῷ καταλείπει μὴ πεζῶν ὀλί-
γων, ἵνα ἐκεῖ μὲν καὶ χώραν μένοντες, φρουρῶσι τὸ στρατό-
πεδον. οἱ δ' ἱππεῖς περινομεύουσι τ' πόλιν, καὶ τοὺς πε-
ραίους κώμας τε καὶ πολίχνας ἐξαίρουσι τ' Ἰόππης.

velut ab inconsulta multitudine oblata, nihil respondendo dissoluit. legionum verò duas quidem hyematum apud Cæsaream posuit, quòd opportunam videret esse ciuitatem. Decimam verò & quintam Scytopolim misit, ne totius exercitus molestia Cæsaream premeret. Erat autem illa quoque aprica per hyemem, quantum æstatis caloribus æstuosa, vt in planicie sita atque maritima.

CAP. XV. Ioppe deletus capitur.

DVm hæc aguntur, collecta non exigua multitudo, qui vel ab hostibus seditione defecerant, vel ex ciuitatibus euersis effugerant, Ioppen sibi receptacula renouant, quam antea vastauerat Cestius. Et quia terra quam vastauerat arcebantur, migrandum in mare censuerunt: ac piraticis nauibus fabricatis, in Syriam ac Phœnicen itémque in Ægyptum commeantes, plurimos latrociniis prædabantur: omnibusque nauigiis inuium faciebant illarum partium pelagus. Sed Vespasianus cognito quid constituissent, equites in Ioppen necnon & pedites mittit. hique nocte in ciuitatem, quòd incustodita erat, ingressi sunt. Eius autem habitatores (postquam irruptionem præsenserant, ne tunc Romanos arcerent, metu deterriti, naues fuga petierunt: & in his, vltra contiguum sagittæ spacium, pernoctauêre. Cùm verò Ioppe natura esset importuosa (namque in asperum cæteráque arduum littus desinit ac summis vtrinque cornibus leuiter incuruum, quæ vastè supersunt, & ingentibus procellis pelagus turbant: vbi etiam nunc Andromedæ catenarum signis extantibus, fabulæ veteris fides ostenditur: aduersus autem Aquilo feriens littora, summos in obiectas cautes fluctus affligit, solitudinéque in tutiorem efficit stationem) in eo salo fluctuantibus Ioppenis, prima luce violentius, quem illac nauigantes Melamboream vocant, flatus incumbit: & alias quidem naues inter se, alias verò collisit in scopulos. multæ autem cùm magna vi aduerso æstu, niterentur ad pelagus (nam & littus saxis infestum, & hostes in eo constitutos timebant) sublatæ in sublime gurgite mergebantur. & neque fugæ vspiam locus erat, neque manentibus spes salutis: cum & mari ventorum, & ciuitate Romanorum violentia pellerentur. Itaque multi vlulatus collisis nauibus audiebantur, & multi crepitus fractis: Ioppenorum autem fluctibus pars obruti, pars naufragiis implicati morieban tur. nonnulli autem ferro se interficiêtes, veluti id satius esset, mare præueniebant: plurimi autem euecti fluctibus, scopulis carpebantur: vt & pelagus sanguine redundaret, omnisque ora maritima cadaueribus implerentur: cum etiam ad littus appulsos in eo stantes Romani milites trucidarent. eiectorum autem corporum quatuor millia ducenta fuerunt. Ita captam nullo prælio ciuitatem Romani funditus eruunt. Ioppe quidem hoc modo breui tempore bis à Romanis excisa est. Vespasianus autẽ, ne rursus eò piratæ confluerent, castris in arce munitis, ibi cum peditibus paucis equitatum reliquit: vt hi quidem locis suis manentes, eadem castra defenderent: equites verò omne circum territorium peragrantes ad fines Ioppes, vicos & oppidula simul exurerent.

Illi igitur præceptis obedientes, in dies singulos incursando, excindebant totas regiones atque vastabant. Vbi verò Iotapatæ apud Hierosolymam casus nunciatus est, primò quidem plurimi & pro magnitudine calamitatis, & quòd nemo qui se vidisse diceret quæ iactabantur aduenerat, non credebant. nec enim vel nuncius aliquis superfuerat: sed ipsa per se fama excidium prædicabat, velox nuncia tristium: paulatimque per finitimos veritas ambulabat, & apud omnes ambiguitate certior habebatur. quinetiam rebus gestis plura quæ facta non erant affingebantur: & in excidio ciuitatis peremptus dicebatur esse Iosephus: quæ res maximo luctu repleuit Hierosolymam: & per singulas domos itémque cognationes, amissorum quisque lugebatur à suis: luctus verò ducis publicus erat. & hi quidem hospites, alij propinquos, amicos alij, nonnulli etiam fratres flebant: Iosephum autem vniuersi. adeò vt per dies xxx. nunquam lamenta in ciuitate cessarent, magnáque mercede conducerentur tibicines næniarum. Tempore autem veritate reuelata, vt de Iotapata quidem vbi res habebat, fictum verò quod de Iosephi morte vulgabatur, cúmque viuere & cum Romanis esse compertum est, ac supra captiui fortunam à ducibus honorari: tantam in eum viuum iracundiam, quantam prius cùm mortuum crederent beneuolentiam, conceperunt. Et ab aliis quidem ignauiæ, apud alios proditionis arguebatur: totáque in eum ciuitas plena erat indignatione atque conuitiis. Vltro autem his vulneribus excitabantur, magísque accendebantur rebus aduersis: & offensio quæ prudentibus ne similia perferant cautionis & custodiæ causam præbet, ad alias calamitates tanquam stimulus incitabat: & malorum semper incipiebat ex fine principium. denique maiore in Romanos impetu ferebantur, velut in Iosephum pariter vindicaturi. Hierosolymorum quidem habitatores eiusmodi turbis agitabantur.

οἱ μὲν ἐν τῇ τὰ προσταχθέντα τῆ χώρᾳ καθ' ἑξῆς ποιοῦντες, καθ' ἡμέραν ἕτερόν τε, καὶ πρόσθεν ἅπασαν.

Κεφάλαιον λ.

Ὡς δὲ εἰς τὰ ἱεροσόλυμα τὸ κατὰ τὴν Ἰωταπάτην πάθος ἠγγέλη, τὸ μὲν πρῶτον ἠπίστουν οἱ πολλοί, καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς, καὶ διὰ τὸ μηδένα τῶν λεγομένων αὐτόπτην παρεῖναι. διεσῴθη γὰρ οὐδὲ ἄγγελος. ἀλλὰ αὐτομάτη διεκήρυσσε φήμη τὰ ἄλωτα, ὠκεία φύσει τῶν σκυθρωποτέρων. κατ' ὀλίγον δὲ διὰ τῶν προσχώρων ὤδευε τὸ ἀληθὲς, καὶ πᾶσιν ἀμφιβολίας ἰσχυροτέρα, προσεχεῖτό γε μὴν τοῖς προσφιλέσι καὶ τὰ μὴ γιγνόμενα. τὸν θανατον δὲ τοῦ Ἰωσήπου ἀλώσεως, καὶ ἰώσηπος ἠγγέλλετο. τοῦτο μέγιστα τὰ ἱεροσόλυμα πένθους ἐπλήρωσε, καὶ μὲν γε οἶκος, καὶ κατὰ συγγένειας οἷς προσήκων ἕκαστος τῆς ἀπολωλότος ἐθρηνεῖτο. τὸν δὲ τῆς στρατηγοῦ πένθος ἐδημοσιεύθη. καὶ οἱ μὲν ξένοι, οἱ δὲ συγγενεῖς, οἱ δὲ φίλοι, οἱ δὲ ἀδελφοὶ ἐθρήνουν. τὸ δὲ ἰώσηπον ἅπαντες, ὡς ὅτι ζιακοσίων μὲν ἡμέραν μὴ διαλιπεῖν τοὺς ὀλοφύρσεις ἐν τῇ πόλει. πλείους δὲ μισθῷ θῆσαι τοὺς αὐλητὰς, οἱ θρήνων ἐξῆρχον αὐτοῖς. ὡς δὲ τὸ ἀληθὲς διεκαλύπτετο τῆς χρόνῳ, καὶ τὰ κατὰ τὸν ἰωταπάτην ὥσπερ εἶχεν, ἐχαρίζοντο δὲ τὸ κατὰ τὸν ἰώσηπον πάθος ἀνείσητο. ζῶν δὲ αὐτὸν ἔγνωσαν, καὶ μᾶλλον ῥωμαίοις ὄντα πρὸς τῆς ἡμῶν ἢ κατ' ἀχμαλώτου τύχην θεραπείαν, ζωστὸν ὀργῆς ὅτι ζῶντος, ὅσον δυνοίας ὅτι τεθνεῶτα δικαίως πρέσβυν ἀπελάμβανον. καὶ παρ' οἷς μὲν εἰς ἀναισθησίαν, παρ' οἷς δὲ εἰς πρόδοσίαν ἐκακίζετο. πλήρης δὲ ἀγανακτήσεως ἦν καὶ τῆς κατ' αὐτοῦ βλασφημιῶν ἡ πόλις. παροξύνοντο δὲ τὰ πληγαῖς, καὶ προσεξεκαίοντο ταῖς κακοπραγίαις. τὸ γε μὴν πάσχειν ὁ γίνεται τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἀσφαλείας καὶ τῆς ὁμοίων φυλακῆς ἄριστον, σκοπούσι κέντρον ἑτέρων ἐγίνετο συμφορῶν. καὶ τὸ τέλος, ἀεὶ τῆς κακῶν αὖθις ἀρχή. μᾶλλον γοῦν ὥρμων ὅτι τοὺς ῥωμαίους, ὡς καὶ ἰώσηπον ἐν αὐτοῖς ἀμυνόμενοι. τοὺς μὲν οὖν ὅτι τῆς ἱεροσολύμων, τοιοῦτοι θόρυβοι κατεῖχον.

Cap. XVI. Deditio Tiberiadis.

VEspasianus autem studio visendi regnum Agrippæ (nam & ipse rex inuitabat, rectorem cum exercitu simul paratus accipere domesticis diuitiis, ac per eos ægras partes regni compescere) motis ex Cæsarea maritima castris, in eam quæ Philippi dicitur Cæsaream demigrauit: ibíque per dies xx. milite recreato, ipse quoque rerum gestarum gratias Deo referens in epulis erat. Postquàm verò Tiberiada quidem nouas res cupere, ac deficere Tarichеas audiuit (ad regnum autem Agrippæ vtraque pertinebat) decreto apud se vndique Iudæos excindere, opportunum esse credidit aduersus eos exercitum ducere, simul vt Agrippæ hospitio vicem rependeret, potestati eius ciuitatibus creditis. Igitur filium suum in Cæsaream, vt inde militem Scythopolim traduceret, mittit. Hæc autem ciuitas Decapoleos maxima, & Tiberiadi vicina est. Quò cùm ipse venisset, ibi filium præstolabatur. Deinde cum tribus vltrà legionibus progressus, ad trigesimum à Tiberiade stadium,

Κεφάλαιον λα.

Ὁ δὲ σπασιανὸς ἦν καθ' ἱσοτιμίαν τῆς ἀγρίππα βασιλείας, συνῆγε γὰρ βασιλεὺς αὐτὸς, ἅμα καὶ δεξιούσασθαι τὴν ἡγεμόνα σὺν τῇ στρατιᾷ τῆς καὶ τὸν οἶκον ὅλβῳ προσαγορεύμενος, καὶ κατασείλας δι' αὐτῆς τὰ νοσοῦντα τῆς ἀρχῆς, ἀφ' ὧν τῆς ἀδήλου καμοσαρείας, εἰς τὸν φιλίππου καλουμένου μεταβαίνει καισάρειαν. ἔνθα μέχρι μὲν ἡμερῶν εἴκοσι τὸν στρατὸν ἐφοδιάζων, καὶ αὐτὸς ἐν δυνοχίαις ἦν, ὅπου δίδοις τῆς θεᾷ χαριστήρια τῆς κατορθωμένων, ὡς ἦν αὐτῷ πιθανὰ μὲν νικητηρίζειν, ἀφεσείας ἦν ἠγγέλλοντο ταραχᾶς, μοῖρα δὲ τῆς ἀγρίππα βασιλείας ἦσαν ἀμφότεραι, παντοχόθεν τοῖς ἰουδαίοις καταστρέφεσθαι διηγωνικὼς, τὸν ὅτι τούτοις στρατὸν ἄκμαζον ἠγεῖτο, καὶ δι' ἀγρίππαν ὡς εἰς ξενίας ἀμοιβὴν, συφρονίσων αὐτῷ τὰς πόλεις. πέμπει δὴ τὸν υἱὸν τίτον εἰς καισάρειαν, μεταπάξοντα τὸν ἐκεῖθεν στρατὸν εἰς σκυθόπολιν. ἡ δὲ μείζων τῆς δεκαπόλεως, καὶ γείτων τῆς τιβεριάδος. ἔνθα καὶ αὐτὸς ἐφαγρύμβους, ἐκδέχεται τὸν υἱὸν. καὶ μετὰ τῶν ταγμάτων προελθὼν, στρατοπεδεύεται μὲν, ἀπὸ ξιφίκοντα τῆς τιβεριάδος σταδίων

κατὰ πνα

κατά τινα ςαθμὸν δυσώπητον τοῖς νεωτερίζουσι. σεννα- A
βεὶς ἀναβάζ). πέμπει ὁ δεκαδάρχην ἀλεξιανὸν
σὺν ἱππεῦσι πεντήκοντα, διαλεχθησόμενον εἰρηνικὰ
τοῖς κῆ τὴν πόλιν, καὶ προφερόμενον ὅτι πίςεις. ἀκηκόει
γὰρ ὡς ὑπεθυμεῖτο μὲν εἰρήνης ὁ δῆμος, κατασασιάζοιτο
δ' ὑπό τινων πολεμεῖν βιαζομένων. προσελάσας δ' ὁ
ἀλεξιανὸς, ἐπεὶ πλησίον ἦν τοῦ τείχους, αὐτός τε κα-
τέβαινε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τοὺς ἱππέων ἀπέβησεν, ὡς μὴ B
δοκοῖεν ἀκροβολισόμενοι παρεῖναι. καὶ πρὶν εἰς λόγους
ἐλθεῖν, ἐπεκθέουσιν αὐτῷ τῶν ςασιαςῶν οἱ δυνατώτε-
ροι μετ' ὅπλων. ἐζήτει δ' αὐτοῦ ἰησοῦς τὸ ὄνομα, παῖς
σαφάτου, τοῦ λῃςρικοῦ σίφικος ὁ κορυφαιότατος. ἀλέξιανὸς
δ' ὅτε μὲν πρὸς τὰς κατόλας τῆς στρατιᾶς συμβαλεῖν ἀσφα-
λὲς ἡγούμενος, εἰ μὴ τὸ νικᾶν εἴη βέβαιον, καὶ σφαλερὸν
μάχεσθαι πολλοῖς μετ' ὀλίγων, ἀλλὰ δασκιόων τε πρὸς
ἑτοίμους, καὶ ἄλλως ἐκπλαγεὶς πρὸς τὸ ἀδόκητον τῶν ἰου-
δαίων τόλμημα, φεύγει πεζὸς, ἔτερά τε ὁμοίως πέντε τοὺς
ἵππους ἀπέλιπον, οὓς οἱ περὶ τὸν ἰησοῦν ἀπήγαγον εἰς τὴν C
πόλιν, γεγηθότες ὥσπερ μάχῃ ληφθέντας τὰ ἐναντία.

Κεφάλαιον λβ.

ΤΟῦτο καταδείσαντες οἱ γηραιοὶ τοῦ δήμου, καὶ πρῶ-
τον δακρύοντες, φεύγουσι μὲν εἰς τὸ τῶν ῥωμαίων στρα
τόπεδον, ἐπαγόμενοι δὲ τὴν βασιλέα πρεσβείαν ἱκέτας
ἐς πασιανῷ, μὴ σφᾶς περιϊδεῖν δέοιντο, μὴ δὲ τὸ ὀλί-
γων ἀπόνοιαν, ἡγήσασθαι τῆς πόλεως ὅλης φείσασθαι δὲ τῷ D
δήμῳ ῥωμαίοις φιλοφρονοῦντας ἀεὶ, καὶ τοὺς αἰτίους μ-
μωρήσασθαι τῆς ἀποςάσεως, ὑφ' ὧν αὐτοὶ φρυηθῶσι
μέχρι νῦν ὑπὸ δεξιᾶς ἐπειγόμενοι πάλαι. ταύτας ἐνε-
δίδου τὰς ἱκεσίας ὁ στρατηγὸς, καὶ τοι δεδιὼς τὴν ἁρπαγὴν τῶν
ἵππων ἐφ' ὅλῳ ὠργισμένος τὴν πόλιν. καὶ γὰρ ἀγριππᾶν τὸν
περὶ αὐτὸν τὰ ἀγείππαν ἐώρα. λαμβανόντων δὲ τούτων
τὸν δήμου δεξιὰς, οἱ περὶ τὸν ἰησοῦν, ὡς ἐπὶ ἀσφαλὲς ἡσύ-
χαζον μηδὲν ὑπὸ τῶν τιβεριάδος, εἰς ταριχαίας ἀποδι-
δράσκουσι. καθ' ἡμέραν δὲ σπασιανὸς σὺν ἱππεῦσι, E
προπέμπει πρὸς τὴν ἀκρόπολιν ἰαϊανὸν, ὑποπροσθοῦναι
τὸ πλῆθος, εἰ πάντες εἰρηνικὰ φρονοῖεν. ὡς δ' ἔγνω τὸν δῆ-
μον ὁμογνώμονα τοῖς ἱκέταις, ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν ἦει
πρὸς τὴν πόλιν. οἱ δὲ τὰς τε πύλας ἀνοίξαντες αὐτῷ καὶ μεθ'
ὑφημιῶν ὑπαντήσαντες, σταθμᾷ καὶ διεργάτην ἀναβαλόντες.
τὸν δὲ στρατιᾶς ἐμβεβηκότος πρὸς τὴν εἰσόδων σπουδὴν,
ὡς διαῤῥῆξαι τὸ κῆ τὴν μεσημβρίαν τείχους ἀσπασια-
νὸς κελεύσας, πλατύνει τὴν εἰσβολὴν αὐτοῖς. ἁρπαγῆς F
μήν τοι καὶ ὕβρεως ἀπέχεσθαι, παρήγγελλε τῷ βασιλεῖ
χαριζόμενος, τῷ τε τειχῶν δι' αὐτὸ ἐφείσατο, συμ-
μένειν πρὸς τὸ λοιπὸν ἐγγυωμένῳ τοῖς ἐν αὐτοῖς, καὶ τὰ
ἄλλα πεκακωμένῃ τὴν πόλιν ἐκ τῆς στάσεως ἀπε-
λάμβανεν. ἔπειτα προελθὼν αὐτῆς τε μεταξὺ, καὶ τα-
ριχαίων στρατοπεδεύεται. τειχίζει δ' αὐτὴν παρεμ-
βολὴν ὀχυρωτέραν, ὑφορώμενος ἐκεῖ πολέμιν τιβε-
ριὰς ἀπὸ ἡμισομένην. σωρρεῖ δὲ εἰς τὰς ταριχαίας πᾶν G
τὸ νεωτερίζον, τῆτε τὸ πόλεως ὀχυρότητι, καὶ τῇ λίμνῃ
πεποιθότες, ἣ καλεῖται γεννησὰρ πρὸς τὴν ὁπλιτι-
κήν. ἡ μὲν δὴ πόλις ὥσπερ ἡ τιβεριὰς ὑπόρειος ἐστι,
καθ' ἃ μὲν τῇ λίμνῃ περιέχεται, πάντοθεν ὑπὸ τῷ
ὄρει τετείχισο καρτερῶς. ἐλάσσω μέντοι τὴν τιβερι-
άδος. τὸ μὲν δὴ ἐκεῖ περίβολον, ἐν ἀρχῇ τῆς ἀποςάσεως
δαψιλείᾳ χρημάτων καὶ δυνάμεως ἐκρατύνατο.

in quadam manſione conſpicua nouarum re- A
rum ſtudioſis, cui nomen eſt Enabris, caſtra
ponit: atque hinc decadarchum Valerianum
cum equitibus L. mittit, qui pacifico ſermone
oppidanos alloqueretur, & ad fidem inuitaret.
audierat enim quòd pacem populus deſidera-
ret: à nonnullis autem ad bellum eum cogen-
tibus, ſeditionem pateretur. Itaque Valerianus
vbi muro appropinquauit, & ipſe de equo de-
ſilijt: & ſuos comites idem facere iuſſit: ne la-
ceſſendi prælij cauſa, potius veniſſe videretur.
Sed priuſquam verbum faceret, armati excur-
rêre in eum ſeditioſi, qui erant validiores, re-
ctore quodam nomine Ieſu, Tobiæ filio, la-
trocinalis agminis principe. Valerianus au-
tem, neque præter mandata ducis prælio con-
gredi tutum ratus, etiam ſi de victoria cer-
tus eſſet: pugnámque periculoſam eſſe, ſi cum
multis pauci, & inſtructis imparati confligerent, inopinata præterea Iudæorum ſtupefactus audacia, & ipſe pedes refugit, & quinque
alij ſimiliter equis relictis: quos Ieſus eiúſque
ſocij, veluti pugna non inſidijs captos, læti in
oppidum adduxerunt. Id autem veriti ſenio-
res, & qui eminere in populo videbantur, in
Romanorum caſtra profugiunt: adhibitóque
ſibi rege, ad Veſpaſiani genua ſuppliciter acci-
dunt, ne ſe deſpiceret obſecrantes: néve quæ
paucorum eſſet, totius eſſe ciuitatis inſaniam
exiſtimaret: ſed populo parceret, qui ſemper
amica Romanis ſentiret: magiſque vltum iret
defectionis autores, à quibus ipſi olim ad fœ-
dus venire properantes, nunc vſque ne id fa-
cerent aſſeruati fuiſſent. His eorum precibus,
quanquam toti ciuitati propter equorum ra-
pinam infenſus eſſet, indulſit. nam & Agrip-
pam videbat eius oppidi cauſa trepidare. Fide
autem per eos populo data, Ieſus eiúſque ſocij,
tutum ſibi non eſſe rati apud Tiberiada con-
ſiſtere, ad Taricheas confugiunt. Poſteróque
die Veſpaſianus in arcem præmittit cum equi-
tibus Traianum, qui multitudinem an omnes
pacem cuperent, experiretur. cognito autem
populum eadem ſentire quæ ſupplices, ad ci-
uitatem ducebat exercitum. Illi autem portis
ei patefactis, cum fauſtis ominationibus obu-
iam prodeunt, ſalutis datorem ac benemeri-
tum acclamantes. Cùm verò militem angu-
ſti aditus remorarentur, murorum partem di-
rui Veſpaſianus ex meridio latere iuſſit, eóque
pacto dilatauit ingreſſum: vt præda tamen &
iniuriis abſtinerent, in gratiam regis edixit:
eiuſdémque cauſa muris pepercit, ſpondentis
habitatores eius poſthac cum reliquis fore con-
cordes: aliíſque modis malis affectam ciuita-
tem ex diſſenſione recreauit.

DEinde ab ea digreſſus, inter ipſam & Ta- CAP. XVII.
richeas caſtra poſuit, muróque firmauit, Tarichearũ
belli ſibi moras illic fore proſpiciens: quòd obſidio.
omnis turbarum cupiens multitudo ad Tari-
cheas confluaret, munitione confiſa ciuitatis,
& lacu qui Geneſar ab indigenis appella-
tur. Etenim ciuitatem ita vt Tiberias ſub
monte poſitam, quà lacu non alluebatur vn-
dique muro validiſſimo, ſed minore tamen
quàm Tiberiada, Ioſephus cinxerat. nam il-
lam quidem in principio defectionis, pecu-
niarum itémque virium copia communierat

Taricheis verò largitatis eius reliquiæ profe- A
cerunt. Scaphas autem plurimas in lacu paratas habebant: vt in eas videlicet, si terrestri prælio vincerentur, refugerent: simúlque ad nauale bellum, si opus esset, instructas. Romanis autem castra munientibus, Iesus eiusque socij neque multitudine hostium, neque disciplina militiæ perterriti, cursu eos irruunt: primóque impetu disiectis muri fabricatoribus, ac parte aliqua ædificij dissipata, vbi armatos congregati viderunt, antequam B
mali aliquid paterentur, ad suos refugiunt: eósque insecuti Romani, ad nauigia compulêre. Et illi quidem tantum proiecti, vnde Romanos contingere missilibus possent, anchoras iaciunt: & sicut acies assolent, densatis inter se nauibus, aduersus hostes in terra constitutos, nauali prælio decertabant. Audito autem Vespasianus magnam eorum multitudinem in proxima ciuitati planicie congregatam, filium suum cum sex- C
centis equitib. lectis eò mittit. Qui cùm infinitum hostium numerum reperisset, patri quidem maioribus auxiliis opus esse mandauit. Ipse verò equitum pleroſque, etiam priusquam subsidia venirent alacres esse videns, cùm nonnulli eorum multitudinem Iudæorum formidarent, vnde exaudiri posset constitit: &, ô Romani, ait, pulchrum est namque in principio sermonis admonere vos ge- D
neris vestri, vt qui cum quibus pugnaturi simus sciatis: nostras enim manus nemo vnquam toto orbe hostis vllus euasit: Iudæi verò, vt etiam pro his dicamus aliquid, ad hoc vsque tempus victi non defatigantur: itaque oportet illis in aduersis rebus constanter dimicantibus, etiam nos in secundis perseuerantiùs laborare: aperta quidem fronte vobis plurimum alacritatis inesse conspiciens, gaudeo: vereor autem, ne cui vestrûm tanta timorem E
vt incautum aggrederentur. Vicit tamen astutia Placidi. cœpto enim a Iudæis prælio, assimulat fugam: & postquam insequentes ad magnam partem campi pellexit, reflectit in eos equitum manus. plurimisque in terga versis, aliquos interfecit. semotam verò multitudinem cæteram, ab ascensu prohibet. Itaque alij quidem Itaburio relicto, in Hierosolymam refugiebant. indigenæ autem fide accepta, quod eis aqua defecerat: & se, & montem Placido tradiderunt.

APud Gamalam verò degentium audacissimi quique fuga dispersi latebant, imbelles autem fame corrumpebantur. At verò pugnantium manus obsidionem iustinebat, donec euenit secundo & vigesimo die mensis Octobris, vt tres ex decimaquinta legione milites, circa matutinas vigilias editissimam præ cæteris turrim, quæ in sua parte fuerat, subirent, eámque occultè infoderent: cùm appositi ei custodes neque adeuntes eos (nox enim erat) nec postquam adiêre, sensissent. Iidem autem milites, cauendo ne strepitus fieret, quinque saxis durissimis euolutis resiliunt: subitóque turris cum magno fragore decidit, vnáque custodes præcipitantur. At verò qui per alias custodias erant, perturbati fugiebant: multósque euadere ausos peremêre Romani: inter quos etiam Iosephum, super ditutam muri partem quidam iaculo percussum, interfecit. Intus autem in ciuitate degentibus, sono concussis, multus erat pauor atque discursus, tanquam omnes essent hostes ingressi. Túncque Chares ægrotus & iacens defecit, cùm timoris magnitudo morbum eius plurimum iuuisset ad mortem. Romani tamen prioris cladis memores, vsque ad vigesimam & tertiam diem supradicti mensis oppidum non sunt ingressi. Titus autem (iam enim aderat) indignatione vulneris, quòd Romanos se absente perculerat, ducentis equitibus præter pedites lectis, otiosè in ciuitatem introiuit. eóque prætergresso, vigiles quidem vbi senserunt, ad arma cum clamore properabant. cognito autem intus constituti eius ingressu, alij raptis liberis, trahentes etiam coniuges, cum vlulatu & exclamationibus in arcem refugiebant: alij Tito occurrentes, sine intermissione trucidabantur: qui verò prohibiti essent in arcem recurrere, nescij quid facerent, Romanorum præsidiis incidebant. vbique autem infinitus erat morientium gemitus: pérque prona loca effusus cruor, totum oppidum diluebat. In eos autem, qui arcem occupauerant, omnem Vespasianus induxit exercitum. Erat autem saxosus & accessu difficilimus vertex, in immensum editus, & vndique circum rupium multitudine præceps: vnde Romanos ad se adeuntes partim telis partim saxis deuolutis arcebant Iudæi, cùm ipsos in excelso loco positos nullæ sagittæ contingerent. Verùm ad eorum interitum diuino munere quodam, turbo exoritur, Romanorum quidem tela in eos ferens, ipsorum autem à Romanis repellens, & obliqua traducens: vt neque in præruptis consistere propter violentiam flatus possent, cùm nihil esset immobile, neque hostes ad se accedentes videre. Itaq; supergressi

CAP. III. Excidium Gamalæ.

Romani, eos circumueniunt: alios quidem repugnantes antecapiebant, alios manus dantes. in omnes autem vehementiùs sæuiebant, illorum memoria quos in primo aggressu perdiderant. Multi autem vndique circumclusi, desperatione salutis, filios & coniuges & semet ipsos in vallem præcipites dabant, quæ sub arce in profundum patebat. Euenit autem, vt ipsorum in se, qui capti fuerant, immanitate senior existeret iracundia Romanorum. ab his enim quatuor millia perempta sunt: qui verò se præcipitauerunt, quinque millia sunt reperti. Neque quisquam, præter duas mulieres saluus euasit. quæ sorores erant, Philippi filiæ: qui Philippus Iachimo genitus erat, insigni viro, & qui sub Agrippa rege dux exercitus fuerat. seruatæ sunt autem, quòd excidij tempore Romanorum impetum latuêre. nec enim vel infantibus pepercêre, quorum multos singuli raptos ex arce proiiciebant. Gamala quidem hoc modo excisa est, tertio & vigesimo die mensis Octobris: quæ vigesimo & primo die mensis Septembris cœperat rebellare.

CAR. IV. Giscala à Tito capitur

IAmque solùm Giscala oppidulum Galilææ restabat indomitum: cuius multitudo pacis studio tenebatur, quòd erant plerique agricolæ, spémque suam semper in fructibus collocauerant. non paruæ autem manus latrocinalis permixtione corrupti erant, quo morbo etiam nonnulli ciuium laborabant. Hos autem ad defectionem impellebat atque conflabat Leuiæ cuiusdam filius, nomine Ioannes: homo veneficus & fallax, variúsque moribus, & immoderata sperare promptus, miróque modo quæ speraſſet efficiens: atque omnibus iam cognitus, quòd affectandæ sibi potentiæ causa bellum amaret. huic apud Giscala seditiosorum turba parebat: quorum causa populus etiam legatos fortasse de traditione missurus, Romanorum tamen congressum in parte belli præstolabatur. At Vespasianus contra hos quidem Titum cum equitibus mille, decimam verò legionem circa Scytopolim mittit: cum reliquis autem duabus Cæsaream ipse regreditur, dandam his ex labore continuò requiem putans, ex ciuitatum copiis: eorúmque corpora, itémque animos ad futura certamina existimans esse refouendos. nec enim exiguum sibi laborem superesse de Hierosolymis præuidebat, quæ & regalis esset ciuitas, & cunctæ nationi præstaret. His autem, qui ex bello fugissent in eam confluentibus, etiam naturalis munitio, itémque murorum eius constructio, non minimam ei solicitudinem comparabat: cùm virorum spiritum & audaciam, & sine muris inexpugnabilem esse cogitaret: ob eámque rem milites, velut athletas, ante certamina oportere curari. Tito autem ciuitas Giscala (equitando enim ad eam accesserat) aggressione capi facilis videbatur: sciens tamen quòd ea vi capta, passim à militibus populus absumeretur (namque satiatus erat ipse iam cædibus) miserás multitudinem etiam ipse sine vllo discrimine cum nocentibus intereuntẽ, pactione magis subigere ciuitatẽ volebat. Itaq; plenis hominũ muris, quorum plerique perditæ factionis erant, mirari se ait, quónam freti consilio,

ῥωμαῖοι, ἢ φθειρόντες, ὡς μὴ ἀμυνομένους ἔφθασαν, τοὺς δὲ χεῖρας προέτειναν. ἐτόνει δὲ τὸ θυμὸν αὐτοῖς ὅτι πάντας ἡ μνήμη τῆς ὅτι ἡ πρώτης εἰσβολῆς ἀπολωλότων. ἀπογινώσκοντες δὲ τὴν σωτηρίαν πανταχόθεν οἱ πολλοὶ, φθειρόμενοι τέκνα καὶ γυναῖκας ἑαυτοὺς κατεκρήμνιζον εἰς τὴν φάραγγα. βαθεῖα δὲ αὕτη κατὰ τὴν ἄκραν ὑπῆρχεν. συνέβη δὲ τὴν Ῥωμαίων ὀργὴν τὸ εἰς αὐτοὺς ἀπονοίας τῆς ἁλόντων προστέραν φανῆναι. τετρακισχίλιοι μὲν γε τοῦτον ἐσφάγησαν, οἱ δὲ ῥίψαντες ἑαυτοὺς ὑπὲρ πεντακισχιλίους εὑρέθησαν. διεσώθη δὲ πάλιν δύο γυναικῶν μόνον, τῆς Φιλίππου δὲ ἦσαν ἀδελφῆς θυγατέρες αὗται. αὐτὸς δὲ ὁ Φίλιππος, Ἰακίμου τινὸς ἀνδρὸς ἐπισήμου στρατάρχησαντος ἀγείπατο τῆς βασιλεῖ φίλος τυγχάνων. διεσώθησαν δὲ τὰ πρὸς τὰ ἅλωσιν ὀργαῖς Ῥωμαίων λαθοῦσαι. τότε γὰρ ἤδη νηπίων ἐφείδοντο. πολλὰ δὲ ἕκαστος τότε ἁρπάζοντες, ἐσφενδόνων ἀπὸ τῆς ἄκρας. Γάμαλα μὲν οὖν ἔτους ἑβδόμου μηνὸς Ἀπελλαίου, τῆς ἀπὸ ταύτης ἀρξαμένης γοργαίου μηνὸς τετάρτῃ καὶ εἰκάδι.

Κεφάλαιον η.

Μόνη δὲ Γίσχαλα πολίχνη τῆς Γαλιλαίας, ἀχείρωτος κατελείπετο, τῷ μὲν πλήθους εἰρηνικὰ φρονεῖντος. καὶ γὰρ ἦσαν τὸ πλέον γεωργοὶ, καὶ τῇ ἀπὸ τῶν καρπῶν ἐλπίσιν ἀεὶ προσανέχοντες. παρεισῳφθαρμένος δὲ αὐτοῖς καὶ ὀλίγος λῃστρικὸς ὄχλος, ᾧ τινες καὶ τὸ πολιτικὸν συνενόσουν. εἷς ἦν δὲ οὗτος εἰς τῶν ἀπὸ Γάμαλα, καὶ συνεκρότει λαβίδα τινὸς υἱὸς Ἰωάννης, γόης ἀνὴρ καὶ ποικιλώτατος τὸ ἦθος, προχείρως μὲν ἐλπίσαι μεγάλα, δεινὸς δὲ τῆς ἐλπισθέντων προσχωρεῖσθαι, παντί τε ὢν δῆλος ἀγαπᾷ τὸν πόλεμον εἰς δύναμιν ἀφορμῆς ἀποθέσιν. ἐπὶ τούτῳ τὸ στασιῶδες ἐν τοῖς μεγάλοις ἐτέτακτο, δι' οὗ τυχὸν καὶ προσβαλούμενον τὴν ἀδοσίαν, τὸ δημοτικὸν ἐν πολέμῳ μοῖρα τῶν Ῥωμαίων ἐφόβων ἐξεδέχετο. ἦν δὲ καὶ Ἀγρίππα τοῦ βασιλέως ἵππαρχος, τὸν ἐκπέμψαντος σὺν χιλίοις ἱππεῦσι. τὸ δὲ λεχθὲν ἦν τεῖσμα ἀπαίρειν εἰς συνθόπολιν. αὐτὸς δὲ σὺν δυσὶ τοῖς λοιποῖς, ἐπανῆλθεν εἰς καισάρειαν, τότε συνεχοῦς καμάτου δίδοις ἀνάπαυσιν αὐτοῖς, καὶ δι' εὐθυμίαν τῆς πόλεως τάττε σώματα καὶ τὸ θυμοῦν ὑποθρύψειν οἰόμενος ὅτι τοὺς μέλλοντας ἀγῶνας. ἐπὶ γὰρ ὀλίγον ἑαυτῷ πόνον ἐώρα, τοῖς δὲ ἱεροσολύμοις λειπόμενον, ἅτε δὴ βασιλείας μὲν ἔσης τῆς πόλεως, καὶ προσαρχούσης ὅλῃ τῷ ἔθνους, συρρεόντων δὲ εἰς αὐτὴν τῆς ἐκ τοῦ πολέμου διαδιδρασκόντων. τόγε μὲν φύσει ὀχυρὸν αὐτῆς, καὶ δι' κατασκευὴν τειχῶν, ἀμωνίαν δὲ τὴν τυχοῦσαν ἐνεποίει. τὰ δὲ φρονήματα τῆς ἀνδρῶν, καὶ τὰς τόλμας, δυσμεταχειρίστους καὶ δίχα τειχῶν ὑπελάμβανε. διὸ δὴ τοῖς στρατιώτας καθάπερ ἀθλητὰς προήσει τῆς ἀγώνων.

Κεφάλαιον θ.

Τίτῳ δὲ προσπαραμένῳ τοῖς μεγάλοις, δύπειτὴς μὴ ἰὼν ἐξ ἐφόδου τὴν πόλιν ἑλεῖν. εἰδὼς δὲ ὡς εἰ βίᾳ ληφθείη διαφθαρησόμενον ὑπὸ τῆς στρατιωτῆς ἀνέδην τὸ πλῆθος, ἰὼν δὲ αὐτὸς κόσμος ἤδη φόνων, καὶ δι' οἴκτου τὸ πλέον ἀκεῖπτος συναπολούμενον τοῖς αἰτίοις, ἐβούλετο μᾶλλον ὁμολογίᾳ παραστήσασθαι τὴν πόλιν. καὶ δὴ τὸ τεῖχος ἀνδρῶν καταλήμπτους, οἳ τὸ πλέον ἦσαν ἐκ τοῦ διεφθαρμένου ὄχλου, θαυμάζειν ἦρξε πρὸς αὐτούς, τίνι πεποιθότες,

πάσης

πάσης ἐαλωκυίας πόλεως, μόνοι τὰ ῥωμαίων ὅπλα A
μὴ ὑσιν. ἐωρακότες μὲν ὀχυρωτέρας πολλῷ πόλεις
ὑπὸ μιᾶ προσβολῇ καταστραμμένας. ἐν ἀσφαλείᾳ
δὲ τῆς ἰδίων κτημάτων ἀπολαύοντας, ὅσοι τῆ ῥωμαίων
δεξιᾷ δόξης δυσαν, ἃς καὶ νῦν προτείνειν αὐτοῖς, μηδὲν
μνησικακῶν τῆς αὐθαδείας. εἰ δὲ συγγνωσὸν, ἐλάθε-
ίας ἐλπίδα, μηκέτι μὴν τὸ ἐν τοῖς ἀδυνάτοις ἀπο-
μοῦν. εἰ δὲ ὑ πειθήσονται λόγοις φιλανθρώποις, καὶ B
δεξιᾶς πίστεως, πειράσειν αὐτοὺς ἀφειδῆ τὰ ὅπλα, ὃ
ὅσον ἐδέπω, γνωσθήσεσθαι πεζόμαχον τοῖς ῥωμαίων
μηχανήμασι τὸ τεῖχος, ᾧ πεποιθότες, δι' ὃ ἐκίνησαν
μόνοι γαλιλαίων ὅτι εἰσὶν αὐθάδης ἀγχμάλωτοι. πρὸς
ταῦτα τῆ μὲ δημοτικῶν ὑ μόνον ἂ ἀποκρίνεσθαι τι
μετρίως, ἀλλ' ὐδὲ ὅτι τὸ τεῖχος ἀναβῆναι. προδείλη-
πτο γὰρ ἅπαν τοῖς λῃστρικοῖς, καὶ φύλακες τῆς πυλῶν ἦ-
σαν, ὡς μή τινες ἢ προσέλθοιεν ὅτι τὰς σπονδὰς, ἢ
δέξαντο τινας τῆς ἱππέων εἰς τὴν πόλιν. ὁ δὲ ἰωάννης
αὐτός τε ἀγαπᾶν ἔφη τὰς προκλήσεις, ἃ τοὺς ἀπρᾳγ- C
τας, ἢ πείσειν, ἢ συναναγκάσειν. δεῖν μὲν τοι τὴν ἡ-
μέραν αὐτὸν ἐκείνην, ἑβδομὰς γὰρ ἦν, χαρίζεσθαι τῆ
ἰουδαίων νόμῳ, καθ' ὃν ὥσπερ ὅπλα κινεῖν αὐτοῖς, οὕ-
τω καὶ τὸ σωτηθεσθαι περὶ εἰρήνης ἀθέμιτον. ἃ ἀγνοεῖν
δ' ὅτι ῥωμαίους, ὡς ἀρχὴ πάντων αὐτοῖς ὅτιν ἡ τῆς
ἑβδομάδος πρόοδος, ἣν τε τῆ πλησιάζειν αὐτοῦ,
ὐκ ἦτον ἀσεβεῖν τῆ βιαζόντων τ βιασάμενον. φέρειν
δὴ ἐκείνῳ μὲν, ὐδεμίαν βλάβην τὰ τ ὑπερθέσεως. τὴ D
γὰρ αὖ τις ἐν νυκτὶ βουλεύσαιτο δρασμοῦ πλέον, ἐξὸν
πρεσβεύσαντα πλησφυλάξαι. μέγα δ' κέρδος
αὐτοῖς, τὸ μηδὲν παραβλῶψαι τῆ πατρίων νόμων.
πρέπειν δὲ τῆ πρὸ προσδοκίαν εἰρήνης χαρίζο-
μένῳ, τοῖς σωζομένοις τηρεῖν ἃ τοὺς νόμους. τοιούτοις
ἐσοφίζετο τὸν τίτον, ὡ τοσοῦτον τῆς ἑβδομάδος σοχα-
ζόμενος, ὅσον τῆς ἑαυτῦ σωτηρίας. ἐδεδοίκει δ' ἑλκα-
ταληφθῆναι πλησχρῆμα τ πόλεως ἁλόσης, ἐν νυκτὶ E
καὶ φυγῆ τὰς ἐλπίδας ἔχων τῦ βίᾳ. θεῦ δ' ἦν τὸ ἔργον
ἄρα τῦ σώσαντος τὸν ἰωάννην ὅτι τὸν τῆ ἱεροσολύμων
ὄλεθρον, τὸ μὴ μόνον πειθῆναι τίτον τῆ σκέψει τῆς
ὑπερθέσεως, ἀλλὰ καὶ τ πόλεως πορρωτέρω στρατοπε-
δεύσασθαι πρὸς κυδωνιατῶν. μεσόγειος δ' ὅτι τυρίων,
κώμη καρτερὰ, ὀλίγα μίσης ἀεὶ καὶ πολέμια γαλιλαίοις,
ἔχουσα πλῆθός τε οἰκητόρων, καὶ τ ὀχυρότητα, τ πρὸς τὸ
ἔθνος διαφορᾶς ἐφόδιον. νυκτὸς δ' ὁ ἰωάννης, ὡς ὐδεμίαν F
πρὸ τῆ πόλει ῥωμαίων εὐρὼν φυλακὴν, τ καιρὸν ἁρ-
πασάμενος, ὐ μόνον τοῖς πρὸ αὐτὸν ὁπλίταις, ἀλλὰ καὶ
τῆ ἀρχοτέρων συχνοὺς ἅμα τ γλυκείᾳς ἀναλαβὼν, ὅπι
ἱεροσολύμων ἔφυγε. μέχρι μὲ ἓν εἴκοσι σταδίων ὡς
οἷόν τε ἦν συνεξαγαγεῖν γυναικῶν καὶ παιδίων ὄχλον,
ἀνθρώπῳ καταπερχομένῳ τοῖς ὑπὲρ ἁλωσίας
καὶ τῶ ζῆν φόβοις. περαιτέρω δ' προσκόπτοντος ἀπελεί-
πετο, καὶ δειναὶ τῆ ἐωμένων ἦσαν ὀλοφύρσεις. ὅ-
σον γὰρ ἕκαστος τῆ οἰκείων ἐγίνετο πορρωτέρω, τοσοῦτον G
ἐγγὺς ὑπελάμβανεν εἶ τῆ πολεμίων, παρεῖναι τε
ἤδη τοῖς ἁλισκομένοις δοκοῦντες ἐπόλυτο,
καὶ προὸς τὸν ἀλλήλων ὐ τῶ δέσμου φόβον ἐπεστρέ-
φοντο, καθάπερ ἤδη παρόντων οἷς ἔφυγον ἀνοσίας
τε ἐπιπλον οἱ πολλοὶ, ἃ προὶ τοὺς λεωφόρους ἢ τ φθα-
νόντων ἕως σωτείρας τοὺς πολλούς. οἶκτος δ' γυναι-

cunctis iam ciuitatibus captis, illi soli Roma-
norum arma operirentur, cùm viderent mul-
to quidem munitiora oppida vno impetu fuis-
se subuersa: securos autem fortunis suis potiri, qui Romanorum dextris credidissent: quas quidem etiam nunc illis ait se porrigere, neque ob insolentiam succensere, quia spei libertatis ignoscendum putaret: non tamen, etiam-
si quis impossibilia velle perfecuerat. Quod si dictis humanissimis non paruissent, fidémque dextris non habuissent: experturos arma crudelia: iam iámque cognituros esse, mœnia sua ludum fore machinis Romanorum, quibus fidentes, soli ex Galilæis sese ostentarent arrogantes esse captiuos. His dictis popularium quidem neminem non modò re-
spondere, sed ne ad murum quidem licuit as-
scendere: quia totum latrones occupauerant: & custodes erant portis appositi, ne quis vel ad fœdus prodiret, vel eqnitum quenquam in ciuitatem reciperet. Ioannes autem accipere se conditiones ait, & aut persuasarum, aut ne-
cessitatem belli renitentibus adhibiturum. Il-
lum tamen diem ludæorum legi oportere con-
cedi. quoniam sicut arma mouere, ita etiam de pace conuenire nefas haberent. Nam & Romanos scire, quòd ab omni cessaret opere dierum septem circuitio, quam si temerassent, non minus coactos, quàm qui cogerent, pia-
culum commissuros, ipsúmque Titum: nul-
lum enim illi ex mora esse dispendium formi-
dandum, quod vnius noctis spacium propter fugæ consilium ceperit: præsertim cùm id obseruare circunsedentem nemo prohibeat: si-
bi autem magnum esse lucrum, nulla in re de-
spicere patrios mores. Et illum decere, qui pa-
cem non sperantibus indulget, legem quoque seruare seruatis. His Titum Ioannes fallere conabatur, non tantum pro septimi diei reli-
gione, quantum pro sua salute solicitus, vere-
batur autem, ne statim capta ciuitate, solus de-
stitueretur, qui totam in nocte ac fuga vitæ spem collocasset. Verùm profectò Dei nutu in excidium Hierosolymorum Ioannem saluum esse cupientis, factum est, vt non solùm in-
duciarum causationem Titus admitteret, ve-
rumetiam in superiori parte oppidi castra po-
neret: ad Cydœssam, qui mediterraneus est Ty-
riorum vicus validissimus, Galilæis semper exosus. Nocte autem Ioannes, cùm nullas Romanorum excubias circa oppidum videret, arrepta occasione, non solùm his quos circa se habebat armatos, sed etiam senioribus plurimis cum familiis abductis, in Hierosolymam fugie-
bat. Sed vsque ad vigesimum quidem stadium fieri posse videbatur, vt mulieres ac pueros, aliámque multitudinem secum duceret, ho-
mo quem captiuitatis, itémque salutis me-
tus vrgeret. vltra verò procedente eo, re-
linquebantur: & oriebatur atrox remanentium fletus. quanto enim quisque longius à suis abe-
rat, tanto propiorem se hostibus esse credebat. Iámque affore qui se caperent existimantes, ne-
cessariò pauitabant: & ad strepitũ, quem ipsorũ cursus faciebat, assiduè respectabant, velut in-
stantibus quos fugissent: multíque simul rue-
bant, & circa viam plurimos certamen præce-
dentium conterebat. Miserabile autẽ fœmina-

rum & infantium erat exitium. Aut si quam iactarent vocem, nonnullæ viros, aut propinquos, vt se operirentur, orabant. Sed Ioannis exhortatio superabat, vt seipsos seruarent inclamantis: eóque confugerent, vnde pro remanentibus etiam si raperentur, pœnas à Romanis peterent. Multitudo quidem eorum, qui fugerant, vt cuique virium fuit, citò dispersa est. Luce verò facta Titus ad muros aderat, fœderis causa: populus autem portis ei patefactis, cum coniugibus occurrentes, tanquam benemerito, & qui custodia ciuitatem liberasset, acclamabant: simúlque Ioannis fugam significantes, vt & sibi parceret obsecrabant, & eos qui ex nouarum rerum cupidis reliqui superessent, vlcisceretur. Ille autem precibus populi postulatus, equitum partem, vt Ioannem persequeretur, mittit. Sed eum quidem occupare nequiuêre, quòd antequam venerant, in Hierosolymam sese receperat. vna verò fugientium propè ad duo millia perimunt: mulieres ac pueros paulo minus quàm tria millia circumactos reducunt. Titus autem indignè ferebat, non statim à Ioanne pœnas fraudis exactas: irato verò animo satis esse, quòd spe deciderat ad solatium putans, captiuorum & qui trucidati fuerant multitudinem, in oppidum cum fauore ingreditur: iussísque militibus minimam muri partem iure possessionis abrumpere, minitando magis quàm puniendo reprimebat perturbatæ ciuitatis autores. Multos enim propter odia domestica, vel proprias inimicitias, delatores innocentiæ fore credebat, si dignos pœna discerneret: meliúsque noxium relinquere metu suspensum, quàm immeritum quenquam cum eo perdere, existimabat. Illum enim fortassis modestiorem futurum, vel metu supplicij, vel & quòd erubesceret præteritorum criminum venia: sine causa verò morientium pœnas, nullo modo corrigi posse. Præsidiis tamen ciuitatem circumdedit, quæ tàm nouarum rerum studiosos compescerent, quàm pro pace sentientes, quos ibi relicturus erat, maiore fiducia firmarent. Galilæa quidem tota, postquam multo sudore Romanos exercuit, hoc modo subacta est.

CAP. V. Hierosolymitani excidij initium.

APud Hierosolymam verò, ad Ioannis introitum, omnis populus erat effusus & circa singulos, qui vnà confugerant, numerosa turba collecti, quas foris clades experti essent, percontabantur. illorum autem feruens quidem adhuc atque interruptus anhelitus, necessitatem significabat. Verumtamen in malis quoque sibi arrogabant: non Romanorum vim fuisse dicentes, sed sponte venisse, vt eum his ex tutiori loco pugnarent. Inconsultorum enim atque inutilium esse hominum, incautè pro Gischalis & inualidis oppidulis periclitari, cùm arma vigorémque oporteat pro metropoli suscipere, atque seruare: significando tamen excidium Gischalorum etiam quam dicebant honestam discessionem suam, vt multi fugam esse intelligerent, prodiderunt. Auditis autem quæ captiui pertulêre, non mediocris populum perturbatio tenuit, magnumque id esse argumentum proprij reputabant excidij. At Ioannes eorum quidem, quos fugiêtes reliquerat, causa minus erubescebat, singulos autem circumiens spe ad bellum incitabat, infirmitatem

κῶν, & παιδίων ὀλεθρος ἰδοῦ, καί τινες πρὸς αἰχμαλώτους ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν συγγυιῶν, ἐθάρσησαν μὴ κωυτῶν ἱκετεῦσαι φείσεσθαι. ἀλλ' εὐθέως τὸ ἰωάννου ὠφελήσιμα, σώζειν ἑαυτοὺς ἐμβοῶντος, & καταφύγειν, ἔνθα καὶ πρὸ τῶν ἀπολεσομένων ἀμυνοῦνται ῥωμαίους ἀνὰ ἁρπαγῶσι. τὸ μὲν δὴ πλῆθος, ὡς ἕκαστος ἰσχύος εἶχεν ἢ τάχους, ἐσπίδασσον. τῖτος δὲ μιᾷ ἡμέρᾳ ὅλη τὰς συνθήκας, πρὸς τὸ τεῖχος παρῆν. αὐτίκα δὲ ἀυτῷ τὰς πύλας ὁ δῆμος, καὶ μετὰ γυναικῶν προσελθόντες, αὐδυφήμουν τε, ὡς δυσμενῆ, & φεύγειν, & ἐλευθερώσαντα τὴν πόλιν. ἐδήλουν δὲ ἅμα τὸ τοῦ ἰωάννου φυλακὴν, καὶ παρεκάλουν φείσασθαί τε αὐτῶν, καὶ παρελθόντα, τοῖς ὑπολοιπομένοις τῶν νεωτερίζοντων κολάσαι. ὁ δὲ τὰς δεήσεις τοῦ δήμου ἐν δευτέρῳ θέμενος, μοῖραν ἔπεμπε τῶν ἱππέων, ἰωάννου διώξουσαν. οἱ δὲ οὐ καταλαμβάνουσιν, ἔφθη γὰρ εἰς ἱεροσόλυμα δραφυγών. τῶν δὲ συναπαραίτων, ἀποκτείνουσι μὲν εἰς ἑξακισχιλίους, γύναια δὲ καὶ παιδία χιλιάδων ὀλίγον ἀποδέοντα, ἀπελάσαντες ἐπανῆγον. ὁ δὲ τῖτος, ἤχθετο μὲν ὅτι τῆς μὲν ἀδικίας ἥμαρτήσαθαι τὸν ἰωάννην τὸν ἀπάτης. ἱκανὸν δὲ ἀσχολήσαντι τὸν θυμὸν, ἀθαμίθιον ἔχων τὸ πλῆθος τῆς αἰχμαλώτων, καὶ τοὺς διεφθαρμένους, εἰσῆει τε αὐδυφημούμενος εἰς τὴν πόλιν, καὶ τοῖς στρατιώταις ὀλίγον τοῦ τείχους ἀθρόαν ἅπασαν κελεύσας νόμῳ καταλήψεως, ἀπειλαῖς μᾶλλον, ἢ κολάσεσι τοὺς ταράσσοντας τὴν πόλιν αἰτίους ἔλλε. πολλοὺς δ' αὖ & ἴδια τὰ οἰκεῖα μίσει, καὶ διαφορὰς ἰδίας, συνδείξαντες αἰτίους εἰσφέροντο τοῖς τιμωρίας ἀξίους. ἄμεινον δὲ εἶδε μετέωρον ἐν φόβῳ τὸν ἄξιον καταλιπεῖν, ἢ τινα τῆς οὐκ ἀξίων αἰτίου σωσαμένου εἰσελθεῖν. τὸν μὲν γὰρ ἴσως & σωφρονῆσαι δέει κολάσεως, τὸν δὲ τοῖς παρωχηκόσι συγγνώμην αἰδὲ ἁμάρτητον ἀδιάφθορον τὸν δὲ τοῖς ἀθαναλωθεῖσι τιμωρίαν εἶδε. φρουρᾷ μὲν τοι τὴν πόλιν ἠσφαλίσατο, δι' ἧς τοὺς τε νεωτερίζοντας ἐφέξειν, & τοὺς εἰρωνικὰ φρονοῦντας, θαρραλεωτέρους καταλείπειν ἔμελλε. γαλιλαία μὲν ὅπως εἶχε πᾶσα, πολλοῖς ἱδρῶσι προγυμνάσασα ῥωμαίους.

Κεφάλαιον ι.

ΕΠὶ τὰ ἱεροσόλυμα πρὸς τὴν εἴσοδον ἰωάννου, ὁ πᾶς δῆμος ἐξεκέχυτο, καὶ θᾶσσον ἕκαστον τῆς συμπεφυγότων, μυείοις ὁμίλοις συνηθροισμένους τὰς ἐξωθεν συμφορὰς ἀνεπυνθάνετο. τῆς δὲ τὸ μὲν ἄσθμα θερμὸν ἔτι κοπτόμενον, & δήλην τὴν ἀνάγκην. πλαζομένους δὲ κακοῖς, & πεφυγμένους τοῖς ῥωμαίοις φάσκοντες, ἀλλ' ἥκειν πολεμήσοντες αὐτοὺς ἐς ἀσφαλῶς. ἀλογίστως δὲ εἶδε καὶ ἀχαρίστως, παραβόλως προκινδυνεύειν θεοῖς μὴ χαλᾶν καὶ πολίχνας ἀθενεῖς, δέον τὰ ὅπλα & τὰς ἀχμὰς ταμιεύεσθαι τῇ μητροπόλει, καὶ συμφυλάσσειν. ἔνθα δὴ παρεδήλουν τὴν μεγάλων, καὶ τὴν λεγομένην διχημόνως ὑποχώρησιν αὐτῶν, οἱ πολλοὶ δρασμὸν ἐνενόουν. ὡς μηδὲ τοῖς τὰ θεῖα τοῖς ἀχμαλωτισθεῖσι πάθη, σύγχυσις καὶ μερίς κατέχει τὸν δῆμον, καὶ μεγάλα τῆς ἑαυτῶν ἀλώσεως συνελογίζοντο τεκμήρια. ἰωάννης δὲ δὴ μὲν τοῖς καταλειφθεῖσιν ἦτον ἠρυθρία. θεῶν δὲ ἕκαστος δὴ τὸν πόλεμον ἐπῆγε τῆς ἐλπίσι, τὰ μὲν

ῥωμαίων

ρωμαίων ἀδεῶς καταστρώζων, τ̃ ἢ οἰκείαν δύναμιν ἐξαίρων, καὶ κατειρωνευόμενος τ̃ τῶν ἀπείρων ἀϋσίας, ὡς ἐπὶ αὐ πτερὰ λαβόντες ὑπερθάῤῥησεν ποτὲ ῥωμαῖοι τὸ ἱεροσολύμων τεῖχος, οἱ δὲ τ̃ τῶν γαλιλαίων κώμας κακοπαθέντες, καὶ πρὸς τοῖς ἐκεῖ τείχεσι καταῤῥίψαντες τὰς μηχανάς. τούτοις τὸ πολὺ τῶν νέων προσδιεφθείρετο, καὶ πρὸς μὲν τ̃ πόλεμον ἤρτο. τῶν δὲ σωφρονούντων καὶ γηραιῶν, εἰ καὶ τις ὁ τὰ μέλλοντα προορώμενος, ὡς ἤδη τ̃ πόλεως οἰχομένης ἐπένθει. ὁ μὲν οὖν δῆμος καὶ ἐν τοιαύτῃ συγχύσει. προεστήκει δὲ τὸ κ τὴν χώραν πλῆθος, τῆς δὲ ἱεροσολύμοις στάσεως. ὁ μὲν γὰρ πόθος ἀπὸ μεγάλων εἰς μεγίστην, ἀεὶ παρὰ πόθον δὲ ἀπὸ καταρρείας εἰς ἀμμιὰν καὶ ἄζωτον ἀφικόμενος, παρεῖσα τε αὐταῖς, καὶ φρουρὰς ἐγκατασήσας, ὑπέστρεψε πολὺ πλῆθος ἐπαγόμενος τῶν ὑπ᾽ ἀξιᾷ προσκεχωρηκότων. ἐκινεῖτο δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει, ταραχὴ καὶ πόλεμος ἐμφύλιος, ὅσον τε ἀπὸ ῥωμαίων ἀπέπνεον, εἰς ἀλλήλους τὰς χεῖρας ἀπέστρεφον. ἐν δὲ τῷ ἐρώντων τὸ πολέμου, πρὸς τοὺς ὑπ᾽ εὐμενεῖς εἰρήνης, ἔρις καὶ μάχη. καὶ πρῶτον μὲν ἐν οἰκίαις ἤπτετο τῶν μὴ ὁμονοούντων πάλαι τὸ φιλόνεικον, ἔπειτα ἀφυιάζοντες ἀλλήλων οἱ φίλτατοι λαοὶ, καὶ συμμίαν ἕκαστος πρὸς τοὺς τὰ αὐτὰ προαιρουμένους, ἤδη καὶ πλῆθος ἀνεστάσαντο. καὶ πάσης μὲν ἐν παντὶ χῷ. τὸ νεωτερίζον δὲ καὶ τῶν ὅπλων ἐπιθύμουν, ἐπεκράτει τε νεότης καὶ τόλμη μεμείων καὶ σωφρόνων. ἐξάπαντος δὲ πρῶτον μὲν εἰς ἁρπαγὰς ἕκαστοι τῶν ὑπαρχόντων, ἔπειτα συνιστάμενοι καὶ λόχους ὑπὸ λῃστείαν τῶν κατὰ τὴν χώραν, ὡς ἀμότητος καὶ ἀνομίας ἕνεκεν μηδενὶ τῶν ῥωμαίων τοῖς ὁμοφύλοις διαφέρειν, καὶ πολὺ τοῖς πορθμοῖς κουφοτέρων δοκεῖν, τὴν ὑπὸ ῥωμαίοις ἅλωσιν.

Κεφάλαιον ιβ.

Οἱ φεύγοντες δὲ τῶν πόλεων, τὰ μὲν ὄκνῳ τ̃ κακοπαθεῖν, τὰ δὲ μίσει τ̃ ἐθνους, ὀλίγοι ἢ μικρὰ προτιμῶντες τοῖς κακεμμένοις, μέχρι κόρου τ̃ καὶ τ̃ χώραν ἁρπαγῶν ἀθρόοι ἐλθόντες οἱ τ̃ παντὸς συντάγματος ἀρχιλῃσταὶ, καὶ ἠθροισμένοι πομπείας τῖφος, εἰς τὰ ἱεροσόλυμα συμπαρεισφθείρουν), πόλιν ἀσυστάτητον, καὶ παρὸν μ̃ ἔθει πᾶν ἀπαραιτήτως διέχομένην τὸ ὁμόφυλον. τότε δὲ οἰομένων οἱ πάντων τοὺς ἐπεισχομένους πάντας, ἀπ᾽ ἀνοίας ἥκειν συμμάχους. οἱ δὲ καὶ δίχα τῆς στάσεως, ὕστερον ἐβάπτισαν τὴν πόλιν, πλήθει γὰρ ἀχρήστῳ, καὶ ἀργῷ προεξαπλώθη τὰ τοῖς μαχίμοις ἐξαρκοῦν δυνάμενα, καὶ πρὸς τ̃ πόλεμον, στάσιν τε αὐτοῖς καὶ λιμὸν ὑπεστησάσαν. ἄλλοι τε ἀπὸ τ̃ χώρας λῃσταὶ παρελθόντες εἰς τ̃ πόλιν, καὶ τὰς ἔνδον προσλαβόντες χαλεποτέρους, ἐδόκουν τι τ̃ δεινῶν παρεῖσαν. οἱ γὰρ μόνον ἁρπαγῆς, καὶ λωποδυσίας τ̃ τόλμαν ἐμέρισαν, ἀλλὰ καὶ μέχρι φόνων ἐχώρουν, ἀ νυκτὸς, ἢ λαθραίως, ἢ ὑπὸ τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ φανερῶς, καὶ μεθ᾽ ἡμέραν, καὶ τ̃ ὑπερισχυόντων καθαρχόμενοι. πρῶτον μ̃ γὰρ, ἀνῄρουν ἄνδρα τ̃ βασιλείαν γένους, καὶ τ̃ κ τ̃ πόλιν δυνατώτατον, ὡς καὶ δημοσίους θησαυροὺς πεπιστεῦσθαι, συλλαβόντες εἶρξαν. ὑπὸ τούτῳ λαβίαν τινὰ τῶν ὑπατικῶν, καὶ σωφρονέστατον ῥᾳδιουργῆσαι, βασιλικὸν δὲ ἦν καὶ τοῦτον τὸ γένος, πρὸς δὲ τοὺς κ τ̃ χώραν προσκεκτημένους. δεινὴ

Romanorum asserens. propriasque vires extollens, & imperitorum ea cauillatione infectiam decipiens, quòd etiamsi pennas sumerent, nunquam Hierosolymorum mœnia transgrederentur Romani, qui pro Galilæorum vicis tanta mala pertulissent, atque in eorum muris machinas contriuissent. His eius dictis magna quidem corrumpebatur iuuenum manus, prudentiorum autem atque seniorum nemo erat, qui non futura prospiciens, velut iam perditam ciuitatem lugeret. Et populus quidem in ea confusione tunc erat. At verò per territorium manus agrestium, ante seditionem quæ Hierosolymis orta est, discordare iam cœperat. Titus enim à Gisçala Cæsáream, Vespasianus autem à Cæsarea Iamniam & Azotum profectus, vtranque subegit: impositisque illic præsidiis, reuertebatur, maximam ducens eorum multitudinem qui se fœdere sociauerant. Singulas autem ciuitates tumultus bellúmque intestinum exagitabat quantúmque à Romanis respirassent, in semetipsos manus vertebant: cùm inter amatores belli ac pacis cupidos esset sæua contentio: dudúmque discordium pertinacia primo inter domos actenderetur: deinde inter se amicissimi populi dissiderent: & ad similia volentes quisque conueniens, apertè iam coacta multitudine rebellarct. Itaque dissensiones quidem apud omnes erant: nouitatis autem armorúmq; cupientes senibus ac sobriis iuuentute atque audacia præstabant. Primò autem indigenarum singuli prædari cœperunt: deinde ex composito confertis cuneis per territorium latrocinabantur: vt quod ad crudelitatem atque iniustitiam spectat, nihil à Romanis gentiles abessent atque ipsis qui vastabantur, illatum à Romanis excidium leuius videretur. Ciuitatum verò custodes, partim quia defatigari pigeret, partim odio nationis, aut nulli, aut minimo erant malè affectis auxilio: donec rapinarum societate vndique congregati collegiorum latrocinalium principes, atque in agmen conflati Hierosolymis irrumpunt. quæ ciuitas à nullo regebatur: & more patrio gentiles omnes sine obseruatione recipiebant: tunc præcipuè cunctis existimantibus vniuersos qui superinfluerent, adiumento ex beneuolentia venire. Quæ quidem res etiam sine dissensione, ciuitatem postea pessundedit, eo quòd iners & inutilis multitudo quæ pugnacibus sufficere posset, alimenta consumpsit: hisque præter bellum etiam seditionem famémque comparauit: aliíque latrones ex agris eò transgressi, ac multo sæuioribus quos intus inuenêre sociati, nullum atrox facinus intermittebant. Nec enim rapinis & expoliationibus metiebantur audaciam, sed vsque ad cædes ruebant: non clàm, neque per noctem, aut quoslibet homines, verùm luce palàm nobilissimos quosque adoriendo. Nam primùm Antipatri regij generis virum, & adeò potentissimum ciuium, vt etiam publicos thesauros fidei suæ permissos haberet, comprehensum custodiæ tradiderunt: post hunc etiam Leuiam quendam, insignem virum, & Sopham filiũ Raguelis, regalis similiter vtrumque familiæ, omnésq; præterea, qui præstare aliis videbantur. Grauis

autem metus populum possidebat: & velut capta ciuitate, salutem propriam quisque curabat. Illi autem clausorum vinculis non fuêre contenti, neque tutum arbitrabantur ea potentia viros diutiùs custodire. nam & ipsos, & domos eorum non paucis viris frequentari, ac per hoc ad vlciscendum esse idoneos, & præterea rebellaturum fortasse populum, iniquitate commotum. Decreto igitur eos occidi, mittunt quendam de suo numero Ioannem ad cædes promptissimum, qui lingua patria Dorcadis filius dicebatur: eúmque alij decem armati gladiis secuti ad carcerem, ibi quos reperissent interficiunt. Fingebant autem huius immanissimi sceleris causam, cum Romanis eos de traditione ciuitatis collocutos fuisse, communísque libertatis proditores interemisse dicebant, prorsus, vt audacia sua tanquam seruatores ciuitatis, ac bene de ea meriti gloriarentur. Euenit autem populum quidem ad hoc humilitatis ac formidinis, illos verò insolentiæ progredi, vt in eorum esset arbitrio etiam pontificum designatio. denique familiis abrogatis, vnde per successionem pontifices creabantur, incognitos atque ignobiles constituebant, vt impiorum facinorum socios haberent. nam qui supra meritum summos honores adepti erant, his obediebant necessariò, qui sibi eos præstiterant: quoniam & dignitate præditos, variis machinis fictísque sermonibus committebant, opportunitatem sibi ex eorum qui se prohibere poterant, contentione captantes: donec hominum persecutione satiati, in diuinitatem contumelias transtulerunt, pedibúsque pollutis in sanctum locum introire cœperunt. Iam verò populo contra eos concitato (namque autor erat Ananus, æuo maximus pontificum, itémque sapientissimus: & qui fortassis ciuitatem conseruasset, si insidiatorum manus potuisset effugere) illi templum Dei aduersus populi turbam, castellum ac profugium sibi fecêre, quod pro domicilio habebant tyrannidis. Acerbis autem malis admiscebatur etiam cauillatio, quæ præ cæteris eorum factis erat dolori. tentando enim quanto metu populus teneretur, suásque vires explorando, sorte pontifices creare conati sunt, cùm his (vt diximus) ex familiis successio deberetur. huic autem fraudi mos antiquus obtendebatur. nam & olim sorte pontificatum deferri solitum fuisse dicebant. re autem vera, legis erat abrogatio firmioris, per eos qui ad potentiam designandorum magistratuum licẽtiam compararent. Itaque vna sacratarum tribuum accita quæ Eniachin appellatur, pontificem sorticbantur: casúque sors exit homini, per quem maximè eorum iniquitas demonstrata est, Phani cuidam, filio Samuelis, ex vico Aphthasi, non solùm non ex pontificibus orto, sed apertè quid esset pontificatus, propter rusticitatem penitus nescienti. Denique inuitú eum rure abstractum, vt in scena fieri solet, aliena ornauêre persona: indutúmque sacra veste, quid facere deberet, subito instituebant: ludúmque & iocum esse tantùm nefas arbitrabantur. cæteri verò sacerdotes, procul spectantes ludibrio legem haberi, lacrymas vix tenebant, honorésque sacrorum solui grauiter ingemebant.

ὁ καταπλῆξις εἶχε τ δῆμον, ἡ καθάπερ κατεχλημένης τ πόλεως πολέμῳ, τ καθ' αὑτὸν ἕκαστος σωτηρίαν ἠγάπα. τοῖς ὁ ἐκ ἀπέχειν τὰ δεσμὰ τ συνειλημμένων, ἀσφαλὲς ᾤοντο μέχει πολλῶ δυνάζειν αὐθαδίας αὐτ τὸ φυλάσσειν. ἱκανὰς μ γὰρ εἶ ἡ τὰς οἰκίας αὐτῶν πρὸς ἄμυναν ὠμ ὀλιγάνδρους ὄντας. ἐμέλλ, ἀλλὰ & τ δῆμον ἐπανασήσεσθαι τάχα κινηθέντα πρὸς τ ὕβριν. δόξαν οὖν αἱρεῖν αὐτούς, ἰωάνην τινὰ πέμπουσι τ ἐξ αὐτῆς εἰς φόνους θρασύτατον, δορκάδος υἱὸν καλεῖτο παῖς ἡ τ ὁπλιτικὸν γλῶσσαν. ᾧ δέκα συνελθόντες εἰς τ εἰρκτὴν ξιφήρεις, ἀποσφάττουσι τοὺς συνειργμένους. ἐλέγετο μ δὴ τηλικοῦτον, μεγάλων ἀπεψεύδοντο πρόφασιν, ὡς ἐπ' αὐτοῖς εἶεν ἡ τοῖς ῥωμαίοις περὶ ἐλευθερίας τῆς ἱεροσολύμων, καὶ προδότας αὐτομολέας τ κοινῆς ἐλευθερίας ἔφασκον, καθόλ τ ἐπηλαζονεύοντο τοῖς τολμήμασιν, ὡς ἀνῃρέθαι ἡ σωτῆρες τ πόλεως γεγυμνῳμένοι. σωιέδη δὲ εἰς τοσοῦτον, ὥ τὸν δῆμον ταπεινότητος ἡ φόβος, ἐκείνους ὑ ὑποψίας προελθεῖν, ὡς ἐπ' αὐτοῖς εἶεν ἡ τῆς χειροτονίας τ ἀρχιερέων. ἀκυροῦν τὰ γνόμ ποιήσαντες, οἷς ὧν ἡ ἐλαδοχὰς οἱ ἀρχιερεῖς ἀπεδείκνυντο, καθίσασαν ἀσήμους ἡ ἀγεννεῖς, ἵν' ἔχοιεν σωέργους τῆς ἀσεβημάτων. τοῖς γὰρ παρ' ἀξίαν ὁπλιτυχοῦσι τ αἰσχίστας τιμὰς, ὑπακούειν ὦ ἀνάγκη τοῖς ὠνησαμένοις. σωέκρυπτε δὲ ἡ τοὺς ἐν τέλει ποικίλας ὑποψίας, ἡ λογοποιίαις χρῆσθαι ἑαυτοῖς ἐν τ πρὸς ἀλλήλους τ κωλυόντων φιλονικίας ποιούμενοι, μέχει τ εἰς ἀνθρώπους ἐξεμπλάσαντες ἀδικημάτων, ὅπ τὸ θεῖον μετήνεγκαν τ ὕβριν, ἡ μιασμένοις τοῖς ποσὶ, παρῆσαν εἰς τὸ ἅγιον, ἐπαισχυνθέν τε αὐτοὺς ἤδη τ πλήθους. ἐνῆγε γὰρ ὁ μεγίστας τ ἀρχιερέων Ἄνανος, ἀνὴρ σωφρονέστατος, & τάχα ἂ διασώσας τ πόλιν, εἰ τὰς τ ὑπουλίων θείας ἐξέφυγε.

Κεφάλαιον ιβ.

ΟΙ ὁ τ νεὼν τῷ θεῷ φρούριον αὐτοῖς, ἡ τῆς ἀπὸ τ δήμου ταραχῆς ποιούμενοι, ἡ καταφυγὴ & τυραννεῖον ὦ αὐτοῖς τὸ ἅγιον. παρεκίνητο δὲ τοῖς δεινοῖς εἰρωνεία τὸ τῆς συνεργημένων ἀλγεινότερον. ὑπανεγρόμενοι γὰρ τ τῆ δήμου καταπλήξεως, ἡ τῷ αὐτῷ δοκιμάζοντες ἰσχύι, κληρωτοὺς ἐπεχείρησαν ποιῆσαι τοὺς ἀρχιερεῖς, ὕσης ὡς ἔφαμεν κατὰ γένος αὐτῆς τ ἐλαδοχῆς. ὦ ὁ θεσπισμὸς ἐκ τοιόσδε ἦν. ὦ ὁ μὲν πάλαι κληρωτὸν ἔφασαν εἶ τ ἀρχιερατεύσοντα. τὸ ὁ ἀληθὲς, τῷ βεβαιοτέρᾳ νόμῳ κατάλυσις, ἡ τύχη πρὸς δωμασίαν, τοὺς ἀρχὰς δ' αὐτῆς καθιεμένοις. & δὴ μεταστεμψάμενοι μίαν τῶν ἀρχιερατικῶν φυλῶν, ἐνιαχεῖμ καλεῖται, ἐκλήρουν ἀρχιερέα λαχάνει δ' ὑπὸ τύχης ὁ μάλιστα ἐλεγχθεὶς αὐτῆς τῷ ἀδικίαν, φανίας τις ὄνομα, υἱὸς σαμουήλου κώμης ἄφθας, ἀνὴρ ἐ μόνον οὐδὲ ἄξιος ἀρχιερεῖ, ἀλλ' οὐδ' ὅπως ἄμωμος σαφῶς, τί ποτε ὦ ἀρχιερωσύνη δι' ἀγροικίαν. ὑπὸ γοῦν τ χώρας αὐτὸν ἄκοντα σύραντες, ὥσπερ ὑπ' σκηνῆς, ἀλλοδίῳ κατεκόσμουν θεσπιεῖν, τῷ τε ἐθνικὰ πρειθέντες ἱερεῖν, ἡ τὸ τί δεῖ ποιεῖν ὑπ' ἀγνοοῦ διδάσκοντες. χλεύην δ' ὦ ἐκείνοις, & παιδιὰ τὸ τηλικοῦτον ἀσέβημα. τοῖς ὁ ἄλλοις ἱερεῦσιν ὑπ' ἀθυμουμένοις πόρρωθεν παιζόμενον τὸν νόμον, δακρύειν ἐπῆει, καὶ κατέσεισεν τῷ τῆς ἱερῶν πηγῆς καθάλυσιν.

Ταύτῃ τῷ

τούτῳ τὴν πόλιν αὐτῶν ἐκλιπεῖν ὁ δῆμος, ἀλλ' ὡς A
δὴ τυραννίδος καταλύσιν, ὥρμητο πάντες. καὶ γὰρ οἱ
προὔχειν δοκοῦντες αὐτῶν, υἱὸς ἰώσηπου, & ὁ
γαμαλιήλου συμεὼν, παρεκρότουν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀ-
θρόους, καὶ κατ' ἰδίαν προϊόντες ἕκαστον, ἤδη ποτὲ πάσα-
σθαι τοὺς λυμεῶνας τῆς ἐλευθερίας, καὶ καθαρὰν τὴν μιαι-
φόνων τὸ ἅγιον. οὔτε δοκιμώτατοι τῶν ἀρχιερέων, γαμαλᾶ
μὲν ἰησοῦς, ἀνάνου δὲ ἄνανος, πολλὰ τὸν δῆμον εἰς νουθέτησιν
παροξύζοντες ἐν τῇ συνόδῳ, ἐπήγοραν τοῖς ζηλωταῖς. B
τοῦτο γὰρ αὐτοὺς ἐκάλεσαν, ὡς ἐπ' ἀγαθοῖς ὄνπερ ἐσπουδάκεσαν
ἐπαινοῦντες, ἀλλ' ὠζηλωκότας τὰ κρίσιμα τῆς ἔργων, καὶ ὑπερ-
βαλλομένους. καὶ δὴ συνελθόντος τοῦ πλήθους εἰς ἐκκλησίαν,
καὶ πάντων ἀγαναχτούντων μὲν ὅτι τῇ καταλήψει τὸν
ἅγιον, ταῖς τε ἁρπαγαῖς, καὶ τοῖς φονευομένοις.

Κεφάλαιον ιγ.

ΟΥπω δὲ τοῖς τῶν ἁμάρτων ὡρμημένων, τὸν δυ- C
σεπιχείρητον, ὅπερ ἦν, τοὺς ζηλωτὰς ὑπολαμβά-
νειν, κατασκεδὴς ἐν μέσοις ἄνανος, καὶ πολλάκις εἰς τὸν ναὸν
ἀποβλέψας, ἐμπλήσας τε τὰς ὀφθαλμὰς δακρύων ἡ καλόν
γε ἔφην ἐγὼ ἐμοὶ τεθνάναι, πρὶν ὁπτεῖν τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ
τοιούτοις ἄγεσι καταλήμοντα, & τὰς ἀβάτους καὶ ἁγίας
χώρας ποσὶ μιαφόνων στενοχωρουμένας. ἀλλὰ θρε-
κείμμος τὴν ἀρχιερατικὴν ἐσθῆτα, καὶ τὸ τιμιώτατον κα-
λούμενος τῆς σεβασμίων ὀνομάτων, ζῶ καὶ φιλοψυχῶ, D
μηκέτι πάσῃ τοιαύτῃ γήρως ὑπομένων δυσκλεᾶ θάνατον.
εἰ δὲ δὴ μόνος ἐμοὶ καὶ καθάπερ ἐν ἐρημίᾳ, τὴν ἐμαυτοῦ
ψυχὴν ὁπλίσασθαι μόνην ὑπὲρ τοῦ θεοῦ. τί γὰρ & δεῖ ζῆν
ἐν δήμῳ συμφορῶν αἰσθανομένῳ, καὶ παρ' οἷς ἀπόλω-
λεν ἡ τῆς ἐν χρῷ παθῶν ἀπόληψις. ἁρπαζόμενοι γὰρ
ἀπήχθητε, καὶ συνοδόμενοι σιωπᾶτε, & τοῖς φονευομένοις
ὑδὲ ὀδυρόμενοι τὴν ἀναφανδὸν. ὦ τῆς πικρᾶς τυραννίδος. τί
μέμφομαι τοὺς τυράννους; μὴ γὰρ ἐν ἐφάψασθαι ὑφ' ὑ-
μῶν, καὶ ὑμεῖς ἐξ ἀκμαίας; μὴ γὰρ ἐχ ὑμεῖς πρ- E
εϋδόντες τοὺς πρώτους σωτῆρας αὐτῶν, ἔτι ὄντας ὀλί-
γους, πλείους ἐποιήσατε τῇ σιωπῇ, καὶ καθοπλιζομένων
πρεμῶντες καθ' ἑαυτῶν ἐστρέψατε τὰ ὅπλα; δέον τὰς
πρώτας αὐτῶν ὁρμὰς κόπτειν ὁρμᾶς, ὅτε λοιδορίας κα-
θήπτοντο τῶν συγγενῶν. ὑμεῖς δὲ ἀμελήσαντες ἐφ' ἁρπα-
γαῖς παρωξύνατε τοὺς ἀλιτηρίους, καὶ πορθουμένων οἰ-
κων, λόγος οὐδεὶς. ἐκωλύσατε αὐτοὺς ἥρπαζον τοὺς
ἀναστάτους, & συρομένους διὰ μέσης τῆς πόλεως, οὐδεὶς
ἐπεμύνεν. οἱ δὲ & δεσμοῖς ἠκίσαντο τοὺς ὑφ' ὑμῶν. σφρ- F
γῖδα θέντας, ἐῶ λέγειν ποσὶ καὶ ποδαποὺς, ἀλλὰ ἀκαταπαύστους ἀκούτους. οὐδεὶς ἐβοήθησε τοῖς διαφθειρομένοις. ἀ-
πόλωθον δὲ ὁπλίτην τοὺς αὐτοὺς φονευομένους. ἐπεισθη-
μεν καὶ τοῦτο, καθάπερ ἐξ ἀγέλης ζώων ἀλόγων ἐλκο-
μένης τὸ κρατῆσαν ὄντος ἀεὶ θύματος, οὐδὲ φωνὴν τὴν ἀ-
φῆκεν, ἐχ ὅπως σώσηται τὴν δεξιάν. φέρετε δὴ τοίνυν φέρε-
τε πατέσθημα βλέποντες τὰ ἅγια, καὶ πάντες ὑποθέν-
τες αὐτοὶ τοῖς ἀσεβέσι τοῖς τῶν τολμημάτων καθαιμάς, G
μὴ βαρυπάθε τὴν ὑβροχλιν. καὶ γὰρ νυν πάντως αὖ δὴ
μεῖζον φρύξαι, εἴπα τῶν ἁγίων καταλῦσαι μεῖζον εἶ-
χον. κατεφάτη μὲν ἐν τῷ ὀχυρωτάτῳ & πόλεως, λεγέ-
σθω γὰρ νυν τὸ ἱερὸν, ὡς ἄκρα τις ἢ φρούριον. ἔχοντες δὴ
δὴ τετειχισμένην τυραννίδα τοσαύτην, & τοιᾶ ἐκ-
θεσιν ὑπὲρ κορυφὴν βλέποντες, τί βέλεσθε, καὶ πῶς τὰς

Populus autem hanc eorum audaciam non tulit, sed omnes quasi ad deponendam tyrannidem animos intenderant. nam qui præstare cæteris videbantur, Gorion Iosephi filius, & Simeon Gamalielis, tam singulos circumeuntes, quàm simul vniuersos in concionibus hortabantur, quo tandem aliquando libertatis corruptores vltum irent, sanctúmque locum ab hominibus sceleratis purgare properarent. Pontifices etiam probatissimi, Gamala quidem filius Iesu, Anani autem Ananus, populum frequenter in cœtibus exprobrando eius segnitiem, contra Zelotas excitauerunt. ita enim se ipsi vocabant, vti bonarum professionum æmuli, ac non qui pessimam facinorum immanitatem superasseut. Itaque in concionem populo congregato, cunctísque indignantibus occupationes sanctorũ, itémque rapinas & cædes, nondum autem promptis ad vlciscendum, propterea quòd inexpugnabiles (id enim verùm erat) Zelotæ putabantur, stans inter eos medius Ananus, & ad legem crebro respectans, cùm lacrymis oppleſſet oculos: Equidem, inquit, mori potiùs deberem, quàm Dei domicilium videre tantis refertum piaculis: atque inaccessa & sancta loca sceleratorum pedibus frequentari: vetùm tamẽ sacerdotali veste amictus, & sanctissimum venerabilium nominum ferens, viuo: atque animæ amore teneor, nec pro senectute quidem mea mortem sustinens gloriosam. Igitur solus ibo, & tanquam in solitudine animam meam solam dabo pro Deo. nam quid opus est viuere in populo, clades suas minimè sentiente, & apud quos mala præsentia nemo prohibet? siquidem spoliati patimini, ac verberati reticetis, & ne gemitu quidem aperto quisquam prosequitur interemptos. O acerbam dominationem! Quid de tyrannis querar? Nunquid non à vobis vestra potentia nutriti sunt? nunquid non despectis qui primi erant, cùm adhuc pauci essent, vos dum tacetis, plures eos fecistis? atque illis armatis quiescentes, in vosmetipsos arma vertistis? cùm primos eorum conatus oportuisset infringi, quando cognatos conuitiis appetebant. Vos autem negligendo, ad deprædationem noxios irritastis, quia vastatarum ædium nulla ratio erat. Itaque iam domini ipsi rapiebantur, éisque cùm per mediam ciuitatem traherentur, nemo erat auxilio. Illi autem à vobis prodi- F tos, etiam vinculis affecêre: non dico quales & quantos, sed quòd non accusatos, indemnatos, vinctos nemo adiuuit. restabat eosdem videre trucidari. hoc etiam vidimus, velut è grege brutorum animalium cùm præcipua quæque duceretur hostia, ne vocem quidem quisquam emisit, nedum dextram mouit. Patiemini ergo, patiemini etiam sancta conculcari videntes? Cúmque omnes audaciæ gradus nefariis hominibus subieceritis, eorum præstantiam reueremini? nunc enim profectò ad maiora procederent, si quid maius quod euerterent inueniretur. Tenetur quidem munitissimus ciuitatis locus, fanum appellatione, re arx quædam siue castellum. Tanta igitur contra vos tyrannide munita: & inimicis super verticem positis, vt videtis, quid cogitatis, aut quibus

vestras sententias applicatis ? An Romanos A
expectatis , vt sanctis vestris opitulentur ? Ita quidem se nostræ ciuitatis habent res : eóque iam calamitatis ventum est , vt misereatur nostri etiam hostis. Non exurgetis ô miseri respectísque vulneribus vestris,quod etiam feras bestias facere videmus , non vltum ibitis in hos , qui vos percussêre ? Non suas quisque recordabitur clades , & ante oculos positis quæ pertulerit , ad vltionem animos acuet? Periit apud vos (ni fallor) affectionum o- B
mnium carissima,& maximè naturalis,cupiditas libertatis. seruitutis autem ac dominorum amantes facti sumus,tanquam subiugari à maioribus didicerimus. Atque illi quidem multa & maxima bella , vt in libertate viuerent, pertulerunt , ne aut Ægyptiorum aut Medorum potentiæ cederent , dummodo ne facerent quæ iuberentur. Et quid opus est de maioribus loqui ? Hoc ipsum bellum quod cum C
Romanis nunc gerimus , verùm commodè an contrà incommodè non referam , palàm quid habet causæ , nisi libertatem ? Ergo qui dominis totius orbis seruire non patimur, gentiles nostros ferimus tyrannos ? Quanquam externis obedientes , ad fortunam semel id referunt , cuius iniuria victi sunt. At verò pessimis suorum cedere, ignauorum est , & cupientium seruiendi. Ad hæc autem, quia Romanorum mentio facta est, non vos celabo , quid dum loquor interuenerit, mentémque retraxerit : quod etiam si ab his capti fuerimus (absit autem huius dicti periculum) nihil acerbiùs experiemur,quàm isti nos affecêre. Quo pacto autem non lacrymis dignum sit,illorum quidem in templo donaria cernere,gentilium verò spolia,qui nobilitatem huius maximæ omnium ciuitatis compilauerunt : cósque viros trucidatos videri , quibus etiam illi post victoriam obtemperassent ? Et Romanos quidem nunquam transgredi ausos esse limitem profanorum , aut sacratæ quicquam consuetudinis præterire , sanctorum autem ambitum , quamuis procul aspectum perhorrescere : quosdam verò in his locis natos ac sub nostris moribus educatos, & qui Iudæi vocentur , inter media sancta deambulare, manibus adhuc suis gentili cæde calentibus? Quis igitur externum bellum metuat, ex comparatione domestici? Multò nobis æquior est D
hostis. nam si propriè rebus sunt aptanda vocabula , fortassè reperietur , legum quidem conseruatores nobis fuisse Romanos , hostes verò intus haberi. Verùm hos insidiatores libertatis exitio deberi , neque facinorum eorum dignum excogitari posse supplicium , certum est : idémque omnibus vobis , & ante orationem meam esse persuasum , atque ipsis vos rebus quas pertulistis, in eos esse commotos. plerique autem fortassè multitudinem eorum , atque audaciam G
reformidant : & præterea quòd in loco superiore consistunt. Sed hæc vt vestra negligentia conflata sunt , ita nunc magis proficient, si morabimur. nam & numerus illorum in dies singulos alitur, eo quòd nequissimus quisque ad similes profugiat : & audaciam plus accendit , quòd nullum adhuc eius impedimentum interuenit : locóque superiore vtentur , & quidem cum apparatu , si iis tempus demus.

γνώμας προσδάλπεῖς;ῥωμαίους ἆρα ἀμυνεῖτε, ἢ ἡμῖν βοηθήσουσι τοῖς ἁγίοις;ἔχει δ' ἕτω τὰ πράγματα τῇ πόλει,καὶ πρὸς τοῦτον ἤκομεν συμφορῶν,ἵνα ἡμᾶς ἐλεήσωσι ⸀οἱ πολέμιοι. ἀναστήσατε ὦ τλημονέστατοι,⸀καὶ πρὸς τὰς πληγὰς ἐπισταφέντες,ὃ καὶ τὰ θηρία δρᾷ ἰδεῖν,τὰς τύπους ἀμυνεῖσθε,καὶ ἀναμνησθήσεσθε τῶν ἰδίων ἕκαστος συμφορῶν,ἃς δὲ ἀπώλεσθε πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενοι,τὰς ψυχὰς ἀπ' αὐτῶν θήξεσθε πρὸς τὰ ἄμυναν; ἀπόλωλεν ἆρα παρ' ὑμῖν τὸ τιμιώτατον τῶν παίδων,⸀καὶ φυσικώτατον,ἐλευθερίας ἐπιθυμία. φιλόδουλοι ἢ κἂν φιλοδέσποτοι γεγόναμεν ὥσπερ οὐ πρότερον τοῦτο πάσχοντες. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν πολλοὺς καὶ μεγάλους ὑπὲρ τῆς αὐτονομίας πολέμους ἐπολέμησαν,καὶ ἔτι τῆς αἰγυπτίων,ἔτε τῆς μήδων δυνάστείας ἠττήθησαν,ὑπὲρ τοῦ μὴ ποιεῖν τὸ κελευόμενον,⸀καὶ τὰ δεῖ τὰ τῆς προγόνων λέγειν, ἀλλ' ὁ νῦν πρὸς ῥωμαίους πόλεμος,ἐῶ διελέγχειν,πότερον λυσιτελὴς ὢν καὶ σύμφορος,ἢ τἐναντίον,τίνα δ' ἔνεχά ποθ' φασιν;ἐ τὴν ἐλευθερίαν;εἶτα τοὺς μὲν οἰκεμένης δεσπότας μὴ φέροντες,τὴν ὁμοφύλων τυραννον ἀνεξόμεθα ; καίτοι τὸ μὲν τοῖς ἔξωθεν ὑπακούειν,ἐπέκεινα τῆς ἀνθρωπίνης τλῶ ἄπαξ ἐπιτεθεῖσαν τύχῃ. τὸ δ' τοῖς οἰκείοις εἶκειν πονηροῖς, ἀγλυκῶν ὅτι κἂν πραυμιμήσων. ἐπειδὴ δ' ἅπαξ ἐμνήσθην ῥωμαίων,καὶ ὑποκρύψομαι πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, ὃ μεταξὺ τῶν λόγων ἐμπεσὸν,ἐπέστρεψε τὴν διάνοιαν,ὅτι καὶ ἀλώμεθα ὑπ' ἐκείνοις, ἀπὸ μὲν τοῦ λόγου, χαλεπώτερον οὐδὲν παθεῖν ἔχομεν,ὧν ἡμᾶς διατεθείκασιν ἕτοι.πῶς δ' οὐ δακρύων ἄξιον,ἐκείνων μὲν ἐν τοῖς ἱεροῖς,⸀καὶ ἀναθήματα βλέπειν.τὰ δ' ὁμοφύλων τὰ σκῦλα σεσυλημένων καὶ ἐλόντων τλῶ τῆς μητροπόλεως δυσχέρειαν, καὶ πεφονευμένους ἄνδρας,ὧν ἀπέχοντο αἱ πανοικεσίαι κρατήσαντες;καὶ ῥωμαίους μὲν ὑπὲ πώποτε ὑπερβαίνειν τὸν ὅρον τῆς θεβήλων,μηδὲ ὡσιωμένους τι τῶν ἱερῶν ἐνδῶν,πεφεικέναι δὲ πόρρωθεν ὁρῶντας τοὺς τῆς ἁγίων περιβόλους,ἠνυηθέντας δέ τινας ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ,καὶ γραφέντας ὑπὸ τοῖς ἡμετέροις ἔθεσι,⸀καὶ ἰουδαίους καλουμένους,ἐμπεδιπατεῖν μέσοις τοῖς ἁγίοις, θερμοὺς ἐπὶ τὰς χεῖρας ἐκ ὁμοφύλων ἔχοντας φόνου ;εἶτα τὶς δέδοικε τὸ ἔξωθεν πόλεμον,καὶ τοὺς ἐν συγκλείσει πολλῷ τῆς οἰκείων ἡμῶν μετειωτέρους;⸀εἰ δὲ αἱ εἰ ἑτοίμους δεῖ τοῖς φεύγουσι τὰς κλίσεις ἐφαρμόζειν , τάχα ἂν δύσει τὶς ῥωμαίους μᾶλλον ἡμῖν βεβαιωτὰς τῆς νόμων,πολεμίους ἢ τοὺς ἔνδον. ἀλλ' ὅτι μᾶλλον ἐξώλεις οἱ ὑπάρχοντες δ' ἐλευθερίας,καὶ πρὸς ἃ δεδράκασιν ἐκ ἄξιος ὑπονοήσει δίκην. ἀξίαν κατ' αὐτῶν,οἶμαι πάντας εἰκεῖν πεπεισμένους δίκαιον, καὶ πρὸ τῆς ἐμῆς λόγων παρωξύνθαι τοῖς ἔργοις ἐπ' αὐτοὺς ἃ πεπόνθατε.κἀκεῖνο λήσουσιν ἢ ἴσως οἱ πολλοὶ,τότε πλῆθος αὐτῶν,⸀καὶ τλῶ τόλμαν,ἐπὶ ἢ ⸀καὶ τλῶ ἐκ τοῦ τόπου πλεονεξίαν. ταῦτα ἢ ὥσπερ σὺν ἐκ τλῶ ὑμετέρων ἀμέλειαν, καὶ νῦν αὐξηθήσεται πλέον ἐπισθεμένων. καὶ γὰρ τὸ πλῆθος αὐτοῖς ὑπηρέτηται κατ' ἡμέραν , παντὸς πονηροῦ πρὸς τοὺς ὁμοίους αὐτομολοῦντος , καὶ τλῶ τόλμαν ἐξάπτει μᾶλλον. νεῶν, μηδὲν ἐμπόδιον , τότε τόπῳ καθύπερθεν ὄντες, χρήσονται ⸀καὶ μὴ ἐκ ὁμοσκόπῳ , αὖ ἡμεῖς χρόνου διδόμεν.

πρὸς-

πις δύσατε ἢ ὡς ἐὰν προβαίνωμεν ἐπ' αὐτοῖς, ἔσον ἢ τῇ A σωφρόνησει ταπεινότεροι, καὶ τὸ πλεονέκτημα τῆς ὕψους, ὁ λογισμὸς ἀπολεῖ. τάχα τὸ θεῖον ὑβρισμένον ἀναιρήσῃ κατ' αὐτῶν τὰ βαλλόμενα, καὶ τοῖς σφετέροις ἀλαφθαρήσονται βέλεσιν οἱ δυσεβεῖς. μόνον ὀφθῶμεν αὐτοῖς καὶ καταλείπωμεν. καλὸν ἢ κἂν προσῇ τις κίνδυνος, ἀποθνήσκειν πρὸς τοῖς ἱερεῖς πυλῶσι, καὶ τῆς ψυχῆς εἰ καὶ μὴ πρὸ παίδων, ἢ γυναικῶν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ θεοῦ, καὶ τῶν ἁγίων προφάσεως. προσήσομαι δ' ἐγὼ, γνώμην τε καὶ χεῖρα, καὶ ὅπου B δέηταί τις ὑμῶν λείψει πρὸς ἀσφάλειαν οὐδ' ἡμῶν, ὅπου τοῦ σώματος ὄψεσθε φειδόμενον. τούτοις ὁ Ἄνανος παρεκελεύετο τὸ πλῆθος ὅτι τοὺς ζηλωτὰς, ἃ ἀγνοῶν μὲν ὡς εἶεν ἤδη δυσκατάλυτοι, πλήθει τε καὶ νεότητι καὶ θράσει ψυχῆς, τὸ πλέον ἢ συνειδήσει τῶν εἰργασμένων. ἃ γὰρ ἐνδώσειν αὐτοὺς εἰς ἕκαστον συγνώμῃ, ἐφ' οἷς ἔδρασαν ἐλπίσαντας. ὅμως ἢ πᾶν ὅτι οὐ παθεῖν προηρεῖτο μᾶλλον, ἢ φεῖσθαι ἐν τοιαύτῃ τῶν ἁμαρτημάτων συγχύσει. τὸ ἢ πλῆθος ἄγειν αὐτοὺς ἐβόα καθ' ὧν παρεκάλει, καὶ προκινδυνεύειν ἕκαστος ὡς ἑτοιμότατος. C

Κεφάλαιον ιδ.

ΕΝ ὅσῳ ἢ ὁ Ἄνανος κατέλεγέ τε, καὶ συνέταττε τοὺς ὁπλιτικοὺς πρὸς μάχην, οἱ ζηλωταὶ πυθόμενοι τὴν ἐπιχείρησιν (παρῆσαν γὰρ οἱ ἀγγέλλοντες αὐτοῖς πάντα τὰ καθ' ἑκάστην δημοσίᾳ) παρῆξαν ἢ, καὶ ἐκ τοῦ ἱεροῦ προπηδῶντες ἀθρόοι τε καὶ κατὰ λόχους, ἐνδενὸς ἐφείδοντο τῶν D προσιόντων. ἀθροίζεται δ' ὑπ' ἀνάγκης ταχέως τὸ δημοτικὸν, πλήθει μὲν ὑπερέχον, ὅπλοις ἢ καὶ τῷ μὴ συγκεκροτῆσθαι, λειπόμενον τῶν ζηλωτῶν. τὸ προθυμον ἢ παρ' ἑκατέρων, ἀνεπλήρου τὰ λειπόμενα. τῶν μὲν ἄνω τῆς πόλεως ἀνειληφότων ὀργήν, ἰσχυροτέραν τῶν ὅπλων, τῶν δὲ κάτω τοῦ ἱεροῦ τόλμαν παντὸς πλήθους ὑπερέχουσαν. καὶ οἱ μὲν, ἀοίκητον ὑπολαμβάνοντες ἑαυτοῖς τὴν πόλιν, εἰ μὴ τοὺς λῃστὰς ἐκκόψειαν αὐτῆς. οἱ ζηλωταὶ ἢ εἰ μὴ κρατοῖεν, ὡς ἔσιν ἧς τινος ὑστερήσειν τιμωρίας. σωφρονίσθητε ἢ στρατηγούμενοι τοῖς πάθεσι, τὸ μὲν πρῶτον κατὰ τὴν πόλιν καὶ πρὸ τοῦ ἱεροῦ λίθοις βάλλοντες ἀλλήλους, καὶ πόρρωθεν ἀφιέντες ζόμενοι. κατὰ ἢ τὰς ξοπὰς οἱ κρατοῦντες ἐρρώντο τοῖς ξίφεσι· καὶ πολὺς ἦν ἑκατέρων φόνος, ξαυματίαι ἢ ἐγίνοντο συχνοί. καὶ τοὺς μὲν ὑπὸ τῶν δήμου, διεκόμιζον εἰς τὰς οἰκίας οἱ προσήκοντες. ὁ ἢ βληθεὶς τῶν ζηλωτῶν, εἰς τὸ ἱερὸν ἀνῄει καθαιμάσων τὸ θεῖον ἔδαφος, καὶ μόνον αἴ τις εἴποι τὸ ἐκεῖνον αἷμα, μιαίνει τὰ ἅγια. κατὰ μὲν οὖν τὰς συμβολὰς ἐκφέροντες, ἀεὶ προῆσαν οἱ ληστρικοί. τεθυμωμένοι ἢ οἱ δημοτικοὶ, καὶ πλείους ἀεὶ γινόμενοι, καὶ ζοντες τοὺς ἐνδιδόντας, καὶ μὴ διδόντες τοῖς ζεπομένοις ἀναχώρησιν οἱ κατόπιν διαζόμενοι, πᾶν μὲν ὑπεστρέφοντο τὸ σφέτερον εἰς τὰς ἐναντίας, καὶ ἐκείνων μηκέτι ἀντεχόντων τῇ βίᾳ, καὶ μικρὸν ἢ ἀναχωρήσαντες εἰς τὸ ἱερὸν, συνέπιπτον οἱ σὺν τῷ Ἄνανον. τοῖς ἢ κατάπληξις ἐμπίπτει στρεφομένοις τὸ πρῶτον προβόλου, καὶ καταφυγόντες εἰς τὸ ἐνδότερον ταχέως ἀπέκλεισαν τὰς πύλας, τῷ ἢ Ἀνάνῳ, προβαλεῖν μὲν οὐκ ἐδόκει τοῖς ἱεροῖς πυλῶσιν, ἄλλως τε κἀκείνων βαλλόντων ἄνωθεν, ἀθέμιτον δ' ἡγεῖτο κἂν κρατήσῃ

Quòd si aduersus eos ire cœperimus, humiliores erunt, mihi credite, conscientia: & celsioris loci beneficium, reputatio scelerum perdet. Fortasse autem Dei pariter spreta maiestas, in ipsos tela retorserit, suisque missilibus consumentur impij. Videant nos tantummodo, & deiecti sunt: quanquam pulchrum est, vt etiam si quod periculum immineat, pro sacris ianuis moriamur: ac si non liberis & coniugibus, pro Deo tamen e- B iúsque sanctis animas profundamus. Præbeho autem manum, atque sententiam: & neque consilium vobis vllum deerit ad cautionem, neque me corpori meo parcere videbitis. His Ananus contra Zelotas populum hortabatur: non quidem nescíens iam expugnari vix posse propter multitudinem ac iuuentutum animorúmque pertinaciam, multóque magis propter conscientiam commissorum: nec enim concessum iri veniam his quæ perpetrauerant, sperabant: verumtamen quiduis perpeti præstabilius existimabant, quàm in tanta rerum perturbatione rempublicam negligere. Populus autem duti se clamabat in eos, contra quos rogabatur: & ad subeunda pericula quisque promptus erat. Sed dum Ananus magis idoneos discerneret, atque ordinaret ad prælium, Zelotæ cunctis conatibus eius cognitis (certos enim qui omnia sibi nunciarent habebant) in pontificem commouentur: ac modò per cuneos, modò simul vniuersi prosiliunt: neque obuio cuiquam parcebatur. Cito autem & Ananus populum congregauit, multitudine quidem superiorem: armis verò constipatis, non erant Zelotæ inferiores. alacritas verò, quòd deerat, in vtrisque supplebat. nam & ciues armis iram conceperant fortiorem: & qui de templo exierant, quauis multitudine maiorum audaciam. quippe illi quidem habitare se in ciuitate minimè posse arbitrabantur, nisi Zelotas eximerent: hi verò nisi vicissent, nullum se non subituros esse supplicium. Manus autem conseruare, pro ducibus obedientes motibus animorum. Et primò quidem in ciuitate ac pro templo eminùs missis lapidibus semet inuicem appe- rebant. si verò aliqua pars terga vertisset, victores gladiis vtebantur. cúmque plurimi sauciarentur, multæ cædes vtrobique fiebant. Et populares quidem in domos referebantur à suis. Zelotarum autem quicunque vulneratus fuisset, in templum ascendebat, sacram humum cruore perfundens, vt solo eorum sanguine violatam religionem rectè quis dixerit. Semper quidem latrones excurrendo in congressionibus præualebant. Irati verò populares, proficiente quotidie numero suo, cùm desides increparent, quíque à tergo sequebantur, non aperiendo fugientibus, viam inuitos eos repugnare compellerent, v- niuersos quidem suos in hostes conuertunt. illis autem, quia vim ferre non poterant, paulatim ad templum recedentibus, irrumpit vnà cum sociis Ananus. Vnde factum est, vt eos quòd ambitu exteriori expulsi essent, metus inuaderet: ideóque in murum interiorem fuga recepti, maturè ianuas occluderent. Verùm Anano portis quidem sacris manus afferre non placebat, hostibus quoque desuper tela torquentibus, nefas esse existimanti, etiamsi vicissent,

populorum alacritatem, iuratáque per ipsum principem sacramenta renuncians. Vbique autem Vespasiani votis obsecundante fortuna, rebúsque ad eum plurima ex parte inclinatis, cogitare cœpit, quòd non sine Dei prouidentia sumpsisset imperium: sed iusta quædam fati ratio ad eius potestatem circumduxisset rerum omnium principatum. Recordatus autem signa, & alia (multa enim sibi contigerant imperium præmonstrantia) & Iosephi dicta, quibus eum Nerone viuo ausus fuerat appellare imperatorem, admirabatur virum quem adhuc habebat in vinculis: aduocatóque Mutiano cum amicis & rectoribus aliis, primùm quàm strenuus fuisset Iosephus, quantúmque lotapatenis expugnandis propter eum laborasset exponit. deinde vaticinationes eius, quas ipse quidem timoris causa suspicaretur esse figmenta: tempus autem diuinas fuisse, & rerum exitus probauisset. Túmque inhonestum esse ait, vt qui sibi augurásset imperium, vocisque Dei minister ac nuncius extitisset, adhuc captiui loco haberetur, fortunámque sustineret aduersam: vocatúmque ad se Iosephum solui iubet. Hoc autem facto, alij quidem rectores ex ea gratia quam alienigenæ retulisset, præclara etiam de se sperandà esse arbitrabantur. Titus verò, qui cum patre aderat: iustum est, inquit, pater, vnà cum ferro etiam probro Iosephum solui. erit enim, tanquam nec initio vinctus sit, si non dissoluerimus, sed incideri-mus catenas. namque id agi solet in his qui non rectè fuerint vincti. Eadem Vespasiano placebant. & quidam interueniens securi catenas abrupit. Iosephus quidem pro his, quæ prædixerat, præmio famæ donatus, & de futuris iam dignus cui credendum esset habebatur.

CAP XIII. De Vitellij morte & moribus.

VEspasianus autem responso legationibus reddito, iustéque pro meritis administrationibus ordinatis, Antiochiam venit. Et quónam primùm tenderet cogitans, Alexandrino itinere præstabilius esse duxit, quæ Romæ agerentur curare. Alexandriam enim stabilem esse, Romanas autem res à Vitellio perturbari. Mittit igitur in Italiam Mutianum cum multis equitum peditúmque copiis. qui tamen propter hyemis asperitatem veritus nauigare, per Cappadocas & Phrygas ducit exercitum. Inter hæc autem Antonius Primus adducta legione tertia ex his, quæ apud Mœsiam morabantur (illam enim regebat prouinciam) bellum gerere cum Vitellio properabat. Vitellius autem cum magna manu Cæcinnam obuiam ei mittit. Is autem Roma profectus, quamprimum circa Cremonam Galliæ Antonium consequitur, quæ confinis Italiæ ciuitas est: ibíque conspecta hostium ordinatione ac multitudine, prælio quidem congredi non audebat. discessum autem periculosum reputans, de proditione deliberabat. Conuocatis autem centurionibus & tribunis sibi subditis, vt transirent ad Antonium suadebat: Vitellij quidem rebus detrahens, Vespasiani autem vires extollens: & alterum nomen imperij tantùm, alterum virtutē habere commemorans: ipsis quoque melius esse, si id sponte faciāt, quòd necesse est: cumque le multitudine superatum iri sciāt,

voluntate periculum præuenire. Nam Vespasianum quidem idoneum esse etiam sine ipsis ad reliqua vindicanda : Vitellium verò ne cum ipsis quidem præsentia posse seruare. Multa locutus in hunc modum, quod voluit persuasit : & cum milite transfugit ad Antonium. Eadem verò nocte milites pœnitudo simul ac metus eius, si vicissset, à quo missi fuerant, occupauit, eductísque gladiis, Cæcinnam obtruncare voluerunt. fecisséntque nisi his aduoluti tribuni supplicassent. quamobrem cæde quidem se abstinuerunt, vinctum autem quasi proditorem Vitellio transmittendum habebant. His auditis Primus Antonius continuò suos mouet, eósque cum armis in defectores ducit. illi autem instructi ad prælium, paulisper quidem restiterunt, mox autem loco pulsi, Cremonam fugerunt. Primus autem comitatus equitibus cursus eorum præuertit : & ante ciuitatem circumclusam pletámque multitudinem peremit. aggressus autè reliquos, oppidum militibus prædari permisit. in quo multi quidem hospites mercatores, multi verò indigenæ periêre, totúsque Vitellij exercitus, virorum xxx. millia & ducenti. quin & Antonius eorum quos de Mœsia adduxerat quatuor millia & quingentos amittit. solutum autem vinculis Cæcinnam, rerum gestarum nuncium ad Vespasianum mittit. qui ad eum intromissus & collaudatus est, & proditoris dedecus insperatis protexit honoribus. Romæ autem Sabinus vbi Antonium appropinquare cognouit, fiducia recreatus est : collectísque vigilum cohortibus, nocte occupat Capitolium. luce verò facta multi nobilium sociati sunt ei, & Domitianus fratris filius, pars ingens obtinendæ victoriæ. Sed Vitellius de Primo quidem minimè curabat. his autem iratus, qui cum Sabino defecerant, & nobilium sanguinem pro ingenita crudelitate sitiens, immittit Capitolio quam secum adduxerat militum manum. vbi multa ab his itémque ab illis, qui templum tenebant pugnantibus, audacter admissa sunt : postremò autem Germani, quòd multitudine superabant, collem obtinuerunt. Et Domitianus quidem cum multis Romanorum viris insignibus, diuina quadam ratione saluus euasit : reliqua verò multitudo tota laniatur. Et Sabinus quidem ad Vitellium ductus occiditur : milites autem direptis donariis templum incendunt. Túmque postero die cum exercitu venit Antonius, eúmque Vitellij milites excipiunt : & trifario commisso intra vrbẽ prælio, omnes interiêre. Procedit autem ebrius de palatio Vitellius, & vt assolet in extremis longiore luxu prodigæ mensæ refertus. tractus autem per populum, varióque contumeliarum genere dehonestatus, in media vrbe iugulatur, octo menses ac dies quinque potitus imperio : quem si viuere diutius contigisset, vt opinor, eius luxuriæ minimè sufficere potuisset imperium. aliorum verò mortuorum supra l. millia numerata sunt. Hæc quidem gesta sunt die tertio mensis Octob. Postero autem die Mutianus cum exercitu Romam ingreditur, & Antonij militibus à cæde repressis (adhuc enim hospitia perscrutando, & Vitellij milites, & ex populo plurimos, qui cum illo senserant,

τ γνώμας τὸν κίνδυνον φθάσαι. ὑεσπασιανὸν μὲν γὰρ ἱκανὸν εἶναι, καὶ χωρὶς αὐτῶν προσθήκης καὶ παλείποντος, ἰδίτελλιον δ' οὐδὲ σὺν αὐτοῖς τυρῆσαι τὰ ὄντα. πολλὰ τοιαῦτα λέγων, ἔπεισε καὶ πρὸς τὸ ἀντώνιον αὐτομολεῖν μετὰ τοῦ δυνάμεως. νυκτὸς ἐμπίπλη μέγιστα τοῖς στρατιώταις, καὶ δίος τὸ προπέμψαντος εἰ κρεῖττον γένοιτο. σπασάμενοι δὲ τὰ ξίφη, τὸ κεκίνναι ὥρμησαν ἀνελεῖν. κἂν ἐπράχθη τὸ ἔργον αὐτοῖς, εἰ μὴ προσπίπτοντες οἱ χιλίαρχοι καθικέτευσαν αὐτούς. οἱ δὲ τὸ πλέον μὲν ἀπέχοντο, δήσαντες δὲ τὸν προδότην, οἷοί τε ἦσαν πέμπη ἰδίτελλίῳ. ταῦτα ἀκούσας ὁ πρῖμος, αὐτίκα τὰς σφετέρας ἀνίησι, καὶ μετὰ τῶν ὅπλων ἤγγυᾶ ὅτι τοὺς ὑποσπάσας. οἱ δὲ ὠθισθέντες πρὸς ὀλίγον μὲν ἀντέσχον, αὖθις δὲ σφαττόντες, ἔφθυγον εἰς τὰ κρέμνα. καὶ τὰς ἱππεῖς ἀναλαβὼν πρῖμος, ὑποστέμνει τὰς εἰσόδους αὐτῶν, καὶ τὸ μὲν πολὺ πλῆθος κυκλωσάμενος, πρὸ τῆς πόλεως διαφθείρει, πρὶν ἢ λοιπὸν συνῆσαν ὅσον διαρπάσαι τὸ ἄστυ τοῖς στρατιώταις ἐφῆκεν. ἔνθα δὴ πολλοὶ μὲν τῶν ξένων ἔμποροι, πολλοὶ δὲ τῆς ὑπαίθρου ἀπώλοντο, πᾶσα δὲ ἰδίτελλίου στρατιὰ, μυριάδες ἓξ ἀνδρῶν καὶ διακόσιοι. τῶν δὲ ἀπὸ τῆς μυσίας, ἀντώνιος τεσσαρακισχιλίους ὑποβάλλει, καὶ πεντακοσίους. λύσας δὲ τὸν κεκίνναν, πέμπει πρὸς ὑεσπασιανὸν, ἀγγελοῦντα τὰ πεπραγμένα. καὶ ὃς ἐλθὼν, ἀπεδέχθη τε ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τὰ τῆς προδοσίας ὀνείδη, τῇ παρ' ἐλπίδα τιμῆς ἐπεκάλυψεν.

Κεφάλαιον μϛ.

ΑΝεθάρσει δὲ ἤδη, καὶ κατὰ τὸ ῥώμλιον σαβῖνος, ὡς πλησίον ἀντώνιος ὢν ἀπηγγέλλετο, καὶ συναθροίσας τὰ τῶν νυκτοφυλάκων στρατιωτῆς τάγματα, νύκτωρ καταλαμβάνει τὸ καπετώλιον. μεθ' ἡμέραν δὲ αὐτῷ πολλοὶ τῶν ὀνησίμων προσεγλύσθησαν, καὶ δομετιανὸς ὁ τοῦ ἀδελφοῦ παῖς μεγίστη μοῖρα τῆς εἰς τὸ κρατεῖν ἐλπίδων. ἰδίτελλίῳ δὲ πρῖμος μὲν ἐλάττων φροντὶς ἦν, τιθύμωδος δὲ ὅτι τοὺς συναποστάντας τῆς σαβίνῳ, καὶ δὴ καὶ τὸν ἔμφυτον ὠμότητα, διὰ ῥῶν αἵματος δύσνοις, τὸ στρατιωτικὸν τὸ συγκατελθὸν αὐτῷ δύναμιν ἐπαφίησι τῷ καπιτωλίῳ. πολλὰ μὲν ἓν ἑκ τε ταύτης, καὶ τῶν ὑπὸ τῶν ἱερὰ μαχομένων ἐτολμήθη. τέλος δὲ τῆς πλήθη φθειρόντες οἱ ὑπὸ τῶν γερμανίας, ἐκράτησαν τὸ λόφου. καὶ δομετιανὸς ὁ σὺν πολλοῖς τῶν ἐν τέλει ῥωμαίων, δαιμονιώτερον διασώζεται, τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος ἅπαν κατεκόπη. καὶ σαβῖνος ἀναχθεὶς ὑπὸ ἰδίτελλιον, ἀναιρεῖται. διαρπάσαντες τοὶ στρατιῶται τὰ ἀναθήματα, τὸν ναὸν ἐμπιφῶσι. καὶ μίαν ἡμέραν, εἰσελαύνει μὲν ἀντώνιος μετὰ δυνάμεως, ὑπλίτων δὲ οἱ ἰδίτελλίου, καὶ τειχῆ κατὰ τὸ πόλιν συμβαλόντες, ἀπώλοντο πάντες. προέρχεται δὲ μεθύων ἐπὶ βασιλείοις ἰδίτελλιος, καὶ δαψιλές ἑορτὴν ὥσπερ εἰώθασι τοῖς δυνάστε ξαπίζης κεκορεσμένος. συρεὶς δὲ διὰ τοῦ πλήθους, καὶ παντοδαπαῖς αἰκίαις ὀξυβελισθείς, ὑπὸ μέσης τῆς ῥώμης ὑποσφάττεται, μιᾶς ὀκτὼ κρατήσας καὶ ἡμέρας πέντε; ὃν εἰ συνέβη πλείω χρόνον βιῶναι, ὑπολιπεῖν αὐτοῦ τὴν λαγνείαν τιμὴν ἡγεμονίαν οἶμαι. τῶν δὲ ἄλλων νεκρῶν ὑπὲρ πέντε μυριάδες ἠριθμήθησαν. ταῦτα δὲ ἕβδομος μὲν ὑπελλαίου πέφανται. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ, μουκιανὸς εἰσεισι μετὰ τῆς στρατιᾶς, καὶ τοῖς σὺν αὐτωνίῳ παύσας τὸ κτείνειν (ἔτι γὰρ ἐξερευνώμενοι τὰς οἰκίας, πολλοὺς μὲν τῆς ἰδίτελλίου στρατιωτῆς, πολλοὺς δὲ τῆς δημοτικῶν, ὡς ἑκάστου αἱρέσεως, φθά-

φθάνοντες τὰ θυμῷ τ̃ ἀκριβῆ ἐξέγνωσιν) καὶ προσαγαγὼν τ̃ δομετιανὸν, σωίσησι τῷ πλήθ μέχρι τῆς τοῦ παρόδος ἀφίξεως ἡγεμόνα. ὁ δ̃ δῆμος ἀπηλλαγμένος ἤδη τ̃ φόβου, αὐτοκράτορα μὲν πασιανὸν δῦφήμει, καὶ ἅμα τήν τε τότε βεβαίωσιν ἑορταζε, καὶ τ̃ εἰτελλίε κατάλυσιν. εἰς δ̃ τ̃ ἀλεξάνδρειαν ἀφιγμένῳ τῷ μὲν πασιανῷ, τὰ ὑπὸ τ̃ ῥώμης διαγγέλια ἦκε, καὶ πρέσβεις ἐκ πάσης τ̃ ἰδίας οἰκουμένης στεφανόμενοι. μεγίστη τε ἔσται μ̃ τ̃ ῥώμῃ ἡ πόλις, στενοτέρα τοῦ πλήθους ἠλέγχετο. κεκυρωμένης δ̃ ἤδη τ̃ ἀρχῆς ἁπάσης, καὶ σεσωσμένων παρ' ἐλπίδα ῥωμαίοις τῶν πραγμάτων, ἐπανασιανὸς ὅτι τὰ λείψανα τ̃ ἰουδαίας τ̃ λογισμὸν ἐπέστρεφεν. αὐτὸς μὲν οὖν εἰς τὸν ῥῶμον ὥρμητο λήξαντος τοῦ χειμῶνος κἀγγεῖλαι, καὶ τάχος, τὰ κ̃ τὸν ἀλεξάνδρειαν διώκει. τὸν δ̃ υἱὸν τῖτον μ̃ τ̃ ἐκκρίτου δυνάμεως, ἀπέστειλεν ἐξαιρήσοντα τὰ ἱεροσόλυμα. ὁ δ̃ προελθὼν πεζῇ μέχρι νικοπόλεως, εἴκοσι δ̃ αὖθι διέχει τ̃ ἀλεξανδρείας σταδίους, κἀκεῖθεν ἐπιβήσας τ̃ στρατιᾶς μακρῶν πλοίων, ἀναπλεῖ διὰ τ̃ νείλου καὶ τ̃ μὲν διπλοῦν νόμον, μέχρι πόλεως θμούεως. ἐκεῖθεν δ̃ ἀποβὰς, ὁδεύει καὶ κ̃ πολίχνιον τινὰ ζᾶνιν αὐλίζεται. δευτέρας αὖπω σταθμὸς ἡρακλέος πόλις, καὶ ξέντος πλησίον γίνε). δυσὶ δ̃ ἡμέραις ἐνταῦθα τὸν στρατιᾶ ἀναλαβών, τῇ ξέντῃ διέξεισι τὰς ἐμβολὰς τοῦ πηλουσίου, καὶ προελθὼν σταθμὸν ἕνα διὰ τ̃ ἐρήμου, πρὸς τῷ τ̃ κασίῳ διὸς ἱερῷ στρατοπεδεύεται, τῇ δ̃ ὑστεραίᾳ κατὰ τὸν σραχίνου. ἔστι ὁ σταθμὸς οὐ ὕδατος. ἐπεισάκτοις δ̃ ὕδασιν οἱ ἐπιχώριοι χρῶνται. μ̃ ταῦτα, πρὸς ῥινοκορούροις ἀναπαύεται, κἀκεῖθεν εἰς ῥαφείαν προελθὼν σταθμὸν τέταρτον, ἔστι δ̃ ἡ πόλις αὕτη συρίας ἀρχὴ, τὸ πέμπτον ἐν χάζῃ πίδε) στρατόπεδον, μεθ' ὃ εἰς ἀσκάλωνα, κἀκεῖθεν εἰς ἰάμνειαν, ἔπειτα εἰς ἰόππην, καὶ ἐξ ἰόππης, εἰς καισάρειαν ἀφικνεῖται, διαγνοὺς αὐτόθι τὰς ἄλλας δυνάμεις ἀθροίζειν.

A occidebant, examinationis diligentiam iracundia præuenientes) Domitianum productum populo rectorem insinuat, vsque ad patris aduentum. populus autem iam timore liberatus imperatorem prædicat Vespasianum: simúlque & illum confirmatum, & Vitellium esse deiectum festa lætitia celebrabat.

CVm autem Vespasianus Alexandriam venisset, gesta ei Romæ nunciata sunt, & legati ei ex toto orbe congratulantes affuerunt: cúmque maxima post Romam ciuitas esset, angustior multitudini videbatur. Firmato autem iam totius orbis Imperio, rebúsque pop. Ro. præter spem conseruatis, Vespasianus in Iudææ reliquias intendit animum. Et ipse quidem exacta hyeme, Romam proficisci parabat, réstque apud Alexandriam maturè componere proponebat. filium verò Titum cum selectis copiis ad excidendam Hierosolymam mittit. Qui terreno itinere Nicopolim vsque progressus, ab Alexandria ciuitate xx. stadiorum interuallo distantem, inde militem longis nauibus imponit: Nilóque flumine post Mendesium tractum, Thmuin vsque vehitur. hinc autem egressus in terram apud Tanin ciuitatem diuertit. vnde secunda ei mansio fuit ciuitas Heraclea, & Pelusium tertia. Hic autem milite per biduum recreato, tertio die Pelusij fines transiit: vnámque mansionem profectus per solitudines, ad Casij Iouis templum castra posuit. posteróque die apud Ostracinen, quæ mansio aquæ inops est, ob quam causam aduectitia vtuntur indigenæ. Hinc apud Rhinocoluram requieuit: & inde progressus in quartam mansionem, Raphiam venit, quæ prima occurrit Syriæ ciuitas. Gaza verò quintæ mansionis castra suscepit: & postea in Ascalonem, atque hinc Iamniam, deinde Ioppen, & ex Ioppe Cæsaream peruenit: decreto apud se, alias militum copias congregare.

CAP. XIV. Titus mittitur contra Iudæos à patre.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ ΛΟΓΟΣ Ε΄.

FLAVII IOSEPHI DE BELLO IVDAICO LIBER SEXTVS.

[*Secundum Rufini distinctionem.*]

CAP. I. De triplici seditione apud Hierosolymam.

TITVS quidem ad eũ modum quẽ A prædiximus, emensa vltra Ægyptum ad Syriã vsque solitudine, Cæsareã venerat. ibi enim exercitum decreuerat ordinare. Illo autem adhuc apud Alexandriam vnà cum patre imperium, quod nuper ei Deus permiserat, disponente, contigit etiam seditionem, quæ apud Hierosolymam erat, auctam trifariam diuidi, & aliam partem in aliam verti, quod vt in malis B optimum quis dixerit, factúmq; iustitię. nam Zelotarum quidem in populum dominatio, quæ autor erat excidij ciuitatis, vnde cœperit, & per quos creuerit, diligenter superiùs declaratum est. hanc autem non errauerit quisquam, dicens seditionem in seditione esse factam, ac veluti rabida fera, externorum penuria, in sua viscera sæuire solet: sic Eleazarus Simonis filius, qui & ab initio Zelotas in templum à populo separauerat, velut indignari simulans ob ea, quæ in C dies singulos Ioannes auderet, cùm ne ipse quidem à cædibus quiesceret: re autem vera sese posteriori tyranno subiectum esse minimè ferens, summæ rei desiderio, propriæque potentiæ cupiditate, ab aliis defecit: ascitis etiam Iuda Chelciæ filio, & Eztronis Simone potentissimis: præter quos erat etiam Ezechias Chobari filius, non ignobilis. Horum singulos Zelotæ non exigui sequebantur: occupatóque interiore templi aditu, super eius portas in D sacris foribus arma ponunt. & abundare quidem se suis necessariis confidebant. sacrarum enim rerum copia suppetebat, nihil impium existimantibus: paucitati verò suorum timentes, plerique in locis suis otiosi manebant. Ioannes autem quanto superior erat virorum multitudine, tanto loco superabatur: hostésque habens à vertice, neque sine metu conabatur incursus, & præ iracundia cessare non poterat. Plus autem mali perferens, quàm Eleazari partem afficiens, tamen non remittebat. E crebri enim fiebant impetus, & missiliũ iactus, totúmque polluebatur cędibus templum. Filius autem Gioræ Simon, quem rebus desperatis

Κεφάλαιον α.

ΜΕΝ πους ὁν προειρήκαμεν ζόπον διοδεύσας τὴν ἀφ' αἰγύπτε μέχρι συείας ἐρημίαν, εἰς καισάρειαν παρῆν, ζάνπη διεγνωκὼς προστατάξαι τοῖς δυνάμεις. ἔτι γὰρ αὐτὸς κῆ τὰ ἀλεξάνδρειαν συγκαθισαμένω τῷ παρόι τὴν ἡγεμονίαν νέον αὐτοῖς ἐγκεχειρισμένῳ ὑπὸ τε θεῦ, συνέβη κ τὸ τοῖς ἱεροσολύμοις στάσιν ἀναμιχθεῖσαν ζιμερῆ γενέσθ, κ καθ' αὑτὴν διατερον ὑπερφυᾶ μέρος, ὅπερ αἴ τις ὡς ἐπὶ κακοῖς ἀγαθὸν εἴποι κ δίκης ἔργον. ἡ μὲ γὰρ κῆ τὸ δήμου τὴν ζηλωτῶν ὑπόθεσις, ἥπερ κατῆρξεν ἀλώσεως τῇ πόλει, προδεδήλωται μῆ ἀκριβείας, ὅθεν τε ἔφυ, κ ὁποῖόν κακὸν ἀπηυξήθη. ταύτῃ γὰρ ἂν ἁμάρτοι τὶς εἰπών, ζάσει ζάσιν ἐγγενέσθ. κ καθάπερ θηρίον λυσσῶσαν, ἐνδεία τῆ ἔξωθεν ὑπὸ τὰς ἰδίας ἤδη σάρκας ὁρμᾷ. ἦτοι ἐλεάζαρος ὁ τῆ σίμωνος, ὃς δὴ κ τὰ πρῶτα τὸ δήμε τὰς ζηλωτὰς ἀπέκρινεν εἰς τὸ τέμενος, ὡς ἀγανακτῶν δηθεν ὅτι τοῖς ὀσημέραι τῶν ἰωαννῆ ζημιουμένοις, ἃ γὰρ ἀνεπαύετο φόνων ὅδε, τὸ γὰρ ἀληθὲς αὖτε μεταζὺ ἑτέρων τυραννων μὴ φέρων ὑποτετάχθαι, πόθῳ τῆ ὅλων κ δυνάσειας ὑπεθυμία, δίῆσα γὰρ, ὡς ἁλαβὼν ἰσθλὸν τε τὴ χελκία κ σίμωνα τὸν ἐζῶπος τῆ δυνατῆ, πρὸς οἷς ἐζεκίας λῃῶ χωβαρεὶ πᾶς ἐκ ἄσπμος. καθ' ἕκαστον γὰρ ἐκ ὀλίγοι τῆ ζηλωτῶν ἠκολέθησαν, κ καταλαβόμενοι τὴν ἐνδότερον τε νεῶ πρόβολον ὑπὲρ τὰς ἱερὰς πύλας, ὅπῃ τῆ ἁγίων μετέπωπίθησαν τὰ ὅπλα. πλήρεις μὲν οὖν ὑπαπάντων ὄντες ἐθάρρυν. κ γὰρ ἀφθονία τῆ ἱερῶν ἐγένετο πρόφασις, οἷς γε μηδὲν ἀσεβὲς ἡγεμόσιν. ὀλιγότητι γὰρ τῇ κῆ σφᾶς ὀρρωδοῦντες, ἐγκαθισάμενοι τὰ πολλὰ κῆ χώρων ἔμενον. ὁ γὰρ ἰωαννης ὅσων ἀνδρῶν ὑπερεῖχε πλήθει, τοσῶτον ἐλείπετο τῷ τόπῳ, κ κ κορυφῶν ἔχων τοὺς πολεμίους, ὑπ' ἀδείας ἐποιεῖτο τὰς προσβολάς, ὅτε δ' ὀργὴν πρέμῃ. κακόμβρος γὰρ πλέον ἢπερ ἀλκιμος τοῖς πρὸ τὸ ἐλεάζαρον, ὅμως ἀπαύῃ. συνεχεῖς γὰρ ἐπεδέομαι, κατ' ἀλλήλων κ βελῶν ἀφέσεις ἐτίνοντο, κ φόνοις ἐμιαίνετο πανταχῆ τὸ ἱερόν. ὁ γὰρ τῆ γιώρα σίμων, ὃν ἐν τ ἀμηχανίαις ὑπέλη-

ἐλπίλιπτον αὐτῷ τύραννον ἐλπίδι βοηθείας ὁ δῆμος
A προσηγάγετο, τήν τε ἄνω πόλιν ἔχων, καὶ τὸ κάτω πολὺ
μέρος, ἐρρωμενέστερον ἤδη τοῖς περὶ τὸν ἰωάννην ἐβαλλεν,
ὡς αὖ μὴ καθύπερθεν πολεμουμένοις. ἰῶ δ' ὑπὸ χεῖρα
προσιὼν αὐτὸς, ὥσπερ ἐκεῖνοι τοῖς ἄνωθεν. καὶ τῷ ἰωάν-
νῃ διχόθεν πολεμουμένῳ, σπεύδοντι βλάπτεσθαί τε, καὶ
βλάπτειν δυσκόλως. καὶ καθόσον ἀπέβαινε τῷ ἀμφὶ τὸν ἐλε-
άζαρον ὢν ταπεινότερος, τοσοῦτον ἐπολεμεῖτο ἐν ὑψη-
λῷ τῷ σίμωνος. πανταχόθεν καὶ χερεὶ μὲν τὰς κάτωθεν προσ-
βολὰς διμάχως εἶργε. τοὺς δ' ἄνωθεν ὑπὸ τῷ ἱερῷ κατα-
κοντίζοντας, ἀπὸ μηχανῶν τοῖς ὀργάνοις. ἀξυβελεῖς τε καὶ λι-
B θοβόλοις, οἷς μόνοις ἐχρῶντο τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ πολλοὺς
καὶ τῶν ἱερουργούντων ἀνῄρει. καίπερ δὲ πρὸς πᾶσαν ἀσέ-
βειαν ἐκπεπλυσμένοις, ὅμως τοὺς ξένους ἐφίλουν ἐπισκήψαν, μετὰ ὑποψιῶν μὴ καὶ φυλακῆς τοὺς ἐπιχωρίους
προσιέμενοι. τοὺς δὲ ξένους ἀδικώτερον, οἱ καίπερ
C δυσωπήσαντες αὐτῶν τὴν ὠμότητα, ὥσπερ ἀνάλωμα τῆς
σάσεως ἐγίνοντο. τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν ὀργάνων βέλη μέχρι τοῦ
θωμοῦ, καὶ τὴν νεὼ ὅλην τὴν ἔσω ἐπιφερόμενα, τοῖς τε ἱερεύ-
σι, καὶ τοῖς ἱερουργοῦσιν ἐνέπιπτε. καὶ πολλοὶ σπεύδοντες
ὑπὸ γῆς περάτων, πρὸς τὸ διώνυμον καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις
χώραν ἅγιον, πρὸ τῶν θυμάτων ἔπεσον αὐτοῖ, καὶ τὴν ἑλ-
λησι πᾶσι καὶ βαρβάροις σεβάσμιον θωμὸν, κατάσπει-
σαν ἰδίῳ φόνῳ. νεκροῖς δὲ ἐπιχωρίοις ἀλλόφυλοι, καὶ ἱε-
D ρεῦσι βέβηλοι συνεφύροντο, καὶ πανταχόθεν ἀπῶν
πτωμάτων ἐν τοῖς θείοις περιβόλοις ἐλυμαίνετο.

Κεφάλαιον ϛ.

Τί τηλικοῦτον ὠτλημονήσας πόλις πέπονθας ὑπὸ
ρωμαίων, οἵ σου τὰ ἐμφύλια μύσα περικαθαρεῦν-
τες εἰσῆλθον; θεὸν μὲν γὰρ οὔτε ἔτι χῶρος, οὔτε μένειν
ἐδύνατο, τάφος οἰκείων γυμνωθεὶς σωμάτων, καὶ πολέμου
E τε νεὼν ἐμφυλίου πλήσασα πολυανδρίου. δύναιο δ' ἂν ἴσως
πάλιν αὖ ἀμείνων, εἴγε ποτὲ τὰ παρθησάμενα θεὸν
ἐξιλάσῃ. ἀλλὰ καθεκτέον γὰρ καὶ τὰ πάθη τῷ νόμῳ τῶν
συγγραφῆς, ὡς ὁ κατολοφυρμὸς οἰκείων ὁ κηδεύς, ἀλλ'
ἀφηγήσεως πρᾶγμα τῶν. δίειμι δὴ τὰ ἑξῆς ἔργα τῆς
σάσεως. Κεφαλ. γ.

Τριχῆ τῆς ὁπλιτικῆς τῶν πόλεως διηρημένων, οἱ μὲν
περὶ τὸν ἐλεάζαρον τοῖς ἱεροῖς ἀπαρχὰς διαφυλάσ-
σοντες, καὶ τὸ ἰωάννου τὸ μέθυ ἔφερον. οἱ δὲ σὺν τούτῳ
F διαρπάζοντες τοὺς δημότας, κηλίζοντο καὶ τὸ σίμωνος. ἐν
δὲ κρείττονι τροφῇ καὶ τῷ σασιᾶ ἡ πόλις. ὁπότε μὲν ἐν
ἀμφοτέροθεν ὁπλιζοῖτο, τοὺς συνόντας ὁ ἰωάννης αὐ-
τόθεν, καὶ τοὺς μὲ ἐκ τῆς πόλεως αὐτόνας ὑπὸ τῷ τοῦν
βάλλων, τοὺς δὲ ὑπὸ τὸ ἱερὸν κατακοντίζοντας, ἠμύνετο
τοῖς ὀργάνοις. εἰ δὲ ἐλυθεραθείη ποτὲ τὸ καθύπερθεν
ὁπλιζομένων, διανέπαυε δὲ αὐτοὺς πολλάκις μέθη τε καὶ
κάμοντες, ἀδικώτερον τοῖς περὶ τὸν σίμωνα μᾶλλον
ἐπεξέθεον. ἀεὶ δὲ ἐφ' ὅσον ζέψαιτο τῆς πόλεως ὑπερπί-
G πτουσα τὰς οἰκίας αὖτε μεστὰς, καὶ παντοδαπῶν ὁπλι-
σμάτων. τὸ δὲ αὐτὸ πάλιν ὑποχωρούντων ὅλων ὁ σίμων
ἐπεξῆγεν, ὥσπερ ὁπλίτας ῥωμαίους διαφθείροντας,
παρεσκευάσατο πρὸς πολιορκίαν ἡ πόλις, καὶ τὰ νεῦρα
τῆς αὐτῆς ὑποκόπτοντες δυνάμεως. συνέβη γοῦν τὰ περὶ
τὸ ἱερὸν πάντα συμφλεγῆναι, καὶ μεσοτείχιον ἐρη-
μίας γεγενῆσθαι, καὶ ἀδρανεστέρους τινὰ πόλιν, κατασκαλεῦναι
δὲ πάλιν ὀλίγου πάντα τὸν τοῖχον, ὃς αὖ αὐτοῖς ἐπ' ὀλέ-
θρῳ διήρκεσεν ἔτι πολιορκουμένοις λιμῷ γῆν ἰάλωσαν,

inuitatũ, vltro ſibi tyrannum ſpe auxilij populus introduxerat: & ſuperiorem ciuitatem tenens, & inferioris plurimam partem, animoſiùs iam Ioannem eiúſq; ſocios adoriebatur, quaſi deſuper impugnarentur. ſubiectus autem illorum manibus erat, ſicut & illi ſuperiorum. Et Ioannem eueniebat duplex prælium perferentem, lædi pariter ac lædere: quantóq; vincebatur, eò quòd Eleazaro eſſet humilior, tanto plus lædebat, Simone celſior conſtitutus: cùm inferiores aggreſſus etiam ſola manu ſine labore prohiberet: deſuper verò ex fano iaculantes, machinis deterreret. Quippe baliſtis & non paucis lanceis vtebatur, ſaxorúmque tormentis: quibus nõ ſolùm bellantes vlciſcebatur, ſed multos etiam ſacra celebrantium perimebat. Quanquam enim ad omne impietatis genus rabidi ferebantur, tamen eos, qui ſacrificare cuperent recipiebant, cũ ſuſpicione & cuſtodibus indigenas perſcrutando. Hoſpites enim etiam, qui exoraſſent eorum crudelitatem, pòſt exituri ſubciſiua ſeditionis opera conſumebantur. Miſſilia namque machinarum vi ad aram vſque templúmque peruenientia, in ſacerdotes ſacra celebrantes cadebant: ac multi, qui properantes ab vltimis finibus terræ ad ſanctiſſimum locum veniſſent, ante ipſas hoſtias procubuerunt: arámque vniuerſis Græcis & Barbaris adorandam, ſuo ſanguine imbuêre. Indigenis autem mortuis alienigenæ, ac ſacerdotibus profani miſcebantur: pérque atria diuina, ſtagnum fecerat diuerſorũ cadauerum ſanguis. Quid tantum paſſa es, ô miſerrima ciuitas à Romanis, qui tua inteſtina ſcelera purgaturi flammis introiêre? Iam enim Dei locus non eras, neque manere poteras, domeſticorum funerum facta ſepulchrum, & quæ fanum ciuili bello tumulum conſtitueras: poteris autem denuò fieri, poteris, ſi vnquam vaſtatorem tui Deum placaueris. Sed enim reprimenda ſunt, quæ dolent, lege ſcribendi: quando non domeſtici luctus, ſed exponendarum retũ hoc tempus eſt. Proſequar autem ſeditionis facinora cætera. Ergo diuiſis trifariam inſidiatoribus Eleazarus quidem eiúſque ſocij, qui ſacras primitias conſeruabant, in Ioannem ebrij ferebantur. Qui verò huic parérent, plebem diripientes in Simonem rebellabant, cùm ipſi quoque Simoni contra diuerſæ partis ſeditioſos adiumento eſſet ciuitas. Si quando igitur ex vtráque parte appetebatur Ioannes, obuertebat ſocios ſuos: & de ciuitate quidem ſubeuntes, miſſis ex porticibus telis, de templo verò iaculantes, machinis vlciſcebatur. Quoties autem deſuper inſtantium moleſtia caruiſſet (frequenter enim ebrietate & laſſitudine ceſſabant) liberiùs in Simonem eiúſque ſocios cum pluribus irruebat. Semper autem quantum in ciuitate pepuliſſet in fugam verſos, ædes frumenti plenas omniúmque vtenſilium incendebat: idémque hoc illo regrediente, Simon inſecutus agebat: veluti conſultò pro Romanis omnia corrumperent, quæ ad obſidionem ciuitatis erant præparata, ſuarúmque virium neruos abſcinderent. Deniq; que contigit vnà exuri omnia circum templum, & inter propriàs acies ſolitudinem atque aream pugnæ fieri ciuitatem: conctemari autem paulo minus omne frumentum,

quod non paucis annis sufficere potuisset obsessis: denique fame capti sunt, qua minimè quiuissent, nisi eam sibimet comparauissent. Vndique autem insidiatoribus & confinibus oppugnantibus ciuitatem medius populus velut aliquod magnum corpus lacerabatur. Senes verò ac mulierculæ intestinis malis attonitæ, pro Romanis vota faciebant: externúmque bellum, quo domesticis malis liberarentur, expetebant. Grauis autem metus ac terror fœdissimus occupauerat: & neque consilij capiendi tempus erat, vt voluntatem mutarent, neque pactionis aut fugæ spescupientibus. Etenim custodiebantur omnia: dissidentésque latronum principes, quoscunque Rom. pacatos esse, vel transfugere ad eos velle sentirent, quasi communes hostes interficiebant: solúmque in occidendis vita dignis concordes erant. Et pugnantium quidem nocte diéq; clamor perpetuus erat: sed metu acerbiores erant lugentium questus. Et assiduas quidem lamentationis causas, calamitates præbebant: timor autem includebat vlulatus: atque obmutescente dolore præ formidine, tacito gemitu cruciabantur: neque iam, aut reuerentia viuis apud domesticos erat, neque mortuis cura sepulturæ adhibebatur. Quorum amborum hæc causa erat, quòd de se quisque desperabat. In omni enim re animos remiserant, qui cum seditiosis non erant, quasi cõtinuò modis omnibus morituri. At verò seditiosi congesta in tumulum cadauera conculcantes dimicabant: & ex mortuis haurientes audaciam, quos sub pedibus cernerent, immaniùs sæuiebant: sẽpérque aliquid in se pernicioſum excogitantes, & quod visum fuisset sine miseratione facientes, nullã cædis aut crudelitatis viam prætermisêre: adeò vt etiã sacris materiis ad bellica conficienda instrumenta Ioannes abuteretur. Nam cùm olim fulcire templum populo itémq; pontificibus placuisset, idque xx. cubitis altius ædificare, rex quidem Agrippa ex monte Libano aptas ei materias maximis sumptibus & labore deuexit: hoc est, ligna & magnitudine simul & directa proceritate spectabilia. Interuentu autem belli opere interrupto, Ioannes his sectis, quòd sufficere longitudinem reperit, turres ædificauit: & aduersus eos constituit, qui desuper à templo pugnarent, post muri ambitum contra exhedram Occidentalẽ admotas, quà solùm poterant, quòd aliæ partes gradibus ex longinquo fuerunt occupatæ. Et ille quidem fabricatis ex impietate machinis subactum iri sperauit hostes. Deus verò laborem eius inutilem demonstrauit, & priusquam in his quicquam poneret Roman. adduxit. Etenim Titus, postquam partem ad se collegit exercitus, aliis verò vt ad Hierosolymam occurrentes scripsit, Cæsaream profectus est. Erant autem tres legiones, quæ pridem sub eius parte Iudæam vastauerant, & duodecima, quæ olim cum Cestio malè pugnauerat, quæque licet per id fortitudine esset insignis, tunc tamen eorum etiam memoria quæ pertulerat, alacrius ad vindictam properabat. Harum quidem quintam legionem iussit sibi per Ammaunta occurrere, decimam verò ascendere per Hierichunta. Ipse quidem cum cæteris egressus est, quas regum quoque auxilia

ὅπερ ἤκιστα δυνατὸν ἦν, εἰ μὴ τοῦτον ἑαυτοῖς ἐπεπορίσαντο.

Κεφάλαιον δ.

Πανταχόθεν ἦν τὸ πόλεως πολεμουμένης ὑπὸ τῶν ἐκβεβλων, καὶ συγκλύδων, μέσος ὁ δῆμος ὥσπερ μέγα σῶμα διεσπαράσσετο. γηραιοὶ μὲν καὶ γυναῖκες ὑπὲρ ἀμηχανίας τῶν εἴσω κακῶν ἤυχοντο ῥωμαίοις, καὶ τὸν ἔξωθεν πόλεμον, ἐπ' ἐλευθερίᾳ τῶν εἴσω κακῶν ἐπαρᾶσθαι. κατάπληξις δὲ δεινὴ, καὶ δέος ἦν τοῖς γνησίοις, καὶ ὅτε βιαίως καιρὸς εἰς μεταβολὴν, ὅτε συμβάσεως ἐλπὶς, ὅτε φυγῆς τοῖς ἐθέλουσιν. ἐφυλάττετο καὶ πάντα, καὶ τὰ λοιπὰ σασιάζοντες ἀρχιλῃσαὶ, τοῖς εἰρηνικὰ ῥωμαίοις φρονοῦσιν ἢ θεὸς αὐτομολίαν ὑποπτεύων, ὡς κοινὸς πολεμίους αἴρων, καὶ μόνον ὠμότητι τὸ φονεύειν τοὺς σωτηρίας ἀξίους. καὶ τῷ μὲ μαχομένῳ, ἀδελφὸς ἦν κερδαλέος, μεθ' ἡμέραν τε καὶ νύκτωρ. δεινότερον δὲ οἱ τῶν πεπτωκότων ὀδυρμοὶ ἀεί. καὶ θρηνῶν μὲ αἰτίας ἐπαλλήλους αἱ συμφοραὶ παρεσκεύαζον, τοὺς δὲ οἰμωγὰς ἐνέκλειεν ἡ κατάπληξις αὐτῶν. φιμούμενοι δὲ, τὰ γε πάθη τῷ φόβῳ μεμυκόσι τοῖς στεναγμοῖς ἐβασανίζον. καὶ ὅτε θεὸς τοὺς ζῶντας ἐᾷ ἀδῶς ἐπὶ τοῖς παροικήσασι, ὅτε θεῖον τῶν ἀπολωλότων ταφῆς. ἄτιμον δὲ ἀμφοτέρων, ἡ καθ' ἑαυτὸν ἀπόγνωσις ἐκάστῳ. παρεῖθησαν γὰρ εἰς πάντα τὰς παρανομίας οἱ σασιάζοντες, ὡς ἀπολλύμενοι πάντως ὅσον οὐδέπω. πατοῦντες δὲ τοὺς νεκροὺς ἐπ' ἀλλήλοις στασιαρχοῦμενοι, οἱ σασιασταὶ συνεπλέκοντο, καὶ τὴν ἀπόνοιαν τῶν ἐν ποσὶ παρομάτων ἀπαντες, ἦσαν ἀγριώτεροι. παροξυνόμενοι δὲ ἀεί τι κατ' αὐτῶν ὀλέθριον, καὶ πᾶν τὸ δεχθὲν ἀφειδῶς δρῶντες, ἐδήμιαν ὅτε αἰτίας ὁδὸν, ὅτε ὠμότητος παρέλιπον.

Κεφάλαιον ε.

Ἀμέλει Ἰωάννης τὴν ἱερὰν ὕλλην εἰς πολεμικὴν κατασκευὴν ὀργάνων ἀπεχρήσατο. δόξαν γάρ ποτε τῷ λαῷ, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ὑπὸς πεῖσαι τὸν ναὸν εἴκοσι πήχεις παρασυψῶσαι, καταγῆ μὲν ἀπὸ τῆς λιβάνου μεγίστοις ἀναλώμασι καὶ πόνοις τὴν χρήσιμον ὕλλην ὁ βασιλεὺς ἀγείσπας, ξύλα θέας ἄξια τήν τε διάθεσιν καὶ τὸ μέγεθος. μεσολαβήσαντος δὲ τοῦ πολέμου τὸ ἔργον, ὁ Ἰωάννης τειμῶν αὐτὰ, πύργοις κατεσκεύαζεν, ἐξαρκοῦν τὸ μῆκος δόρων, παρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ καθύπερθεν ἱερᾶ μαχομένους, ἵστησί τε παρασαγὼν κατόπιν τῆς παρεμβολῆς, πρὸς δύσιν ἐξέδρας ἀπόκρυς, ἢπερ καὶ μόνη δυνατὸν ἦν, τῶν ἄλλων μερῶν βαθμοῖς πόρρωθεν διειλημμένων. καὶ ὁ μὲν τοῖς κατασκευασθεῖσιν ἐξ ἀσεβείας ὀργάνοις, κρατῆσειν ἤλπισε τῶν ἐχθρῶν. ὁ δὲ θεὸς, ἄλυσιτον αὐτῷ τὸν πόνον ἀπέδειξε, πρὶν διαπῆσαι τινὰ τῶν πύργων, ῥωμαίους ἐπαγαγών.

Κεφάλαιον ς.

Ὁ γὰρ δὴ τῖτος, ἐπειδὴ τὰ μὲν συμπαγῆ τῆς δυνάμεως πρὸς αὐτὸν, τοῖς δὲ ὅπλ ἱεροσολύμων συναντᾶν ἐπέστειλεν, ἐξήλαυνε τῆς καισαρείας. διὰ δὲ τείας μὲν τὰ πρότερον αὖτις τὰ συνδηώσαντα τὴν ἰουδαίαν τάγματα, καὶ τὸ πάλαι συν νεστῖφ πᾶσαν δωδέκατον, ὅπερ καὶ ἄλλως ὄπισθεν δὲ αὐδεία ὑπῆρχον, τότε κατὰ τὴν μνήμην ὧν ἔπαθεν εἰς ἄμμαυν ἦει προθυμότερον. τούτων μὲν οὖν τὸ πέμπτον δὲ ἀμμαοῖς ἐπέλυσεν αὐτῷ συναντᾶν, καὶ δὴ ἱερεχοῦντος τὸ δέκατον ἀναβαίνειν. αὐτὸς δὲ αἰζδῦξι μετὰ τῶν λοιπῶν, πρὸς οἷς αὐτὸς τῶν βασιλέων συμμαχίαν

πᾶσαν

πᾶσαν πλείονς, καὶ συχνοὶ τῶν ἀπὸ τῆς συρίας ἐπίκουροι A
συνῆλθον. αὐτοκράτωρ δὲ καὶ τὰ τεσσάρων τάγματων,
ὅσον ἐστρατεύσατο, μεγίστα ἀφ' ἑαυτοῦ συνέπεμψεν εἰς
ἰταλίαν, σὺν τοῖς ἐπελθοῦσιν μετὰ τίτου. διχίλιοι μὲν γὰρ
αὐτῷ τῶν ἀπ' ἀλεξανδρείας στρατευμάτων ἐπίλεκτοι,
τρισχίλιοι δὲ συνείποντο τῶν ἀπ' εὐφράτου φυλάκων.
φίλων δὲ δοκιμώτατος σύνοιά τε καὶ συνέσιν, τιβέ-
ριος ἀλέξανδρος πρότερον μὲν αὐτὸς τὸν αἴγυπτον
διέπων, τότε δὲ τῶν στρατευμάτων ἄρχων, κρινθεὶς
ἄξιος ἐξ ὧν ἐδείξατο πρῶτος ἐγειρομένῳ ἀρτι B
τὸν ἡγεμονίαν, καὶ μετὰ πίστεως λαμπρᾶς ἐξ ἀδήλου
τῇ τύχῃ συνέθετο, σύμβουλός γε μὴν τοῖς τὰ πολέμου
χρείας, ἡλικίᾳ τε προὔχων, καὶ κατ' ἐμπειρίαν εἶπε-
το. προσιόντι δὲ εἰς τὸν πολεμίαν πύργῳ, προῆγον μὲ
οἱ βασιλικοὶ, καὶ πᾶν τὸ συμμαχικὸν, ἐφ' οἷς ὁδοποιοὶ,
καὶ μετρηταὶ στρατοπέδων, ἔπεσται τὰ τῶν ἡγεμό-
νων σκευοφόρα, καὶ μετὰ τοὺς τούτων ὁπλίτας αὐτὸς, C
τοίς τε ἄλλοις ἐπιλέκτοις καὶ τοῖς λογχοφόροις ἔχων,
κατόπιν αὐτῷ τὰ τάγματος ἱππικόν. ἕστοι δὲ πρὸ τῶν μη-
χανημάτων, καὶ ἐπ' ἐκείνοις, μετ' ἐπιλέκτων χιλίαρ-
χοι, καὶ ἀπείρων ἔπαρχοι. μετὰ δὲ τούτους, περὶ τὸν ἀετὸν αἱ
σημαίαι, καὶ ἔμπροσθεν οἱ σαλπιγκταὶ τῶν σημαιῶν.
ἔπειτα δὲ τούτους, ἡ φάλαγξ τὸ σῖφος εἰς ἓξ πλατυνάσα.
τὸ δὲ οἰκετικὸν ἐκάστε τάγματος ὄπισθεν, καὶ πρὸ τούτων
τὰ σκευοφόρα. τελευταῖοι δὲ πάντων οἱ μίσθιοι. καὶ τούτων D
φύλακες οἱ ἐραστοί. προάγων δὲ τὴν δύναμιν ἐν κόσμῳ
καθὰ ῥωμαίοις συνήθες, ἐμβάλλει δι' σαμαρείπ-
δος εἰς ἰουδαίαν, κατειλημμένην τε πρότερον ὑπὸ τῶν
πατρὸς, καὶ τότε φρουρουμένην. ἔνθα μίαν ἡμέραν αὐλι-
σάμενος, ὑπὸ τὴν ἕω προῆσι, καὶ διανύσας ἡμέρας
σταθμὸν στρατοπεδεύεται καὶ τὴν ὑπὸ ἰουδαίων πατρίως
ἀκανθῶν αὐλῶνα καλούμενον, πρὸς τινι κώμῃ γαβαθ-
σαὺλ καλουμένῃ. σημαίνει δὲ τοῦτο λόφον σαοὺλ, διέ-
χοντα ἀπὸ τῆ ἱεροσολύμων, ὅσον ἀπὸ σταδίων ἑξήκοντα. E

Κεφάλαιον ζ.

ΑΝαλαβὼν τε ἐντεῦθεν ὅσον εἰς ἑξακοσίους τοὺς
ἐπιλέκτων ἱππέων, ἧκεν τὴν τε πόλιν προσκοπού-
μενος ὅπως ὀχυρότητος ἔχοι, καὶ τὰ φρονήματα τῶν ἰου-
δαίων, εἰ πρὸς τὸν ὅπλων αὐτῷ ῥᾳδίως εἰς χεῖρας ἐλθεῖν,
ὑποδείσαντες ἐνδοῖεν. πέπεισο γὰρ, ὅπερ καὶ ἀληθὲς, F
τοῖς στασιώδεσι καὶ ληστρικοῖς τὸν δῆμον ὑπερπηχότα πο-
θεῖν μὲν εἰρήνην, ἀσθενέστερον δ' ὄντα τῆς ἐπανάστασεως
ἡρεμεῖν. ἕως μὲν οὖν ὄρθιον ἱππάζετο τὸν λευκοφόρον
καταστείνουσαν πρὸς τὸ τεῖχος, ὑδεὶς προσυφαίνετο τοῖς
πύργων. ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς ὁδοῦ πρὸς τὸν ψήφινον πύργον
ἀποκλίνας, πλάγιον ἦγε τὸ τῶν ἱππέων στῖφος, προ-
πηδήσαντες ἐξαίφνης ἀπειροι, κατὰ τοὺς γυναικείους
καλουμένους πύργους, διὰ τῆς ἀντικρὺ τῆς ἑλένης μνη- G
μείων πύλης, διεκπαίουσι τῆς ἵππου, καὶ τοὺς μὲν ἔτι
κατὰ τὸν ὁδὸν θέοντας, ἀτιμήτοποι στάντες ἐκώ-
λυσαν συνάψαι τοῖς ἐγκλίνασι. τὸν δὲ πίτον ἀποτέ-
μνονται σὺν ὀλίγοις. τῷ δὲ, πρόσω μὲν ὧν χωρεῖν
ἀδύνατον, ἐκτετάρθυτο γὰρ ὑπὸ τὸν τείχους πρὸ
τὰς κηπείας ἅπαντα, κήποις τε δικαρσίοις, καὶ
πολλοῖς ἕρκεσι διειλημμένα. τῶν δὲ πρὸς τὰς σφετέρας ἀναδρομὰς, πλῆθει τῶν ἐν μέσῳ πολεμίων ἀμήχα-
νον ἐώρα· οἱ δὲ καὶ τῶν λεωφόρον, ὧν οἱ πολλοὶ μηδὲ γινώσκοντες τὸν τῆς βασιλέως κίνδυνον, ἀλλ' οἰόμενοι

plura quàm dudum, multíque Syri auxiliares comitabantur. Supplerum est autem quatuor legionum quantum Vespasianus selectum cum Mutiano miserat in Italiam, ex his qui cum Tito accesserant. duo namque millia de Alexandrino exercitu lecta, tria millia verò ab Euphrate cum sequebantur, & amicorum spectatissimus benevolentia simúlque prudentia, Tiberius Alexander, qui antea quidem Ægyptum administrauerat, tunc autem dignus qui B exercitum regeret propterea iudicatus, quòd primus incipienti fuit hospes imperio, & cum fide clarissima incertæ fortunæ sociatus est: idémque consultor in vsus bellicos ætate ac peritia præcipuus aderat.

Cap. II. Titus explorator Hierosolymæ periclitatur.

PRogredientem verò in hostilem terram Titum, antecedebant regia omniáque auxilia, post eos viarum stratores, castrorúmque metatores. Deinde, rectorum sarcinæ atque armati. Post hos ipse Titus, & C alios lectos habens & signiferos, quorum agmen equites sequebantur. Hi verò ante machinas ibant, & secundùm illos vnà cum lectis tribuni, & præfecti cum cohortibus. Post autem circum Aquilam signa, & ante signa tubicines, deinde acies senûm virorum ordinibus dilatata. Seruile autem vulgus à tergo cuiusque legionis, & ante hos sarcinæ. Omnium verò nouissimi mercenarij, eorúmque custodes coactores agminis. Procedens autem decenter cum exercitu, ita vt mos est Romanis, in Gophnam per Samaritidem venit, quæ & priùs ab eius patre fuerat occupata, & tunc præsidiis tenebatur. Ibi autem vnam moratus vesperam, mane inde proficiscitur: peractáque diei mansione, castra ponit in loco quem Iudæi sermone patrio Acanthonaula vocitant, iuxta vicum quendam Gabath Saul nomine, quod significat vallem Saul, distantem ab Hierosolymis stadiis ferè xxx. Hinc sexcentis propè lectis equitibus comitatus, perrexit in ciuitatem, quàm tuta esset, Iudæorúmque animos exploraturus, si forte se conspecto, priusquam ad manus veniretur, metu cederent. audierat enim quod erat verum à seditiosis & latronibus oppressum populum desiderare quidem pacem: sed quòd rebellantibus infirmior esset, nihil conari. Quamdiu quidem per viam quæ ad murum duceret equitabat, nemo ante portas apparuit: vbi verò itinere ad turrim Psephinon declinato, transuersum agmen equitum duxit, infiniti subitò prosiliunt, quà Muliebres turres vocantur: & per eam quæ contra monumentum Helenæ porta est egressi, equitatum intercidunt. atque alios quidem etiam tunc via currentes, ne cum his qui diuertebant sese iungerent, à fronte oppositi, prohibuerunt. Titum verò cum paucis separant. Ille autem vltrà quidem minus progredi poterat: à muro enim cuncta fossis patebant: & transuersi erant horti, multísque maceriis impediti. ad suos autem in aggere constitutos recursus, intercedente hostili manu, desperabatur. Quorum plerique imperatoris periculum nesciebant: sed existimantes

eum ſecum reuerti, etiam ipſum fugiebant. Titus autem in ſua tantùm fortitudine ſitam eſſe proſpiciens ſpem ſalutis, flectit equum : & vt ſe ſequerentur cum clamore comites adhortatus, in medios hoſtes irruit, vi ad ſuos tranſire feſtinans. Quo quidem tempore maximè intelligi potuit, & belli momenta & imperatorum pericula Deum curare. Tot enim aduerſus Titum miſſilibus iactis, cùm neque galea, neque thorace ſeptus eſſet (non bellator enim ſed explorator, vt dixi, proceſſerat) nullum in eius corpus delatum eſt : ſed tanquam ne eum ferirent, ex induſtria mitterentur, omnia præteruolabant. gladio verò ſemper à lateribus inſtantes dirimens, multósque ante ora ſubuertens, ſuper cadentes agebat equum. Illorum autem clamor erat, propter audaciam Cæſaris, vt eum aggrederentur, cohortatio : fugáque & diſceſſio repentina, quocunque diuerteret curſum. Huic autem ſe periculi participes, cùm à tergo & à lateribus funderentur, adiunxerant. vna enim erat vnicuique ſpes ſalutis, viam cum Tito pateface re, priuſquàm circumuentus opprimeretur. Denique duorum ex nimis pertinacibus, alter cum equo percuſſus eſt : altero verò deiecto & occiſo, equus eius abductus eſt. Titus verò cum cæteris in caſtra ſaluus euadit. Iudæis quidem, quòd aggreſſione prima ſuperiores fuerant, inconſulta ipſos animos extulit, magnámque his in poſterum fiduciam momentum temporaneum comparauit.

συναναστραφῆναι κἀκεῖνον αὐτόφωρον. ὁ δ', καπνοῦ ὄντος ἐν μόνῃ τῇ καθ' αὑτὸν ἀλλήλῃ κεῖται τὸ σώζεσθαι, τόν τε ἵππον ὑπεστρέφει, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἐμβοήσας ἔπεσθαι, μέσους ἐμπεσὼν τοῖς πολεμίοις, διεκπαῖσαι ποιεῖ τοὺς σφετέρους διαζόμενος. ἔνθα δή μάλιστα παρέστη μοι νοεῖν, ὅτι καὶ πολέμων ῥοπαὶ καὶ βασιλέων κίνδυνοι μέλονται παρὰ θεοῦ. τοσοῦτον γὰρ ὅπλων ἀφιεμένων βελῶν, μήτε κράνος ἔχοντα, μήτε θώρακα (περιῆλθε γὰρ ὡς ἔφην οὐ πολεμησὼν, ἀλλὰ κατάσκοπος) ὑπὲρ ἥψατο τοῦ σώματος. κενὰ δ' ὥσπερ ὑπὸ τινὸς ἀοράτων παρερρύζαν πάντα. τῷ δ' ἕπεσθαι τοὺς καὶ πλαγίους ἀεὶ διαφεύγειν, καὶ πολλοὺς τῷ ἀπροσδοκήτων ἀναζέπων, ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς ἐναντιωμένους τὸν ἵππον. τὸ δ' κραυγήτε καὶ πρὸς τὸ φοβῆσαι τὸ καίσαρος, καὶ φθονεκέλευσις ὁρμᾶν ἐπ' αὐτόν. φυγὴ δ' καὶ διαχωρισμὸς ἄθεσις, καθ' οὓς ἐναντιώνων γένοιτο. συνῆπτοντο δ' οἱ τὸν κινδύνου μετέχοντες καὶ νικᾶν, καὶ κατὰ πλευρὰ νυσσόμενοι. μία γὰρ ἐλπὶς τῆς σωτηρίας ἑκάστῳ, τὸ συνεξανοίγειν τῷ τίτῳ μὴ φθάσαντι κυκλωθῆναι. δύο γὰρ τῶν ἑτέρων, τὸν μὲν, συν τῷ ἵππῳ περιέχοντες κατηκόντισαν, θάτερον δὲ καταπηδήσαντα διαφθείραντες, τὸν ἵππον ἀπήγαγον. μετὰ δὲ τὸν λοιπῶν πίτος ὅπη τὸ στρατόπεδον διασώζει. τοῖς μὲν ἐν Ἰουδαίοις πλεονεκτήσασι καὶ τὴν ὡρώτην ὑπόθεσιν, ἐπήγειρε τὰς διανοίας ἄσκεπτος ἐλπὶς, καὶ πολὺ θάρσος αὐτοῖς εἰς τὸ μέλλον, περισσαίους ῥοπὴ περιῆκεν.

Cap. III. De eruptionibus Iudæorum contra Romanos ca ſtrametãtes.

CÆſar autem poſtquam ex Ammaunte legio ſibi coniuncta eſt nocte, luce inde digreſſus ad Scopon accedit, vnde iam & ciuitas & clara templi magnitudo conſpici poterat : qua parte Septentrionalem regionem ciuitatis contingens locus humilior, propriè Scopos nominatus eſt, diſtans à ciuitate ſtadiis VII. ibíque duabus legionibus ſimul, quintæ legioni verò retrorſum ſtadiis tribus caſtra muniri iubet. labore namque nocturni itineris attritos milites progredi viſum eſt, vt ſine formidine murum ſtruerent. Mox autem cœpto ædificio, decima quoque legio per Hierichunta aderat à Veſpaſiano præoccupatam : vbi quædam pars armatorum in præſidio fuerat collocata. His autem præceptum erat ſexto ab Hieroſolymis ſtadio caſtra ponere, qua in parte mons, qui appellatur Elæon, contra ciuitatem ab Oriente ſitus eſt, altáque interiacente valle diſcernitur, cui nomen eſt Cedron. Intra ciuitatem verò ſine requie confligentium diſſenſionem, tum primùm ingens ſubitò bellum foris interueniens refrenauit : & cum ſtupore ſeditioſi Romanorum caſtra inſpectantes, trifariam diſtributa mala, inter ſe inière concordiam : rationémque inuicem requirebant, quidnam expectarent, quidve perpeſſi, tres muros contra vitam ſuam paterentur opponi : bellóque tanta ſe fundente licentia, tanquam ſpectatores bonorum operum ſibíque vtilium reſiderẽt mœnibus clauſis, remiſſísque armis ac manibus. In noſmet ipſos profectò, exclamat aliquis, tantummodo fortes ſumus. Romanorũ autem lucro ex noſtra ſeditione ſine ſanguine oppidũ cedet. His alios atque alios congregantes exhortabãtur : raptísq;

Κεφάλαιον ν.

Καῖσαρ δ' ὡς αὐτῷ συνέμιξε δι' ἀπὸ νυκτὸς τὸ ἀπὸ τῆς Ἀμμαοῦς τάγμα μεθ' ἡμέραν ἐκεῖθεν ἄρας, ὅπῃ τὸ σκοπὸν καλούμενον περίοισιν. ἔνθεν ἥ, τε πόλις ἤδη καταφαίνετο, καὶ τὸ τοῦ ναοῦ μέγεθος ἔκλαμπρον, καθ' ὃ μὲν βορείῳ κλίματι τῆς πόλεως χθαμαλὸς συνάπτων ὁ χῶρος, ἐτύμως σκοπὸς ὠνόμασται. τὸ δὲ πόλεως κατὰ δύσιν ἐπὶ διέχων, ἐκέλευσε περιβάλλεσθαι στρατόπεδον τοῖς δυσὶ τάγμασιν ὁμοῦ. τὸ δὲ πέμπτον, ὀπίσω τούτων ἵστασθαι σταδίοις. κόπῳ γὰρ τῆς διὰ νυκτὸς πορείας τετειμένους, ἐδόκει σκέπης ἀξίους εἶναι, ὡς ἂν ἀδεέστερον τὸ χάραγμα καταρχομένων δὲ αὐτοῖς τῆς δομήσεως, καὶ τὸ δέκατον τάγμα διὰ ἱερειχοῦντος ἤδη παρῆν, ἔνθα καθῆσαν τὴν ὁπλιτικὴν μοῖραν φερυρῶσαι τὸ ἐμβολῆ, ὑπὸ βεσπασιανοῦ περικατειλημμένην. περιεστήκασι δὲ αὐτοῖς ἐξ ἀπέχοντας τῆς ἱεροσολύμων σταδίους, στρατοπεδευσάσθαι κατὰ τὸ ἐλαιῶν καλούμενον ὄρος, ὃ τῇ πόλει πρὸς ἀνατολὰς αὐτήκει, μέσῃ φάραγγι βαθείᾳ διειργόμενον, ἣ κεδρὼν ὀνόμασται.

Κεφάλαιον ϑ.

Τῶν δὲ ἀεὶ ἄσυ συρρηγνυμένων ἀδιαλείπτως, τὸν πρῶτον ἀνέπαυσε τὸ ἐπ' ἀλλήλοις ἔριν ὁ ἔξωθεν πόλεμος. ἐξαίφνης πολὺς ἐπελθὼν, καὶ μετ' ὀπλίτων οἱ στασιασταὶ τοὺς ῥωμαίους ἀφορῶντες, στρατοπεδευομένους ἔριχῃ, καὶ τῆς ὁμονοίας κατήρχοντο, καὶ λόγον ἀλλήλοις ἐδίδοσαν, τί μαίνοιεν ἢ τί παθόντες ἀπέχοιντο ξίφη τῶν αἱματηρῶν αὐτῶν ὑπερασπίσματα τείχη, καὶ τὸν πολέμιον μετ' ἀδείας ἀπολίζοντος ἑαυτὸν, οἱ δ' ὥσπερ θεαταὶ καλῶν καὶ συμφόρων ἔργων καθέζοιντο τῇ χειρὶ καὶ τὰς παροπλίας παρέντες. καθ' αὑτοὺς ἄρα γυναῖοι μόνον ἡμεῖς ἐγενόμεθα. ῥωμαῖοι δὲ ὄν τῶν ἡμετέρων φάσεως κερδήσουσιν αἱμωμοῦ τὴν πόλιν. τούτους ἀθεμίζοντες ἀλλήλους παρεκέλευον, καὶ τὰς παροπλίας

πλίας

πλίας ἁρπάσαντες, ἀφνιδίως ἐπεκθέοντι τῷ λοιπῷ A
τάγματι, καὶ δὴ τὸ φάραγγος αἴξαντες μὴ κραυγῆς
ἧσσον, τειχίζομένοις ἐπεπίπτουσι τοῖς πολεμίοις. οἱ
δὲ πρὸς τὸ ἔργον διηρημένοι, καὶ δὴ τοῦτο τὰ πολλὰ
τεθεικότες τῶν ὅπλων (ἅτε γὰρ θαρσοῦντες τοὺς Ἰουδαίους
ἐπιδρομὴν ὑπελάμβανον, καὶ προθυμουμένων ἧττον ἀ-
θήσεσθαι τὰς ὁρμὰς τῇ σάσει) σωματοφάχθησαν ἀ-
δοκήτως, καὶ τῷ ἔργων ἀφέμενοι πινὲς μὴ ἀνεχώρησαν
ἀθρόως, πολλοὶ ἢ δὴ τὰ ὅπλα θέοντες πρὶν ὅλης ἐφ- B
ἁψῶσι πρὸς τοὺς ἐχθροὺς, ἐφορμοῦντο παιόμενοι. προ-
σῄνοντο ἢ τοῖς Ἰουδαίοις ἀεὶ πλείους, ὅτι τῷ κρατεῖν
τοὺς πρώτους τεθαῤῥηκότες, καὶ τῷ ὄντων πολλαπλα-
σίους ἐδόκουν σφίσι τε καὶ τοῖς πολεμίοις, διξιᾷ τῇ τύ-
χῃ χρώμενοι. μάλιστα ἢ τοὺς ἐν ἐθνῇ συντάξεως ὄντας,
καὶ μὴ κόσμῳ καὶ συντάγμασι πολεμεῖν εἰδότας,
ἀτάξια φθάσασα θορυβεῖ. διὸ καὶ τότε προληφθέντες
οἱ ῥωμαῖοι τὴν ἐμβολὴν εἶχον. καὶ ὁπότε μὴ ὅλης ἐφεῖεν C
οἱ καταλαμβανόμενοι, τε ἐρομοῦσι τοὺς Ἰουδαίους ἐπεῖχον,
καὶ δὴ τὴν ὁρμὴν ἧττον φυλαττόμενοι, ἐπέτρωσκον. ἀεὶ ἢ
πληθυούσης τῆς ἐπιδρομῆς, μᾶλλον ταρασσόμενοι τελευ-
ταῖον ἀπὸ τῆς στρατοπέδου φέρονται. καὶ δοκεῖ τότε κιν-
δυνεῦσαι τὸ τάγμα πᾶν, εἰ μὴ πόθεν ἀγγελθέντος αὐτῷ
δὴ τάχους ἐπεβοήθησε καὶ πολλὰ ὀνειδίσας εἰς ἀναν-
δρίαν, ὅπισθεν μὲν τοὺς φεύγοντας, αὐτὸς ἢ πλαγίοις
τοῖς Ἰουδαίοις προσπεσὼν, μεθ' ὧν ἦκεν ἐπιλέκτων, συ- D
χνοὺς μὲν ἀναιρεῖ, πλείους ἢ τρέπεται ἢ πάντας,
καὶ πεισθεῖς καὶ φάραγγος. οἱ ἢ ἐν τῷ κατάντει πολλὰ
κακωθέντες, ὡς διέπεσον, αὐτόκρημνος ὅπισθεν φερόμενοι, καὶ
μέσῳ ἔχοντες τὸ χαράδραν, τοῖς ῥωμαίοις διεμά-
χοντο. μέχρι μὲν δὴ μέσης ἡμέρας, ἔτος ἐπολέμουν.
ὀλίγον δὲ ὑπὸ μεσημβρίας ἐκκλίνοντος ἤδη, πῶς τοὺς
μεθ' ἑαυτοῦ προσβοηθήσαντας, καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν ἀκρω-
τῶν τοῖς ἐπιφέρουσιν αὐτῶν ἀτάξας, τὸ λοιπὸν τάγμα πρὸς
τὸν τειχισμὸν ἀνέπεμψεν εἰς ἀκρόρειαν. E

armis, subitò in legionem decimam ruunt: péque vallem facto impetu, cum ingenti clamore murum ædificantes Romanos aggrediuntur. Illi autem in opere distributi, armis ob eam causam plerique depositis (nec enim excursum Iudæos autumos esse credebant, & si maximè vellent, animos eorum seditione distractum iri arbitrabantur) præter opinionem perturbati sunt: atque opere quisque derelicto confestim alij recessêre: multi autem ad arma properantes, priusquam se in hostes conuerterent, feriebantur. Plures autem Iudæis semper adiiciebantur, eorum freti victoria qui præcesserant, & quòd cùm pauci essent, multiplex numerus & sibi & hostibus videbantur, quòd secunda fortunâ vterentur. Romani autem maximè ordinari consueti, & cum decore atque præceptis bellum gerere scientes, ex perturbatione trepidabant. vnde tunc quoque præuenti aggressione cedebant. Si quando tamen sese conuerterent ab insequentibus occupati, & à cursu reprimebant Iudæos, & ob impetum minus cautos feriebant. Semper verò excursione glisscente magis magísque turbati, postremò castris pulsi sunt: totáque legio tunc in periculum ventura fuisse videbatur, nisi hoc maturè sibi nunciato, Titus eis tulisset auxilium: multísque increpans ignauiam, & suos à fuga reuocasset: Iudæísque à latere ipse cum his irruens, quos circa se habebat electos, multos quidem occidisset, plures verò sauciasset, omnes autem in fugam vertisset, atque in vallem præcipites compulisset. Illi autem prono in loco multa mala perpessi, postquam in aduersam partem euasêre, flectunt se iterum, & valle intercedente cum Romanis dimicabant. Igitur ad medium diem ita bellatum est. Paulò autē post meridiem, Titus his qui secum erant in subsidio collocatis, alísque de cohortibus aduersus excurrentes oppositis, reliquum agmen ad murum in summo montis ædificandum remisit. Iudæis autem hæc fuga esse videbatur. Cúmque speculator quem in muro posuerant, amictu agitato signum dedisset, frequentissima multitudo tanto impetu prosiliit, vt eorum cursus immanissimis bestiis esset assimilis. Denique aduersa acie stantium nemo impetum sustinuit: sed tanquam machina percussi, continuò dissipati, pulsíque in montem refugiunt. In ascensu autem medio Titus cum paucis relictus est: multúmque monentibus amicis, qui pro imperatoris reuerentia contempto periculo perdurauerant, vt mortem appetentibus Iudæis cederet, neque pro his in discrimen veniret, quos ante ipsum saluos esse non oporteret: sed potius fortunam suam reputaret, quòd non militis officio fungeretur, verùm & belli & orbis dominus esset & neue in tanta fuga subsisteret, in quo omnia niterentur: hæc ne audire quidem simulans, & ad se accurrentibus obstabat: eósque in ora feriens, cùm vi obtinerentur, occidebat, & per decliue repente incumbens, multitudinem proturbabat. Illi autem & viribus eius & obstinatione pertetriti ne tum quidem in ciuitatem fugêre: sed in vtrunque latus ab eo declinantes, rursum fugientes insequebantur. quos tamē aggressus à latere,

Κεφάλαιον ι.

Ἰουδαίοις ἢ τοῦτο ἐδόκει φυγὴ, καὶ σκοποῦ κατασεί-
σαντος θοιμάτιον, ὃς αὐτοῖς ὅπι τὸ τείχος καθῆσο,
προπυθῶσι πλῆθος ἀκραφνέσεσιν μὴ τοσαύτης ὁρ-
μῆς, ὡς τὸν δρόμον αὐτῷ τοῖς ἀχριωτάτοις εἰκάζειν
θηρίοις. ἀμέλει τῷ προσπαγέντων, ὑδεὶς ἔμεινε τὴν
ἐμβολὴν, ἀλλ' ὥσπερ ὑπ' ὀργάνου παιόμενοι, διέῤῥηξαν
τὴν τάξιν, καὶ πρὸς τὸ ὄρος ἑαυτοὺς ἀνέφυγον. λεί- F
πεται ἢ ἐν μέσῳ τῷ προσάντει πῶς μετ' ὀλίγων, καὶ
πολλὰ τῶν φίλων προτρεπόντων, ὅσοι δι' ἀγνοῶν πρὸς τὴ
ἡγεμόνα τὸν κινδυνεύειν καταφρονήσαντες, ἔστησαν, εἶξαι
θανατῶσιν Ἰουδαίοις, καὶ μὴ προκινδυνεύειν τούτων ἕνεκα
ἐκείνῳ πρὸ αὐτοῦ μάχεσθαι, λαμβάνειν ἢ ἔννοιαν τὸ καθ'
αὐτὸν τύχης, καὶ μὴ στρατιώτην ἀποπλεονάζοντα καὶ
τῷ πολέμῳ καὶ τῇ οἰκουμένῃ δεσπότην, ὀξείαν ἔτσι ὑ-
φίστασθαι τεκμηρίῳ, ἐν ᾧ σαλεύει τὰ πάντα, τύπτων ἀδὲ
ἀκούειν ἔδοξε. τοῖς ἢ κατ' αὐτὸν ἀναζέχεσιν, ἀϊδίσας), G
καὶ κατὰ στόμα παίων βιαζομένους ἀπῆρει, κατάπερ τῷ
πανοῦς ἀθέοις ἐμπίπτων, ἀνεώθει τὸ πλῆθος. οἱ δὲ
πρός τε τὸ ῥᾴσημα, καὶ τῇ ἰσχυῇ καταπλαγέντες, ὑ-
δὲ ἕτσι μὲν ἀνέφυγον εἰς τὴν πόλιν, καθ' ἑκάτερον
ἢ ἐγκλίνοντες ἀπ' αὐτοῦ τοῖς ἀνωτέρω φεύγουσι προσέ-
κειντο. καὶ τούτοις ἢ κατὰ πλευρὰν προσβάλλων,

ipſorum quoque impetum præpediebat. Dum hæc aguntur, etiam illos qui ſuperiora caſtra muniebant, vbi fugere inferiores vidêre, metus ac turba occupat: totúmque agmen diſpergitur, ſuſpicantium excurſum quidem Iudæorum ferri non poſſe, Titum verò in fugam verſum: nec enim vnquam illo manente alios fugituros fuiſſe. & tanquam Panico terrore circundati, alius aliò ferebantur: donec quidam cùm in media pugna verſari imperatorem vidiſſent, plurimum metuentes, vniuerſæ legioni eius periculum cum clamore nunciauerunt. Itaque pudore reuocati. & fuga maius aliquid ſibi exprobrantes, quòd Cæſarem deſeruiſſent, totis viribus in Iudæos vtebantur, & ſemel impulſos vrgebant per decliuia. Illi autem paulatim recedentes pugnabant. cúmque Romani plus poſſent, eo quòd ſuperiores erant, in vallem omnes coacti ſunt. Titus autem contra ſe poſitis imminebat: & legionem quidem ad muri fabricam redire iubet: ipſe verò cum his, quibus antea reſiſtendo hoſtes arcebat. Itaque ſi me nihil addentem obſequio, neque inuidia detrahentem, verum dicere oportet, ipſe Cæſar bis totam legionem periculo liberauit, atque ita caſtra muniendi copiam militibus præbuit.

τὰς ὁρμὰς ὑπετίμνετο. κἂν τούτῳ αὐτοῖς ἄνω τφχίζοντο τὸ στρατόπεδον, ὡς ἐθεάσαντο τοὺς κάτω φεύγοντας, πάλιν ἐμπίπτουσι τάραχή τε δέους, καὶ δυσπιδνατος πᾶν τὸ τάγμα, δοκούντων αὐτοῖς ἀνυπόστατον μὴ εἶναι τὸν Ἰουδαίων ἐκδρομὴν, τραφθαι δ' αὐτὸν πῖτον. ἐ γὰρ ἂν ποτε τοὺς ἄλλους φυγεῖν ἐκείνου μένοντος, καθάπερ πανικῷ δείματι κυκλωθέντες, ἄλλος ἀλλαχῆ διεφέροντο. μέχρι τινὲς καταβάντες ἐν μέσῳ τῷ πολέμῳ τὸν ἡγεμόνα στρεφόμενον, καὶ μέγα δείσαντες ἀμφ' αὐτῷ, δυσβοῶσι τὸν κίνδυνον ὅλῳ τῷ τάγματι. τοὺς δ' αἰδὼς ἐπέστρεφε, καὶ πλεῖόν τι φυγῆς καχίζοντες ἀλλήλους ὅτι τῷ καταλιπεῖν καίσαρα, πάσῃ βίᾳ κατὰ τῶν Ἰουδαίων ἐχρῶντο, καὶ κλίναντες ἅπαξ ἀπὸ τῶν καταντίους σωωθεν αὐτοὺς εἰς τὸ κοῖλον. οἱ δὲ κάτω πόδα χωροῦντες, ἐμάχοντο, καὶ πλεονεκτοῦντες οἱ ῥωμαῖοι τῷ καθύπερθεν εἶναι, συνελαύνουσι πάντας εἰς τὴν φάραγγα. στεφσέκειτο δὲ τοῖς καθ' αὐτὸν ὁ τῖτος, καὶ τὸ μὲν τάγμα πάλιν ὅπῃ τὴν τφχοποιΐαν ἔπεμψεν. αὐτὸς δὲ σὺν οἷς πρότερον αἰτίας ἐίργε τοὺς πολεμίους. ὥς τε εἰ χρὴ μήτε θεραπείᾳ τι προσιθέντα, μήτε ὑφελόντα φθόνῳ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, αὐτὸς καίσαρ δὶς μὲν ἐρρύσατο κινδυνεύον ὅλον τὸ τάγμα, καὶ τὸ περιβάλλεσθαι τὸ στρατόπεδον αὐτοῖς ἄδειαν παρέχε.

Cap. IV. De inteſtina pugna azymorum diebus.

REmiſſo autem pauliſper bello externo, iterum inteſtinum ſeditio ſuſcitauit. Azymorúmque inſtante die, qui eſt Aprilis menſis quartusdecimus (hoc enim ſe primùm tempore opinantur Iudæi ab Ægyptiis eſſe liberatos) Eleazarus quidem cum ſociis portam ſubaperiens, introire cupiebat ex populo qui templum adorare cuperent. Ioannes autem die feſto ad protegendas inſidias vſus eſt: & ſuorum quoſdam ignotiores, armis ſub veſte latentibus inſtructos, quorum plerique impuri erant, occultè inter alios fani occupandi gratia ſubmittit. illi autem poſtquam intrauêre, veſtimentis abiectis, ſubitò armati apparuerunt. Magna verò ſtatim turba circa templum ac tumultus erat, cùm alienus quidem à ſeditione populus, omnibus ſine diſcrimine putaret, Zelotæ verò ſibimet ſolùm inſidias comparatas. Verùm hi quidem relicta portarum cuſtodia, & alij ex propugnaculis deſilientes, priuſquam manus conſererent, in templi cloacas confugêre. Populares autem ad aram delati, & circum templum appulſi conculcabantur, cùm lignis paſſim ferroque cæderentur. Multos autem occiſorum inimici priuato odio, quaſi diuerſæ factionis ſocios interficiebant. Et quicunque antehac inſidiatorem aliquem offenderat, tunc agnitus quaſi Zelotes ducebatur ad mortem. Sed qui atrocitate magna innocentes afficerent, inducias conceſsêre nocentibus, progreſſóſque ex cloacis dimiſerunt. ipſi autem interius templum & omnes eius apparatus tenentes, confidentiùs oppugnabant Simonem. Seditio quidem hoc modò, quæ tripartita fuerat, in duas partes diuiſa eſt. Titus autem caſtra propiùs ciuitatem transferre cupiens de Scopo, contra excurſus quidem lectos equites ac pedites, quos ſatis eſſe arbitrabatur, poſuit: alium verò exercitum iuſſit totum quod erat vſque muros ſpacium complanare.

Κεφάλαιον ια.

A fossa repentè subsedit, cúmque magno sonitu in eam aggeres decidêre. ac primo quidem cum puluere fumus ex alto excitatus est, cùm ignem ruina concluderet. peresa verò materia qua premebatur, flamma iam clarior apparebat. Et Romanos repentini quidem facti stupor occupat: molitionem verò Iudæorum ægrè ferebant, iámque se vicisse credentium & spes eo casu refrixit, & in posterum subuenire aduersus ignem minus vtile videbatur, etiam si esset extinctus semel aggeribus deuoratis. Biduo verò pòst, alios etiam aggeres Simon cum sociis aggreditur. illa enim parte Romani admotis arietibus concutere murum cœperant. Tephthæus autem quidam ex Garsi ortus, ciuitate Galilææ, & Megassarus ex regalibus famulis Mariamnes, cúmque his Adiabenus quidam, filius Nabataei, nomen habens ex fortuna Agiras, cuius est interpretatio claudus, raptis facibus in machinas euolarunt. hísque viris neque audaciores in illo bello extra ciuitatem apparuêre, neque magis horrendi. nam velut in amicos, non in agmen hostium excurrerent, nihil enuctati sunt, aut substitêre: sed per medios inimicos facto impetu, machinas incendêre. acti autem missilibus, & gladiis detrusi, non prius à periculo demoti sunt, quam ignis instrumenta corriperet. Sublata verò iam flamma, Romani quidé concurrentes è castris, auxilio properabant: Iudæi verò ex muro eos prohibebant, manúsque cum his conferebant, qui flammas extinguere conarentur propriis corporibus nullo modo parcentes. Et illi quidem arietes igni subtrahere, cùm eorum tegmina cremarentur: Iudæi verò etiam per flammas eos retinere certabant. & quamuis feruens nacti essent ferrum, tamen arietes non amisêre. Hinc autem flamma transiit in aggeres, & auxiliáte præueniebat incendium. Itaque Romani flamma circundati, quoniam seruare posse opera desperabant, in castra discedunt. Iudæi verò magis instabant, cùm semper eorum numerus cresceret, ex ciuitate accedentibus adiumentis, minúsue cautos haberent impetus, freti victoria. progressi autem vsque ad munimenta castrorum prælio cum eorum custodibus decertabant. Est enim statio pro castris per vices succedentium armatorum, & acerbissima in eos sanctio Romanorum, vt qui loco de qualibet causa cessisset, occideretur. hi pœnali exitio glorioſa morte prælata, steterunt fortiter: eorúmque necessitate simul ac pudore, plurimi fugientium redierunt: balistísque in muro dispositis ex ciuitate accedentem multitudinem prohibebant, nihil pro cautione siue tutamine suorum corporum prouidentem. nam quoscunque obuios habuissent, cum his congrediebantur Iudæi: & in spicula irruentes incautè, ipsis corporibus inimicos feriebant. Sed neque hi actis magis quàm fiducia superabant, & Romani plus audaciæ quàm quod malè tractarentur, cedebant. Iā verò Titus aderat ab Antonia, quò secesserat, locū aliis aggerib. prospiciens: multúmq. increpatis militibus, si cū hostium muros obtinerent, in suis periclitarētur,

B

C

D

E

F

G

καταστικτόμενος τόπον ἄλλοις χώμασι καὶ πολλὰ τοῖς στρατιώτας φαυλίσας, εἰ κρατοῦντες τοῦ πολεμίων τειχῶν κινδυνεύουσι τοῖς ἰδίοις, καὶ πολιορκουμένων ὑπομένουσιν αὐτοὶ τύχῃ,

& velut ex carcere contra se dimissis Iudæis, obsessorũ paterẽtur ipsi fortunã, ipse cũ electis, militibus hostes à latere circumuenit, illi autẽ cũ in ora ferirẽtur, contra eũ conuersi durabãt. mixta verò acie, puluis quidẽ lumina, clamor verò aures exuperabat, neq. aut amicũ quisquã internoscere poterat, aut inimicũ. Iudæis autẽ non tantũ viriũ fiducia, quantum salutis desperatione perseuerantibus, etiam Romanos pudor armorum & gloriæ, & præsentia periclitãtis Cæsaris reddidit fortiores. Itaq. putauerim eos ad extremũ nimia ferocitate animorũ, vel totam multitudinẽ Iudæorum fuisse rapturos, nisi præuento pugnæ momento, in ciuitatẽ se recepissent. Corruptis autem aggeribus Romani mœrore tenebantur, quod tam longũ laborem vna hora perdidêre, & multi quidẽ solutis machinis captum iri ciuitatem iam desperabãt.

ὥσπερ ἐκ δεσμωτηρίου καθ' αὑτῶν Ἰουδαίους ἀφέντες, ἀθρόοι μὴ τ' ὁπλέκτων κατὰ πλευρὰ τοὺς πολεμίους αὐτὸς. οἱ δ' ἐν σώματι παμμιγεῖς, καὶ πρὸς τοῦτον ὁπισταφέντες ἀκαρτέρουν. μιγείσης δ' ἀθρόας ταραχῆς, ὁ μὲν κονιορτὸς τὴν ὄμματων, ἡ κραυγὴ δ' τ' ἀκοῶν ἐπεκράτει, καὶ οὐδὲ ἑτέρῳ παρῆν ἔτι τεκμήρασθαι τὸ ἐχθρὸν, ἢ τὸ φίλον. Ἰουδαίων δὲ ὁ τόσσον ἔτι κατ' ἀλκὴν, ὅσον ὑπογνώσει σωτηρίας ἀθλημένων, καὶ Ῥωμαίοις ἐτόνωσεν αἰδὼς δόξης τε καὶ τῶν ὅπλων, καὶ πρόκινδυνεύοντος καίσαρος. ὡς τέ μοι δοκοῦσι τὰ τελευταῖα δι' ὑφ' ἑαυτῶν θυμῷ, κἂν ὅλον ἁρπάσαι τὸ τῶν Ἰουδαίων πλῆθος, εἰ μὴ τῷ ῥοπῇ τ' ἀθλητῶν φθάσαντες, ἀνεχώρησαν εἰς τ' πόλιν. διεφθαρμένων δ' τ' χωμάτων, Ῥωμαῖοι μὲν ἦσαν ἐν ἀθυμίαις, τ' μακρὸν κάματον ὑπὲρ μιᾶς ὥρας ἀπολέσαντες. καὶ πολλοὶ μὲν τ' σωμάτων μηχανὰς ἀπήλπιζον ἁλώσεσθαι τὴν πόλιν.

CAP. XIII. De muro extructo ab exercitu Romano circũ Hierosolymam triduo.

TItus autem cũ ducibus quid fieret deliberabat. Et calidioribus quidẽ placebat, omni admoto milite vi muros experiri: adhuc enim Iudæos cũ exercitus parte dimicasse, vniuersi verò militis impetum tolerare non posse, verùm sagittis esse obruendos. Prudẽtiores autem rursus aggeres fieri suadebant: alij & sine aggeribus assideri, egressus eorũ tantummodo obseruando, ac ne victus intro ferretur monebant, & ciuitatẽ fami relinquere, neq. cum hoste manu cõfligere: nec. n. expugnari eorum cõfidentiam posse, quibus optatũ est ferro procũbere, vel etiã sine hoc interficere, quę ignauior est cupiditas. Ipsi autem Tito, cessare quidem prorsus tanto cum exercitu, honestũ nõ videbatur: & pugnare cũ his superuacuũ, qui semetipsos perdituri essent. Aggeres autẽ fieri, impendiorũ penuria, operosum iudicabat, egressus verò ciuitatis obseruari, operosius. Nec enim circundari eã propter magnitudinem locorúmq; difficultatẽ, ab exercitu posse, & præterea ad excursus incautũ: cõtra manifestam. n. viam obseruatam, occultas vias excogitaturos Iudæos, tã necessitate quam locorũ scientia. Si quid autẽ clã esset illatũ, diutiùs obsidionem trahendã, verẽdúmq. ne victoriæ gloriam diminuat temporis longitudo. Hæc. n. cuncta quidem effici posse, sed celeritatẽ ante gloriam duci: debere tamen si celeritate vti velit & cautione, totã muro cingere ciuitatẽ. Hoc. n. modo omnes exitus posse præcludi: & Iudæos aut omnibus modis salute desperata, ciuitatẽ tradituros, aut fame victos facillimè capiẽdos. aliter. n. se nõ posse quiescere. Verũ & aggeres curaturũ esse, cũ infirmiores habeat, qui prohibeãt. Quod si cuiquã magnũ op⁹ & inextricabile videatur, cũ cõsiderare debere, quod neq. paruũ opus Romanos deceat facere: & sine labore magnũ quid perficere, ne Deo quidem facile sit. His dictis duces exhortatus, iubet eos exercitus in opera distribuere. Diuinus autẽ quidã impetus militib. incidit: ambitúmq. partiti, non solũ rectores inter se; verùm ipsi etiam ordines certabant. Et miles quidem decadarcho, decadarchus autem hecatõtarcho, ísq. chiliarcho placere properabat: chiliarchorum verò ostentatio ad duces vsq. pertinebat,

Κεφάλαιον λα.

Τῖτος δ' μὲν τῶν ἡγεμόνων ἐβουλεύετο· καὶ τοῖς μὲν θερμοτέροις, πᾶσαν ἐδόκει προσαγόντα τ' δύναμιν, ὑποπειρᾶσθαι τῶ τείχους βίᾳ. μέχρι μὲν γὰρ νυῦ καταπασμα Ἰουδαίους τ' στρατιᾶς συμπεπλέχθαι προσιόντων δ' ἀθρόων, ὑπὸ τ' ἐφοδον οἴσειν, καταχωσθήσεσθαι γὰρ τῶν βελῶν. τῶν δ' ἀσφαλεστέρων, οἱ μὴ τὰ χώματα ποιεῖν πάλιν· οἱ δ' μὴ δίχα τούτου προσκαθέζεσθαι μόνον ὡς φυλάττοντας, τάς τε ἐξόδους αὐτῶν, καὶ τὰς εἰσομιδὰς τ' ὁπτηδείων παρήνουν, καὶ τῶν λοιμὸν καταλιπεῖν τ' πόλιν, μηδὲ συμπλέκεσθαι χερσὶ τοῖς πολεμίοις. ἄμαχον γὰρ εἶναι τ' ὑπόγνωσιν, οἷς δίχα μὲν τῶν σιδήρω πεσεῖν, ὑπόκειται δ' καὶ δίχα τούτου, παθος χαλεπώτερον, αὐτῶν δ' τὸ μὲν ἀργεῖν καθόλου μὴ τοσαύτης δυνάμεως, ὡς ἐδόκει φρίττειν, τὸ μάχεσθαι φεύγοντον, πρὸς ἀλλήλων φθαρησομένους. βάλλεσθαι δὲ χώματα, δύσεργον ἀπέφαινεν, ὕλης ἀπορία, καὶ τὸ παραφυλάττειν τὰς ἐξόδους, δυσεργότερον. κυκλώσασθαί τε γὰρ τῇ στρατιᾷ τ' πόλιν, διὰ μέγεθος καὶ δυσχωρείαν, οὐ ῥᾴμαρες εἶναι, τ' σφαλερὸν ἄλλως πρὸς τοὺς ὑπηδάφους τ' δ' φανερῶν φυλακτηρίων, ἀφανεῖς ὑπορρῶγας ἰουδαίοις ὁδοὺς, κατά τε ἀνάγκην καὶ δι' ἐμπειρίαν. εἰ δέ τι λάθοι παρεισομισθήσεται, τεμβλῶν ἕνεκα πλείω τῆς πολιορκίας, δεδιέναι τε μὴ τ' δόξαν τ' κατορθώματος αὐτῶν τὸ μῆκος ἐλαττώσῃ τὸ χρόνῳ. τοῦτο γὰρ εἶναι τ' ἀνύσιμον. πρὸς δ' εὐκλείας τὸ τάχος. δεῖν μὲν γὰρ καὶ τῶν ταχὺ μετ' ἀσφαλείας βέλτιστα χρήσασθαι, φείδεσθαι δ' ἧττον τ' πόλιν. μόνως γὰρ ἅπας ἂν πάσας ὑποφράξαι τὰς ἐξόδους καὶ ἰουδαίους ἢ πρὸς ἅπαντα δυναγκάσας τ' σωτηρίαν, ὡς δώσειν τ' πόλιν ἢ λιμοῦ τόνους χειρωθῆσαι ῥᾳδίως. καὶ δ' ἡρεμοῦν αὐτοὺς ἄλλως. ἀλλὰ καὶ τ' χωμάτων ὑπομελήσεσθαι πόλιν προσῆκον τοῖς καλύσιν ἀτονωτέρους. εἰ δὲ τῷ μεγαλοψυχεῖ καὶ δυσπόνητον τὸ ἔργον, χιλίας σταυρεῖν, ὡς ἔτι ῥωμαίους τὸ μικρὸν ἐργάζειν ἁρέσθαι, τ' δίχα πόνου καθορθοῦν τῶν μᾶλλον εὐπόνητον, ἀλλὰ τῷ θεῷ μόνῳ. τοῖς πειθομένοις τοῖς ἡγεμόσιν, ἄρχεσθαι ἐπέλαμψε τὰς δυνάμεις ὑπὸ τὸ ἔργον. ὁρμὴ δέ τις ἐμπίπτει δαιμόνιος τοῖς στρατιώταις, τ' μεμισημμένων τ' ἀσέβολον, καὶ μόνον πρὸς τὰ μέτωπα ἦν ἐρεῖς, ἀλλὰ καὶ τ' ἐν αὐτοῖς τάξεων πρὸς ἀλλήλας, καὶ στρατιώτης μὲν δεκαδάρχῃ, δεκαδάρχης δ' ἑκατοντάρχῃ, ἑκατοντάρχης δ' χιλιάρχῳ ἐπισπεύδειν ἀρίστασθαι. χιλίαρχος τ' δ' χιλιάρχων ὑπὸ τοῖς ἡγεμόσιν ἐτύγχανε ἡ φιλοτιμία. καὶ τ' ἡγεμόνων τ' ἄμιλλαν ἐβεά-

ἐβεβλύει καῖσαρ. θεϊὼν γὰρ αὐτὸς ἑκάστης ἡμέρας πολ A
λάκις, ἐπεσκόπει τὸ ἔργον. ἀρξάμενος δ' ἀπὸ τῶν ἀσσυ-
ρίων παρεμβολῆς, καθ' ἣν αὐτὸς ἐστρατοπεδεύσατο,
ὅτι τὸ κατωτέρω καινόπολιν, ἦγε τὸ τεῖχος. ἔνθεν δι' τῆς
κεδρῶνος ὅτι τὸ ἐλαιῶν ὄρος, ἔστα ἀνακάμπτων κῆ με-
σημβρίαν θεϊλαμβάνει τὸ ὄρος, ἄχρι τοῦ θεισεριῶνος
καλουμένης πέτρας, τόν τε ἑξῆς λόφον ὃς ὑπόκειται τῇ
κῆ τῷ σιλωὰμ φάραγγι, κἀκεῖθεν ἐκκλίνας θεὸς δύ-
σιν, εἰς τὴν τῆς πηγῆς κατίησι φάραγγα. μεθ' ἣν ἀναβαί- B
νων κῆ τὸ ἀπέναντι τοῦ ἀρχιερέως μνημεῖον, ⁊ διαλαβὼν
τὸ ὄρος, ἔνθα πομπήϊος ἐστρατοπεδεύσατο, θεὸς κλίμα
βόρειον ἐπέστρεφε. κῆ θεοσελθὼν μέχρι κώμης (ἐρε-
βίνθων οἶκος καλεῖται) ⁊ μετ' ἐκεῖνο τὸ πρώδες μνη-
μεῖον θεισχὼν κατ' αὐτολὴν τὴν ἰδίαν στρατοπέδῳ
συνῆψεν. ὅθεν περ ἤρξατο. τὸ μὲν οὖν τεῖχος ἐνὸς δέ-
οντος τεσσαρακόντα σταδίων ἦν, ἐξωθεν ᾗ αὐτὴν θεο-
σωκοδομήθη ξυσταδίοις δέκα φρέαρα· κῆ τούτων οἱ κύκλοι C
δέκα συνεθυμοῦντο σταδίων. ξυσὶ δ' ὠκοδομήθη τὸ
πᾶν ἡμέραις. ὡς τὸ μὲν ἔργον, μείων ᾖ ἄξιον, τὸ ᾗ τεί-
χος ἠπιθανὰ πίστεως. θεικλείσας ᾗ πᾶν τεῖχος τὴν πόλιν,
κῆ δύναμιν τοῖς φρουρίοις ἐγκατασήσας, τὰ μὲν πρώτην
φυλακὴν τῆς νυκτὸς θεϊὼν αὐτὸς ἀπεσκόπει. τὰ δευτέραν
ᾗ ἐπέτρεψεν ἀλεξάνδρῳ, τὰ ξύστην ᾗ ἔλαχον οἱ
τῆς θεαγμάτων ἡγεμόνες. διεκληροῦτο δ' οἱ φύλα-
κες τοῖς ὕπνοις, ⁊ δι' ὅλης νυκτὸς θεϊήεσαν κῆ διάσ-
ημα τῆς φρουρίων. D

Κεφάλαιον λϚ.

IOυδαίοις ᾗ μὴ τῆς ἐξόδων, ἀπεκόπη πᾶσα σωτη-
ρίας ἐλπίς. κῆ βαθυῶας ἑαυτὸν ὁ λιμὸς κατ' οἴκους
κῆ ῥύας τὸν δῆμον ἐθεβόσκετο. ⁊ τὰ μὲν τύγη πεπλή-
ρωτο γυναικῶν κῆ βρέφων λελυμένων· οἱ γενναῖοι ᾗ
θεόντων νεκρῶν. παῖδες ᾗ κῆ νεανίαι διοιδοῦντες ὥ-
σπερ εἴδωλα κῆ τὰς ἀγορὰς ἀπειλοῦντο κῆ κατέπιπτον,
ὅπη τινὰ τὸ πάθος καταλαμβάοι θάπτειν τοὺς θεο- E
σήκοντας, ἔτε ἴσχυον οἱ κάμνοντες, κῆ τὸ διδοτονεῖν, ὤκνει
δι' τὸ πλῆθος τῆς νεκρῶν, κῆ τὸ κῆ σφᾶς ἄδηλον. πολ-
λοὶ γοῦν τοῖς ὑπ' αὐτῆς θαπτομένοις ἐπαπέθνησκον.
πολλοὶ δ' ὅτι τὰς θήκας, πρὶν ὅτις ἐῶαι τὸ χρεὼν
θεῆλθον. ἔτε ᾗ θρηνὸς ἐν τῇ συμφοραῖς, ἔτ' ὀλοφυρ-
μὸς ἦν, ἀλλ' ὁ λιμὸς ἅπαντα τὰ πάθη. ξηρὸς γὰρ τοῖς
ὄμμασι, κῆ στεγνοῖσι τοῖς σώμασιν οἱ δυθανατοιῶντες,
ἐφεώρων τοὺς φθάσαντας ἀπαπαύσαθαι. βαθεῖα ᾗ τὴν F
πόλιν θεεῖχε σιγὴ, κῆ νὺξ θανάτῳ γέμουσα, κῆ τούτων
οἱ λῃσαὶ χαλεπώτεροι. τυμβωρυχοιῶντες γὰρ τὰς οἰ-
κίας, ἐσύλων τοὺς νεκροὺς, κῆ τὰ καταπλάσματα τῆς
σωμάτων θεϊαπῶντες, μὴ γέλατος ἔξηεσαν, τάς τε
αἰχμὰς τῆς ξιφῶν ἐδοκίμαζον ἐν τοῖς πτώμασι. κῆ τι-
νας τῆς ἐῤῥιμμένων ἔτι ζῶντας δι' πείρας
τοῦ σιδήρου. τοὺς ᾗ ἱκετεύοντας χρῆσαι σφίσι δεξιᾶ κῆ
ξίφος, τῷ λιμῷ κατέλιπον ὑφηφανοιῶντες. κῆ τῆς ἐκ-
πνεόντων ἕκαστος ἀτενίσας εἰς τὸν ναὸν, ἀφιόσα τοὺς G
στασιαστὰς ζῶντας ὀπολιπὼν. οἱ ᾗ τὸ μὲν πρῶτον ἐκ τῆ
δημοσίᾳ θησαυροῦ τοὺς νεκροὺς θάπτειν ἐκέλευον, τὴν
ὁσμὴν ἀφέροντες ἔπειθ' ὡς ἀθλίκουσι, ὑπὸ τῆς τεί-
χεων ἐῤῥίπτουν εἰς φάραγγας. θεϊὼν δὲ ταῦτας ὁ
τῖτος ὡς ἐθεάσατο πεπλησμένας τῆς νεκρῶν, κῆ βα-
θυεῖ ἰχῶρα μυδώντων τὸν ὑπορρέοντα τῆς σωμάτων,

ducum verò certamina Cæsar ipse diiudica-
bat. In dies enim singulos circumiens, opus sæ-
pissime inspiciebat. Cœptum enim à castris
Assyriorum, vbi ipse tendebat, ad inferiorem
Cænopolim murum duxit. Hinc per Cedro-
nem ad Elcôn montem reuertens, à meridie
montem complectitur, vsque ad saxum quod
Peristereonos vocatur, eique proximum col-
lem, qui supervallem imminet Siloam, ac in-
de ad Occidentem flexo ædificio, ad vallem
fontis descendit. Hinc subiens ad Anani pon-
tificis monumentum, circundato monte, vbi
Pompeius castra posuerat, ad Septentrionalem
redit regionem. Et cùm præcessisset ad vicum,
cui nomen est Erebinthonicus, post illum He-
rodis monumentum ab Oriente clausum ca-
stris suis coniunxit, vnde cœperat. Murus qui-
dem vno minus XL. stadiorum erat. Ad hoc
autem fortis castella tredecim ædificata sunt:
eorum gyrus denis stadiis numerabatur. To-
tum autem opus triduo constructum est, vt id
quidem dignum mensibus videretur, celeritas
verò fide careret. Muro autem circuncluſa ci-
uitate, per castella custodibus collocatis, pri-
mam quidem vigiliamnoctis ipse circumiens
explorabat: secundam verò Alexandro permi-
serat: tertia verò obtigit legionum duci-
bus. Somnos autem vigiles inter se sortie-
bantur, totáque nocte per castellorum spacia
circuibant.

IVdæis autem cum exeundi facultate, om- CAP. XIV. De fame Hie-
nis etiam spes salutis adempta est: auctá- rosolymorũ
que iam fames, totas domos ac familias de- & secundo
pascebatur. Et tecta quidem plena erant mu- aggere ex-
lieribus exanimatis, atque infantibus: viarum tructo.
autem angusta senibus mortuis. Adolescen-
tes autem ac iuuenes turgidi, velut vmbræ
mortuorum, per fora versabantur: & vbi quem
casus occupauerat, decidebant. Sepelire au-
tem funera, neque poterant præ labore, & eos
quibus aliqua vis supererat, pigebat, & propter
multitudinem mortuorum, & quòd de ipsis e-
rat incertum. Denique super eos quos sepelie-
rant, multi moriebantur. Multi autem ad
sepulchra, priusquam fati dies veniret, & viui
properabant: neque luctus in illis calamitati-
bus, neque fletus erat, sed fame superabantur
affectus. Siccis autem oculis, & corruptis o-
ribus, qui tardiùs morerentur, eos qui ante se
requiescerent, tuebantur. Altum verò silen-
tium ciuitatem, plenáque mortuis nox com-
prehenderat, & latrones his acerbiores. domos
enim, quæ tum sepulchra erant, & cadauera
spoliabant, & velamina corporibus detrahen-
tes, cum risu egrediebantur. hísque gladiorum
mucrones probabant: nonnullósque iacen-
tium adhuc spirantes, ferro experiendi causa
transuerberabant. Si quis autem manum ro-
gasset aut ferrum sibi commodari, quo famem
euaderet, superbissimè negligebatur. Animas
verò efflantium quisque, in morte templum
obtutibus intuebatur, cùm viuos relinqueret se-
ditiosos. Illi autè, primo quidem sumptu publi-
co iubebant mortuos sepeliri, cùm fœtorem fer-
re non possent: deinde quod non sufficiebant, in
valles eos ex muro præcipitabãt. Quas circũiens
Titus vbi plenas cadaueribus vidit, altámque
saniem tabefactis corporibus defluentem,

ingemuit: & extentis manibus Deum testaba- A
tur, factum illud iuum non esse. Ciuitas quidem ita erat affecta. Romani verò, cùm iam nemo seditiosorum auderet excurrere (nam etiam eos mœror, famésque tangebat) dies lætos agebant: frumenti, aliatúmque rerum necessariarum habentes copiam de Syria proximísque prouinciis, multi autem iuxta murum stantes, magnámque alimentorum abundantiam demonstrantes, satietate sui famem hostium incendebat. Seditiosis autem nihilo ma- B
gis calamitate cedentibus, Titus reliquias populi miseratus, & properans saltem hoc liberare quod superest, iterum aggeres inchoabat, quanquam difficulter materiam reperiret. omnes enim ciuitati proximas syluas, opera prima consumpserant. à nonagesimo verò stadio milites alias congerebant: & Antoniam ad solam ex quatuor partibus, maiores prioribus aggeres struebantur. Cæsar autem agmina circumiens, atque opus vrgens, quod in manibus C
eos haberet latronibus ostendebat. Sed illis pœnitudo planè perierat: & anima ac corporibus separati, vtrisque velut alienis vtebantur. Nec enim vel animas affectio mansueta, vel corpora dolor tangebat, qui etiam mortuam plebem, quasi canes lacerabant, replebántque languentibus carcerem.

Cap. XV. De cæde Iudæorũ intra & extra Hierosolymam.

DEnique Simon Matthiam, per quem ob- D
tinuerat ciuitatem, excruciatum peremit. Boethi filius erat, ex pontificibus populo maximè fidelis & carus. Is, cùm à Zelotis malè populus tractaretur, quibus iam Ioannes accesserat, vt adiutorem Simonem reciperet, populo persuasit: nulla cum eo priùs habita pactione, nec aliquid mali metuens. Ingressus autem ille, postquam obtinuit ciuitatem, inimicum eum æquè atque alios esse dicebat, qui pro se consilium dederat, velut hoc simplicitate suasisset: productúmque eum & accusa- E
tum, quòd cum Romanis sentiret, morte damnauit, ne purgationis quidem ei facultate concessa, cum tribus filiis suis. quartus enim ad Titum antè profugerat. Priùs autem se occidi, quàm filios obsecrantem, atque hanc pro illa, quod ciuitatem ei aperuisset, gratiam postulantem, vt augeret eius dolorem, nouissimum iussit interfici. Ille quidem super cæsos in cõspectu suo filios iugulatur, coram Romanis productus: ita enim Simon Anano Bamadi filio præceperat, qui erat eius satellitum crudelissimus, cauillatus si quid eum iuuarent, ad quos exire voluisset, corpora verò sepeliri prohibuit. Post hos Ananias quidam, pontifex, filius Mesbali, nobilis, & scriba curiæ, vir fortis, ex Ammaunte genus ducens, & cum his quindecim ex populo clariores necantur. Ioseph verò patrem concluſum asseruabant: missóque præcone denunciant, ne quis in ciuitate degentium vel colloqueretur cum eo, vel in vnum veniret, proditionis metu proposito: & eos qui hæc cum illo deferent, ante quæstionem perimebant. Ista videns quidam Iudas filius Iudæ vnus ex G
numero præfectorum Simonis, qui turrim ab eo sibi creditam custodiebat, fortasse quidem nonnihil etiam misericordia crudeliter pereuntium, magis autem sui prouidentia, conuocatis decem fidissimis contubernalium: quousque

στρατίας, & τὰς χεῖρας ἀνατείνας, κατεμαρτύρετο τὸν θεὸν, ὡς οὐκ εἴη τὸ ἔργον αὐτοῦ. τὰ μὲν δὴ κατ' τ πόλιν οὕτως εἶχεν ἔτους. ῥωμαῖοι δ μηδενὸς ἔτι τῶν στασιαστῶν ἐπιβαίνοντος, (ἤδη γὰρ καὶ τούτων ἀθυμία καὶ λιμὸς ἐφήπτετο, τ δ' ἀθυμίας ἦσαν,) σίτου τε ἀφθονίαν καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων ἐκ τ συρίας, καὶ τῶν ἄλλων τῶν πλησίον ἐχόντες, ἰσάμωροι ἦ ὅτι πολὺ τ τείχους πλησίον, καὶ πολὺ πλῆθος τ ἐδωδίμων ὑπεδεχόμενοι, τῶν κατ' σφᾶς κόρον, τ λιμὸν τῶν πολεμίων ἐξέκαμον. θεὸς δ τὸ πάθος τῶν στασιαστῶν μηδὲν ἀνιέντων, τῶν οἰκτείρων τὰ λείψανα τ δήμου, καὶ ἀπολλύζων τὸ γῆν θεῖον ἁρπάσαι πάλιν ἤρχετο χωμάτων, χαλεπῶς αὖτῳ τ ὕλης ποριζομένης. ἡ μὲν γὰρ περὶ τ πόλιν πᾶσα τοῖς περιτείχεσιν ἔργοις ἐκέκοπτο, συνεφόρουν δ' ἄλλωθεν ἀπ' ἐκατὸν σταδίων οἱ στρατιῶται, καὶ θεὸς μόνης ὕψωσε τ αἰτωνίας κατ' μέρη τέσσαρα πολὺ μείζονα τῶν περιτέρων χώματα. θεῖον δ' ὁ καῖσαρ τὰ τάγματα, καὶ κατεπείγων τὸ ἔργον ἀπειλήχει τοῖς ληστάς, ὡς ἐν χερσὶν εἴποιεν αὐτ. μόνοις δ' ἐκείνοις ἅρα κακῶν ἀπολώλει μέλα μέλεια, & τὰς ψυχὰς χωρίσαντες ἀπὸ τῶν σωμάτων, ἀμφοτέροις ὡς ἀλλοφύλοις ἐχρῶντο. ὅτε γὰρ πάθος αὐτῶν ἥμερσε τ ψυχῆς, ὅτε ἀλγηδὼν ἥπτετο τοῦ σώματος, οἵ γε & νεκρὸν τ δῆμον ὥσπερ κυνὸς ἀπαράτου, καὶ τὰ δεσμωτήρια τῶν ἀῤῥώστων ἐνέπλασαν.

Κεφαλ. λγ.

ΣΙμων γὰρ υἱὸς ματθίαν δ' ὃν κατέχε τ πόλιν ἀβασάνιστον αἰτίαν ἔκτεινε. ἐνοχλοῦντος αὐτῷ ἐν τοῖς μάλιστα τῶν δήμῳ πιστὸς, καὶ τίμιος· ὃς ὑπὸ τοῖς ζηλωταῖς κακουμένου τοῦ πλήθους, οἷς ἤδη καὶ ἰωάννης προσῆλθε, πείθει τ δῆμον εἰσαφεῖναι τ σίμωνα βοηθὸν, ὑδὲν ὕστερον προσωφελήμενος, ὕστερον προσδοκήσας φαῦλον ἐξ αὐτοῦ. παρελθὼν δ' ἐκεῖνος ὡς ἐκράτησε τ πόλεως, ἐχθρὸν ἐν ἴσῳ τοῖς ἄλλοις ἡγεῖτο, καὶ τ ἴσως αὐτῷ σύμβουλον, ὡς ἂν ἐξ ἁπλότητος ληφθησόμενον. ἀχθόμενος δ' τοιαῦτα & κατηγορούμενος τὰ ῥωμαίων φρονεῖν, κατακρίνει μὲ θανάτῳ, μηδὲ ἀπολογίας ἐξιώσας αὐτὸν τελευτὴν υἱοῖς. ὁ γὰρ τέταρτος ἔφθη ἀδρᾶς πρὸς πατέρα. ἱκετεύοντα δ' ἀναριθμήτῳ πρὸ τ τέκνων, καὶ ταύτην αἰτούμενον τ χάριν ἀνθ' ὧν ἀνοίξας αὐτῷ τ πόλιν, πολυτάλαν ἀπολεῖν ἐκέλευσεν. ὁ μὲν ἓν ἐν ὄψει φονευθεὶς, ἀναπισφάγη τοῖς παισὶν ἀπίκρες τ ῥωμαίων προσαχθείς. ὅπου γὰρ ὁ σίλων ἀνῃρέθη τῷ καμήλῳ προστέταξεν, ὃς ἦν αὐτῷ ὠμότατος αὐτοῦ θηρυφόρων, ἐπειρωμένου εἴ τι βοηθήσουσιν αὐτῷ, πρὸς ὃν ἐξελθεῖν εἴλετο. θάπτειν τε ἀπεῖπε τὰ σώματα. μὴ τούτου ἱερεύς τις ἀνανίας υἱὸς μασβάλου τ ἐπισήμων, καὶ ὁ γραμματεὺς & βυλῆς ἀριστάρχου, ἡμίους ἐξ ἀμμαοῦς, καὶ σὺν τούτοις πεντεκαίδεκα τῶν ὑπὸ τ δήμου λαμπρῶν, ἀναιρῶν τας. ἢ τῷ ἰωσήπου πατέρα συγκλείσαντες, ἐφύλαττον. κηρύττουσι δ μηδένα τ κτ' τ πόλιν, μήτε συνομιλεῖν, μήτε ὅπῃ τὸ αὐτὸ συνοδοιπορίζειν, εἴνεκα θεραπείας, καὶ τοὺς συνολοφυρομένους, πρὸ ἐξετάσεως ἀνῄρουν.

Κεφαλ. λδ'.

ΤΑῦτα ὁρῶν ἰούδης τις υἱὸς ἰούδου, τῶν ὑπάρχων τῷ σίμωνος εἷς ὤν, καὶ πεπισμένος ὑπ' αὐτοῦ πύργον φυλάττειν, τάχα μέν τι καὶ οἰκτῳ τῶν ὡμῶς ἀπολλυμένων, τὸ δὲ πλέον ἑαυτοῦ προνοίᾳ, συγκαλέσας τοὺς πιστοτάτους τῶν ὑπ' αὐτοῦ δέκα. μέχρι

τίνος

τίνος αὐθέξομεν, ἔφη, τοῖς κακοῖς; ἢ τίνας σωτηρίας ἔ- A
χομεν ἐλπίδας περὶ πονηρῶν μίσοντες; οὐχ ὁ μὲν λιμὸς
ἤδη καθ' ἡμῶν; Ῥωμαῖοι δ' ἔνδον, σίμων δὲ
καὶ πρὸς ἐπιορκίας ἄπιστος; καὶ δίκας μὲν ἤδη παρ' αὐτοῦ
κολάσεως. ἢ δὲ Ῥωμαίοις δεξιὰ βέβαιος. φέρε παραδόντες τὸ τεῖχος, σώσωμεν ἑαυτοὺς καὶ τὴν πόλιν. πείσει δὲ ἡδὺν δῆνον σίμων, ἐὰν ἀπεγνωκὼς ἑαυτὸν τάχιον δῶ δίκην. τούτοις τῇ δίκῃ πεισθέντων, ὑπὸ τὴν ἕω τοὺς B
λοιποὺς τῶν ὑποτεταγμένων, ἄλλον ἀλλαχόσε διέπεμπεν, ὡς μὴ φωραθείη τι τῶν βεβουλευμένων. αὐτὸς δὲ περὶ τρίτην ὥραν ἀπὸ τοῦ πύργου σκοπεῖ τοὺς Ῥωμαίους. τῶν δὲ οἱ μὲν, ἀφροσύνῃ, οἱ δ' ἀπίστοις, οἱ πολλοὶ δ' ὀκνῷ, ὡς τεμοῦσι μικρὸν ἀκινδύνως ληψόμενοι τὴν πόλιν. ἐν ὅσῳ δὲ τῶν μὲν ὁπλιτῶν παρῆσαν περὶ τὸ τεῖχος, ἔφθη γνοὺς ὁ σίμων, καὶ μετὰ τάχους τοῦτο πύργον περικαταλαμβάνει, καὶ τοὺς ἄνδρας συλλαβὼν, ἐν ὄψει τῶν Ῥωμαίων αἴρει, καὶ περὶ τὸ τεῖχος λωβησάμενος ἔρριψε τὰ σώματα. C

Κεφάλαιον λε.

Κἀν τούτῳ θεῖος ἰώσηπος, ὑπὸ αἰεὶ μὲν καλῶν, βάλλει τὸ κεφαλὶ λίθῳ, καὶ μέγα πῆμα πίπτει καρωθείς. ἐπέδραμε δ' ὅτι τῷ πώματι τῷ ἰουδαίων γένει, κἂν ἔφθη συρεὶς εἰς τὴν πόλιν, εἰ μὴ ταχέως κῆδαι ἐπεμψε τοὺς ὑφαπατίζοντας. μαχομένων δὲ τούτων, ὁ ἰώσηπος μὲν αἴρει, θεραπεύειν τῷ θεατομένων ἐπαίων. οἱ στασιασταὶ δὲ ὡς ἀπελθόντες ὃν ἐπεθύμουν D
μάλιστα, μετὰ χαρᾶς ἀπεβόων. διαγγέλλει δ' εἰς τὴν πόλιν, καὶ τὸ καταλειπόμενον πλῆθος ἐπέσχεν ἀθυμία, πεπεισμένους οἰκείας τῷ ὄντι, δι' ὃν αὐτομολεῖν ἐθάρρουν. ἀκούσασα δὲ ἡ τοῦ ἰωσήπου μήτηρ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, πυθομένη τὸν υἱὸν, φεύγειν μὲν τοὺς φύλακας, ἀπὸ ἰωταπάτων τοῦτ' ἔφη πεπεῖσθαι. καὶ γὰρ οὐδὲ ζῶντος ἀπολαύειν. ἰδίᾳ δ' ὀλοφυρομένη πρὸς τὰς θεραπαινίδας, τοῦτον εἰληφέναι δύτεχνίας ἔλεγε καρπὸν, τὸ μηδὲ θάψαι τὸν E
υἱὸν, ὑφ' οὗ ταφῆσαι προσεδόκησεν. ἀλλὰ γὰρ ὅτε ταύτην ὅτι πλέων ὠφίλητο τὸ ψεῦδος, ὅτε τοὺς λῃστὰς ἔθαλπε. ταχέως γὰρ ὀπὴ τῶν λῃστῶν αἰωρήσασα ὁ ἰώσηπος, καὶ προελθὼν, τοῖς μὲν ὠμὰ εἰς μακρὰν ἐβόα δίκας αὐτοῦ δώσειν τῶν ἔργματος. τὸ δὲ δῆμον ὅτι πίστιν προὐκαλεῖτο. θάρσος δὲ τοῦ λαοῦ, καὶ τοῖς στασιασταῖς ἔκπληξις ἐμπίπτει περὶ τὸν ὄψιν αὐτοῦ.

Κεφάλαιον λς.

Τῶν δὲ αὐτομόλων, οἱ μὲν ὑπ' ἀνάγκης τῶν τειχῶν ἐπήδων ταχέως. οἱ δὲ προϊόντες ὡς ὅτι μάλιστα καὶ χερμάδων, ἔπειτα πρὸς τοὺς ῥωμαίους ἔχώρουν. σωφρονέστατος δὲ τούτοις τύχη, τῷ ἔσω χαλεπωτέρᾳ, καὶ τοῦ παρὰ σφίσι λιμοῦ, σωτονωτέρῳ δεινὸν πρὸς ὀλεθρον τὸν πρὸς ῥωμαίοις κόρον. παρεγίνοντο μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἐνδείας πεφυσημένοι, καὶ ὥσπερ ὑδρωπιῶντες, ἔπειτα ἀθρόως κενοῖς ἐμφορηθέντες ἐμπλάμενοι τοῖς σώμασιν ἐρ- G
ρήγνυντο. πλὴν τῷ δι' ἐμπειρίαν ταμιευσαμένων τὰς ὀρέξεις, καὶ κατ' ὀλίγον προσθέντων τροφὴν ἀπροθισμένῳ τῷ σώματι φέρειν. καὶ τοῖς ὕστερον ἢ σωζομένοις, ἑτέρα φορὴ μετελάμβανε. τῷ γὰρ πρὸς τοὺς σύνεσις τῶν αὐτομόλων φωράσασα τῷ τ' γαστρὸς λυμάτων χρυσοὺς ἐκλέγων. καταπίνοντες ἢ ὡς ἔφαμεν αὐτοὺς προήσαν, ἐπειδὴ ἀνθρώπων πάντας οἱ στασιασταὶ, καὶ πολὺ πλῆθος ἦν ἐν τῇ πόλει χρυσοῦ. δώδεκα γοῦν ἀττικῶν ὠνοῦντο, τὰ πρότερον ἰσχύοντα πέντε,

tandem, inquit, hæc mala sustinebimus? quámve salutis spem habemus, seruantes pessimo fidem? Ecce iam fames oppugnat. Romani verò penè intus sunt. Simon autem bene quoque meritis infidelis est: metúsque etiam apud eum pœnæ, & apud Romanos certa fœderis dextera. Ergo age, tradito muro & nosmet seruemus & ciuitatem. Nihil autem graue Simon patietur, si cùm de se desperauerit, pœnas citius pendet. His vbi decem assensi sunt, manè cæteros quos subiectos habebat, per diuersum dimittit, ne quid eorum quæ cogitauerat proderetur. Ipse verò de turri hora tertia Romanos inuocabat. illorum autem alij præ superbia contemnebant, alij non credebant, alios etiam pigebat, velut mox capturos ciuitatem nullo periculo. Interea verò, cùm Titus ad murum cum armatis succederet, antè rem Simon cognouit, turrímque velociter occupat: Romanísque eos inspectantibus custodes peremit, & per murum proiecit corpora mortuorum. Ibíque circúiens Iosephus (nec enim rogare cessabat) caput vulneratur lapide, statímque attonitus cadit. Excursus autem ad eius casum factus est Iudæorum: abreptúsque esset in ciuitatem, nisi Cæsar misisset, qui eum protegerent. Illis autem pugnantibus Iosephus quidem tollitur, parum quod ageretur intelligens. seditiosi verò, tanquam interfecto quem maximè cupiebant, cum lætitia conclamauerunt. Spargitur autem hic rumor per ciuitatem: ex quo reliquam multitudinem mœror tenuit, verè periisse credentem, cuius fiducia profugere cogitabant. Audito autem Iosephi mater in carcere, mortuum esse filium suum, ad custodes quidem, ex Iotapatis hoc ait certò se credere, nec enim viuo potiri. Secretò autem flens, ad ancillas: hunc, inquit, fœcunditatis recepisse fructum, quod ne sepelire quidem sibi filium licuisset, à quo sepeliri speraſſet. Verùm ne illam quidem mendacium diutius cruciauit, neque latrones refecit. Citò enim curato vulnere Iosephus resipuit: progressúsque clamabat, illos sibi non multo pòst vulneris pœnas daturos. populum autem rursum ad fidem hortabatur. vnde populo quidem fiducia, seditiosis verò stupor incidit eius aspectu. Profugorum autem alij statim de muro necessitate prosiliebant: alij velut ad pugnam cum lapidibus progredi simulantes, mox ad Romanos profugiebant. Hos autem sæuior ea quam intus pertulerant fortuna consequebatur: & fame, quam domi reliquerant, velociorem apud Romanos inueniebant ad exitium satietatem. aderant namque inflati ex inedia, & velut morbo intercutis aquæ turgidi. deinde vacuata replentes corpora disrumpebantur: nisi qui periti desideria cohibuissent, paulatímque cibum desueto corpori obtuliſſent. Verùm & eos, qui hoc modo seruarentur, alia plaga suscepit. Quidam apud Syros ex transfugis deprehenditur, è fimo ventris aureos colligens. Transglutientes autem (vt suprà diximus) eos veniebant; quòd cunctos seditiosi scrutabantur: & maxima vis auri fuerat in ciuitate: denique duodecim atticis comparabant, quod antea viginti quinque

valebat. Verùm hac arte per vnum detecta, totis caſtris fama percrebuit, quod auro tranſfugæ pleni venirent. Arabum autem multitudo & Syri, ſciſſis ventribus ſupplicium minitabantur. Et hac ego clade nullam credo ſæuiorem contigiſſe Iudæis : vna denique nocte duorum millium patefacta ſunt viſcera. Et hac Titus iniuſtitia cognita, penè iuſſiſſet autores circunfuſo equitatu iaculis appeti, niſi magna fuiſſet multitudo noxiorum multóque plures puniendi, quàm qui fuerant interempti. Conuocatis autem auxiliarium ducibus, itémque militum Romanorum (nam etiam militum quoſdam hæc tangebat inuidia) vtriſque iratus dicebat : ſi qui militum ſuorum hæc committerent lucri cauſa incerti, nec arma propria quiſquam erubeſceret auro argentóque facta: Arabes autem & Syri primò in alieno bello licenter calamitates inferrent : deinde crudelitatem in cædibus & in Iudæos odia Romanis aſcriberent. hac enim quoſdam ſuorum milites infamia participare. & his quidem mortem interminatus eſt, ſi quis in eadem poſtea repertus fuiſſet audacia. ad legiones autem mandata dedit, vt ſuſpectos inueſtigarent, atque ad ſe deferrent. Verùm profectò auaritia contemnit omne ſupplicium, ſæuiſque hominibus lucrandi amor innatus eſt : nulláque omnino calamitas plus habendi cupidini comparatur. Imò verò hæc alias, & modum habent, & metu ſubiugantur. Deus autem, qui damnauerat populum, omnem viam ſalutis ad interitum verterat: denique id quod cum pœna interdixerat Cæſar, occultè in profugos admittebatur. Et ſi quis tranſfugiſſet, circunſpectantes antè ne quis Romanorum videret, eos ſcindebant, & ex viſceribus quæſtum nefarium trahebant. in paucis autem reperiebatur, & pleroſque ſola ſpes conſumebat. Hic quidem caſus multos tranſfugarum reduxit.

CAP. XVI. De ſacrilegio circa templum & relatis ex vrbe cadaueribus & fame.

IOannes autem, vbi rapinæ ex populo defuêre, ad ſacrilegium ſeſe conuertit : multáque donaria templi retinens, multáque vaſa diuinæ rei miniſterio neceſſaria, crateras, & lances, & menſas, ne vrceolis quidem abſtinuit, quos Auguſtus eiúſque vxor miſerat. Romanorum quidem imperatores honorauerunt ſemper templum atque ornauerunt: tunc autem Iudæus etiam alienigenarum dona diſtrahebat. ad ſocios autem dicebat, ſi ne metu diuinis abuti debere, qui pro Deo, qui pro templo militarent, & ex ipſo ali. Proptereáque ſacrum vinum, & oleum, quod ſacerdotes ſacrificiis reſeruabant, tutum erat effudiſſe. namque in templo & multitudini diſtribuit, & illi ſine horrore vngebantur & potabant. Non equidem recuſabo dicere, quæ dolor iubet. Puto ſi Romani contra noxios venire tardaſſent, aut hiatu terræ deuorandam fuiſſe ciuitatem, aut diluuio perituram, aut fulminum ac Sodomæ incendia paſſuram. multo enim magis impiam progeniem tulit, quàm quæ illa pertulerat.

A ℭ εἰκοσιν. ἀλλά τοι τ' ὀπινοίας ἐλεγχθείσης θ' ἑνὸς, ἀναπίπλαται μὲν φήμη εἰς τὰ στρατόπεδα, ὡς μεσοὶ χρυσίε παρεῖεν αὐτόμολοι. τὸ ᾗ πρῶ ἀραβων πλῆθος, κ' οἱ σύεγοι τὰς ἰκέτας ἀνατέμνοντες, ηὗρόν τὰς γα-
στέρας, κ' τοῦτο τὸ πάθος ὑδὲν ἔμοιγε δοκεῖ συμβλῶαι ἰουδαίοις χαλεπώτερον. μιᾷ γοῦν ἀνεχύθησαν νυκτὶ πρὸς δισχιλίους. κ' γνοὺς ὁ παρανομίαν τῖτος, ὀλίγου μὲν ἐδίνησε τὸ ἱππικὸν πρῖσας κατακοντίσαι τοὺς
B αἰτίους, εἰ μὴ πολὺ πλῆθος ἀνείχετο, κ' τῆς ἀπηρημένων πολλαπλασίους ἦσαν οἱ κολασθησόμενοι. συγκαλέσας ᾗ τοὺς τῆς συμμάχων ἡγεμόνας, κ' τοὺς τῆς ῥωμαίων, σωδιεβάλλοντο γὰρ κ' τῆς στρατιωτῆς τινὲς, πρὸς ἑκατέρους ἀγανακτῆς ἔλεγλε. εἰ τῆς μὲν αὐτῶ στρατευομένων τινὲς τοιαῦτα δρῶσι κέρδους ἕνεκεν ἀδήλε, μηδὲ τὰ ὅπλα σφῶν αὐτῆς αἰδέμενοι πεποιημένα ἐξ ἀργύρου τε κ' χρυσοῦ. τοῖς δ' ἄραψι, κ' τοῖς σύεγοι, εἰ
C πρῶτον μὲν ἐν ἀλλοζίῳ πολέμῳ, τοῖς πάθεσιν αὐτεξουσίως χρῶνται, ἔπειτα τῇ πρὸ φόνους ὠμότητι, κ' τῷ πρὸς ἰουδαίους μίσει, ῥωμαίους ὀνειδίσωσι. ℭ γὰ νῦν ἑτοίους αὐτῶ τῆς στρατιωτῆς σωκαπολαύειν δ' κακοδοξίας. τούτοις μὲν οὖ διπείλησε θάνατον, εἴ τις ὀρεθείη πάλιν τὸ αὐτὸ τολμῶ. τοῖς ᾗ ὑπὸ τῆς τάγμάτων, ἐπίσελλεν ἐρευνήσαντας τοὺς ὑπόπτους ἀνάγειν ἐπ' αὐτόν. κατεφρόνει ᾗ ὡς ἔοικε φιλοχρηματία πάσης
κολάσεως, κ' δεινὸς ἐμπέφυκεν ἀνθρώποις τὸ κερ-
D δαίνειν ἔρως. ὑδὲν δ' ἔστω πάθος πλεονεξία σωβυβάλλεται. ἢ ταῦτα μὲν ἄλλως κ' μέτεγον ἔχει κ' φόβοις ὑποτάσετ). θεὸς ᾗ ἰῶ ὁ τῶ λαῶ παντὸς κατακείνας, κ' πᾶσαν αὐτοῖς σωτηρίας ὁδὸν εἰς ἀπώλειαν ὑποτρέφων. ὁ γοῦν μὴ ἀπειλῆς ἀπεῖπεν ὁ καῖσαρ, λάθρα κατὰ τῆς αὐτομόλων ἐτολμᾶτο, κ' τοὺς διαδιδράσκοντας, πρὶν πᾶσιν ὀφθῆναι περιαγηῦντες, ἐσφάτ-
τον οἱ βάρβαροι. περισκοπούμενοι ᾗ μήτις ὑπόδυσι ῥω-
E μαίων αἰτίζον, καὶ τ' αὐλάγχνων τ' μιαρῶν κέρδος εἶλκον. ὀλίγοις δ' ἐνδυείσκετο, ℭ τοὺς πολλοὺς παρανήλισκεν ἐλπὶς μόνη. τοῦτο μὲν δὴ τὸ πάθος, πολλοὺς τῆς αὐτομόλων ἐσαπήγαγλε.

Κεφάλαιον λζ.

IΩάννης ᾗ ὡς ἐπέλιπον αἱ ἁρπαγαὶ πρὸς τῆς δήμου, πρὸς ἱερσυλίαν ἐτρέπετο· κ' πολλὰ μὲν ἐκ τῆς ἀναθημάτων κατεχώνυε τῷ ναῷ· πολλὰ ᾗ πρὸς τὰς λειτουργίας ἀναγκαίων σκεῦν, κρατῆρας τε ℭ πί-
νακας, κ' τραπέζας· ἀπέχετο ᾗ ὐδὲ τῆς ὑπὸ τῷ σε-
βασῶ, κ' τ' γυναικὸς αὐτῶ πεμφθέντων ἀναθεμάτων. οἱ μὲν γὰ ῥωμαίων βασιλεῖς, ἐπέμπσάν τε, κ' πρόσκοσμησαν τὸ ἱερὸν ἀεί. τότε δ' ὁ ἰουδαῖος, κ' τὰ τῆς ἀλλοφύλων κατέσπα. πρὸς ᾗ τοὺς σωόντας, ἔλεγλε, ὡς δῖ μετὰ ἀδείας καταχρήσαιτο τοῖς θείοις, ὑπὲρ τῷ θείου, καὶ τοὺς τῆς ναῆς τρεφομένους, ἐξ αὐτῆς ζῆφειν. ἀλλὰ τοῦτο ℭ τὸν ἱερὸν οἶνον, κ' τὸ ἔλαιον, ὃ τοῖς ὁλοκαυτώμασιν οἱ ἱερεῖς ἐφύλαττον ὑπέχειν σκευώσας· ἰῶ δ' ἐν τῷ ἐνδοτέρῳ ἱερῷ, δίνειμε τῷ πλήθει, κἀκείνοι δίχα φείκης, πλέον τῷ ἐν ἠλείφοντο, κ'

ἔπινον ἐξ αὐτῆς. ἐκ αὖ ὑποσειλαίμην εἰπεῖν, ἃ μοι καλδίει τὸ πάθος. οἶμαι ῥωμαίων βεαδιώτεραν ὑπὸ τοὺς ἀλιτηρίους, ἢ καταποθῆναι αὖ ὑπὸ χάσματος, ἢ κατακλυσθῆναι τὴν πόλιν, ἢ τοὺς τῆς σοδομιτῆς μεταλαβεῖν κεραυνούς. πολὺ γὰ τῆς ταῦτα παθόντων ἰδίεγμε γῆγενὰ ἀθεωτέραν.

τῇ γοῦν

τῇ γοιᾷ τύτων ἀπονοίᾳ πᾶς ὁ λαὸς συναπώλετο. καὶ A
τί δεῖ καθ' μέρος ἐκδιηγεῖσθαι τὰς συμφοράς; ἀλλὰ
πρὸς τίτον ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις μανναῖος ὁ λαζάρου
φυγών, ἀφ' μιᾶς ἔλεγεν ἐκκεκομίσθαι πύλης, ἣν αὐτὸς
ἐπέπιστο τὸ μυριάδας ἑνδεκα νεκρῶν ὅτι πεντακισ-
χιλίοις ὀκτακοσίοις ὀγδοήκοντα, ἀφ' ἧς αὐτοῖς ἡμέρας
παρεστρατοπεδεύσατο, πεντεσκαιδεκάτῃ ξανθικοῦ
μηνὸς ἄχρι πανέμου νουμηνίας. τοῦτο δ' ἦν πλῆθος ἀ-
πόρων, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐφεσῶς, ἀλλὰ δημοσίᾳ μισθὸν δι- B
δοὺς ἐξ ἀνάγκης ἠρίθμει. τοὺς δ' λοιποὺς, οἱ προσήκον-
τες ἐθάπτον. ταφὴ δ' ἦν, τὸ προκομίσαντας ἐκ τῆς ἄ-
στεος ῥίψαι. μὴ δ' τοῦτον ἀφαιρεῖτες πολλοὶ τῆς ὑποκύ-
πτων, ταῖς πάσαις τῶν ἀπόρων νεκρῶν ἀπήγγελλον μυριά-
δας ἑξήκοντα ἀφ' τῆς πυλῶν ἐκκομιθείσας. τῆς δ' ἄλλων
ἀνεξεύρετον ἦν τὸ ἀριθμόν. μικρὸν δ' ὑπονοούντων τοῖς
πτωχοῖς ἀναφέρειν, ἔλεγον συνασωθοῦσας εἰς τοὺς μεγί-
στους οἴκους, τὰ πτώματα ἀποκλείειν. καὶ τῷ μὲν στόμα τὸ
μέτρον προβαλλῶν ταλαίπωρε, μέχρι καὶ τοῦτο δ' ὡς ἀφ' πον- C
λογεῖν ἔτι οἷόν τε ἦν ἀφειλκυσθείσης τὸ πόλεως, προσ-
ελθεῖν τινας εἰς τοῦτον ἀνάγκης, ὡς τὰς ἀμόρους
ἐρευνῶντας καὶ παλαιὸν ὄνθον βοῶν, προσφέρεσθαι τὰ
ἐκ τύτων σκύβαλα, καὶ τὸ μηδ' ὄψει φορητὸν πάλαι, τό-
τε ἡδέως τροφήν. ταῦτα Ῥωμαῖοι μὲν ἀκούοντες, ἠλέη-
σαν ἴσως καὶ ἔπασχον δ' καὶ βλέποντες, ἀ μετενόουν ἀλλ'
ἠνείχοντο μέχρις αὐτοῖς προελθεῖν. πεπήρωτο γὰρ
ὑπὸ τῆς θεοῦ, ὃ τῇ τε πόλει, καὶ αὐτοῖς ἤδη παρῆν.

denique cum eorum pertinacia desperata totus populus interiit. Et quid opus est singulatim narrare clades? Mannæus Lazari filius, transgressus ad Titum, per vnam portam quæ sibi credita fuerat centum & quindecim millia & octingenta dixit elata cadauera, ex quo die castra propeciuitatem posita sunt, ex die quartadecima mensis Aprilis, vsque ad calendas Iulij. hæc autem immensa est multitudo: nec tamen ipse fuit appositus portæ, sed publicam mercedem diuidens, mortuos ex necessitate numerabat. cæteros enim propinqui sepeliebant. sepultura autem fuit, elatos ex oppido proiicere. Post hunc autem nobiles profugi, omnia mortuorum egenorum sexcenta millia portis ejecta nunciabant: aliorum verò numerum minimè posse comprehendi: cùm autem pauperibus efferendis non sufficerent, congesta in maximis ædibus cadauera esse inclusa, & frumenti quidem modium veniisse talento. pòst autem vbi muro circundata ciuitate, ne herbas quidem legere iam liceret, ad hoc necessitatis quosdam fuisse compulsos, vt cloacas rimarentur, boúmque veterem fimum alimentum haberent, stercúsque collectum, quod ne visui quidem tolerabile fuerat, cibus erat. Hæc Romani quidem audientes miserati sunt: seditiosos autem ne videntes quidem pœnitebat, sed patiebantur vsque ad ea progredi. fatum enim eos reddiderat cæcos, quod iam & ipsis imminebat & ciuitati.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ ΛΟΓΟΣ Ζ.

FLAVII IOSEPHI DE BELLO IVDAICO LIBER SEPTIMVS.

[*Secundum Rufini distinctionem.*]

CAP. I. De suffossione murorũ, succensione aggerum & Sabino oppugnante murum.

CLADES quidem Hierosolymorũ A in peius quotidie proficiebat, cũ & seditioni magis accenderentur aduersis inclusi, postquam populum fames ipsósque iam possederat. Quin & multitudo congestorum in ciuitate cadauerũ, & visu horrenda erat, odorémque pestiferum emittebat, cum excursus etiam pugnantium moraretur. Nam veluti per aciem ruerent, plurima cæde excitata: conculcare B mortuos cogebantur: & qui super eos pedem ponerent, neq; miserabantur, neq; horrebãt: nec saltem sibi augurio fore putabant contumeliam mortuorum. Gentili autem cæde polluti, dexteras ad externum bellum præparabant, tãquam exprobrantes Deo (vt mihi videtur) supplicij sui tarditatem. non enim spe victoriæ maior pars eorum, sed desperatione salutis ferociùs ferebatur. Romani autem quamuis plurimum in aggreganda materia laborarent, tamen intra viginti & vnum dies aggeres erexerunt, attonsis omnibus ad nonaginta vsque stadia circa oppidum lucis. Erat autem miserabilis terræ facies. nam quæ antea arboribus & paradisis ornata fuerat, ea tunc deserta præcisis vndiq; arboribus cernebatur: nec vllus qui pridem Iudæam viderat alienigena & suburbana pulchertrima ciuitatis, cùm eius solitudinem tunc videret, continere lacrymas potetat, vel non gemere mutationem quantum pristinis derogasset. Omnia namque insignia pulchritudinis, bellum deleuerat: nec si quis subitò aduenisset, qui locum prius scierat, eum cognosceret, sed præsens quæreret ciuitatem. Romanis autem ac Iudæis, finitum opus aggerum, par faciebat timoris initium. namq; hi, nisi eos quoque exurerent, captum iri ciuitatem putabant: Romani autem, fortasse nec voluntatem sibi fore illis incensis alios parare. nam & materiæ defecerãt: & labori quidẽ corpora militũ, crebris verò offensionibus animi cesserant. Verùm ciuitatis cladibus tristius Romani quã ciues in ea degentes afficiebãtur. ad mala. n. quæ hinc accidebãt, etiã pugnatorib. nihilo segniorib. vtebãtur, sed

Κεφάλαιον α.

ΤΑ μὲν ἐν τῇ ἱεροσολύμων πάθη, ῥᾴδιον καθ' ἡμέραν ὅτι τὸ χεῖρον, τὰ σασιασῶν μᾶλλον παροξυνομένων ἐν ταῖς συμφοραῖς, καὶ τὸ λιμὸς μὴ τὴν δήμον, ἤδη καὶ κείνους νεμομένης. τὸ γε μὴν πλῆθος τῶν συστρεφομένων αὖθ' τὴν πόλιν πρωμάτων, ὄψει τε φρικώδεις ἦν, καὶ λοιμώδη παρεσέβαλλεν ὀσμὴν, ποός τε τὰς ἐκδρομὰς, ἐμπόδιον τοῖς μαχομένοις. ὥσπερ γὰρ ἐξ ἀδιατάξεως φόνῳ μυείῳ γεγυμνασμένοις χωρεῖν ἔδει τὰ στόματα πατεῖν. οἱ δ' ὁπλοφορούντες, ὅτε ἔφεισθον, ὅτε ἠλέουν, ὅτε κληδόνα κακὸν σφῶν αὐτῶν ὑπελάμβανον, τὰ εἰς τὰς καθιχομένας ὕβριν. περυρεμένοι δ' ὁμοφύλῳ φόνῳ τὰς δεξιὰς, ὅπη τὰ ποὸς τὰς ἀλλοφύλους πόλεμον ἐξέθεον, ὀνειδίζοντες ἐμοιγε δοκεῖ τὸ θεῖον εἰς βεβαιότητα τ' ἐπ' αὐτοῖς κολάσεως. ἐ γὰρ ἐλπίδι νίκης ὁ πόλεμος, ἤδη ἂν ὑποψώσει σωτηρίας ἐθρασύνετο. ῥωμαῖοι δ' καίτοι πολλὰ ποὸς τὰ ὕλης συκομιδὴν ταλαιπωρούμενοι τὰ χώματα διήνυσαν μιᾷ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις, πείραντες ὡς ποοσειρῆ τὰ ποὸς τὸ ἄστυ χώραν, ἐπ' εὐπετοῦς σταδίους εἰ κύκλῳ πάσαν. ἰὼ δ' πᾶσα ἐλεεινὴ, καὶ ὡς θέα. τὰ γὰρ πάλαι δένδρεσι, καὶ ῥᾳδινοῖς κεκοσμημένα, τότε παντάχοθεν ἠρήμωτο, καὶ ποεκέκοπτο τ' ὕλαν. ὁδοῖς τε τ' πάλαι ἰοῦσαν, καὶ τὰ ποὸ καλλιπῆ ποεάστια τ' πόλεως ἐωρακὼς ἀλλόφυλος, ἐπεῖτα τὴν τοτε βλέπων ἐρημίαν, ἀνωλοφύρετο, καὶ κατεξέναξε τ' μεταβολὴν παρόσον ἠδύνατο. ταῦτα γὰρ ἐλυμαίνατο τὰ σημεῖα τὸ κάλλους ὁ πόλεμος, καὶ ἂν αὖτις ἐξαπίνης ὄψεις ἀφ' ἧς ποεγνωκότων, ἐγνώρισε τ' τόπον, ἀλλὰ παρὼν ἐζήτει τ' πόλιν. Κεφαλ. β.

ΡΩμαίοις δ' καὶ ἰουδαίοις τὸ τέλος τῆς χωμάτων, ἴσον ἐνεποίει δέος ἀρχή. οἱ μὲν γὰρ εἰ μὴ καὶ ταῦτα καύσειαν, ἁλώσεσθαι τὴν πόλιν ποσεδόκων. ῥωμαῖοι δ' ἂν αὖ ἐπ' αἱρήσειν κείνων ἀφθαρέντων. ὕλη; γὰρ τε ἰδ' ἀπορία· καὶ τῆς μὲν πόνων ἤδη τὸ σῶμα, τῆς δ' ἐπαλλήλων πλαγμάτων, αἱ ψυχαὶ τοῖς τραπώσας ἐλείποντο. τὰς γε μὴν κατὰ τὴν πόλιν συμφορὰς, ῥωμαίοις πλέον εἰ συνέβαινε ποὸς ἀθυμίας, ἢ τοῖς ἐν αὐτῇ. ἅπαξ γὰρ τὰ τηλικαῦτα πάθη τοῖς μαχομένοις ἀδὲν ἐχρῶντο μαλακωτέρους, ἀλλ' ἐθεμίστ-

ἐθεμώνιζε πάντοτε τὰς ἐλπίδας, τῇ μὲ χωμάτων ταῖς A
ὑπερβολαῖς, τῇ ὲ ὀργάνων τερρέστητι τὸ τείχοις, τῆς ὲ
κῇ χείρος μάχης τ τῇ συμπλεκομένων ζήλοις πλεο-
νεκτέμενοι. τὸ ὲ μέγιστον, ζάσκως τε κῇ λιμῷ & πολέ-
μου, κῇ ζοσύτων κακῶν διείσποντες ἐπαίνω τὸ ὠδάσ-
κμα τῆς ψυχῆς ἰουδαίοις ἔχοντας, ὑπελάμβανόν τε
τῇ ἀνδρῶν ἀμάχοις μὲ τὰς ὁρμὰς, ἀνάλωτον ὲ τὴν
ὅλη σκμφορᾶς δύθυμίαν ἔῃ. τὶ γὲ ἂν μὴ ὑπος ἶναι
δεξιᾶ τύχη χρωμένους, ζοις ὑπὸ κακῶν πρὸς ἀλκὴν B
ζεπομένους; οἱ μὲ οὖν ἐῤῥωμένες ἔρας δέα ταῦτα τῇ
χωμάτων ἐποιοῦντο τὰς φυλακάς. οἱ ὲ πρὲ τ ἰωαν-
νῆν, κατὰ τὴν ἀντωνίαν ἅμα κῇ πρὸς τὸ μέλλον, εἰ
καταῤῥηχθείη τὸ τεῖχος, ἠσφαλίζοντο. κῇ πρὶν ὅλης ἦ-
ναι ζοις πολεμίοις, ἐπέθεντο ζοῖς ἔργοις. ἐ μὲν σκεφάτησάν
γε ὃ ὅπῃ χρήσεως. ἀλλὰ πρελθόντες μὲ λαμπάδων
πρὶν ἐγγίσαι ζοῖς χώμασι ψυχρότερον ὁ ἐλπίδος ὑπέ-
στρεψαν. πρῶτον μὲ γὲ, ὑδὲ ὁμονοεῖν ἢ σπεύδειν αὐτῇ ἐδό-
κει, κατὰ μέρος ἀκπηδῶντας, κἀκ διαλειμμάτων, κῇ C
μεμελλημένως μὲ δέους, καθόλε τ εἰπεῖν, ὡς ἰουδαϊ-
κῶς. τὰ γὲ ἴδια τὸ ἔθους, ὑς ἔρπτο ἅμα, ἢ τόλμα, κῇ ὁρ-
μὴ, κῇ δ ἐρμος ὁμῶ πάντων, κῇ τὸ μηδὲ παίοντας ἀνα-
στρέφειν. ἀτονώτεροι ὲ ἑαυτῆ πρελθόντες, κῇ τὲς ῥω-
μαίους εὖρον ἐῤῥωμένες ἔρως τὲ σωμάτος ὠδατέλ-
μένους ζοῖς μὲ γε σώμασι, κῇ τ πανοπλίας, ὅτως ἐφρά-
ξαντο τὰ χώματα πάντοθεν, ὡς τῷ πυρὶ μηδαμόθεν
καταλιπεῖν ὠδάδυσιν. τ ὲ ψυχῇ ἐτόνωσαν ἕκαστος,
μὴ μετανιν θλῶσι δ τάξεως πρὸ θανάτε. πρὸς γὲ D
τὸ πάσας αὐτῇ ὑποκόπτεσθαι τὰς ἐλπίδας, εἰ κἀκεῖνα
καταφλεγείη τὰ ἔργα, δεινὴ ζοις ςρατιώτας εἶχεν αἰ-
δὼς, εἰ πάντα κρατήσειαν, πανυρία μὲ ἀρετῆς, ὀπλοις
ὲ ὅπλων, πλῆθος ὲ ἐμπειρίας, ἰουδαῖοι ὲ ῥωμαίων.
ἅμα δέτι, κῇ τὰ ἀφετηρία συνήργει τ πρσπιπτόντων
ἐφικνούμενα, κῇ πρσών τις, τῷ μὲν ἑαυτὸν, ἐμπόδιον ἦν,
ὁ τε κίνδυνος τὸ μὴ πρόσω χωρεῖν, ἐ ποίει μαλακω-
τέρος. τῇ δ ὑσέρᾳ βέλος ὑπὸ δαμόντων. οἱ μὲν E
πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τ διαξίαν, κῇ τὸ σύνηθμα τ
πολεμίων καταπλαγῆτες, οἱ ὲ νυττόμενοι ζοῖς ξυ-
ςοῖς ἐπαλινδρόμεν. κῇ τέλος, ἀλλήλες κακίζοντες
εἰς δειλίαν, ἀνεχώρεν ἄπρακτοι. νεμεσία πανέμου
μενός ἢ ὅπ χείρησις ἰῶ. αἰσχωρησάντων ὲ τ ἰουδαίων,
πρσῆγον οἱ ῥωμαῖοι τὰς ἑλέπολεις, βαλλόμενοι πέ-
τραις τε ὑπὸ τῆς ἀντωνίας, κῇ πυρὶ κῇ σιδήρῳ, κῇ πα-
τὶ τῷ χορηγουμένῳ ἰουδαίοις ὑπὸ τῆς ἀνάγκη βέλει.
ἡμπερ γὲ πολὺ τῷ τείχει πεποιθότες, καὶ τῷ ὀργά- F
νων καταφρονοῦντες, ὅμως ἐκώλυον ζοὺς ῥωμαίους
πρσάγειν. οἱ ὲ τὴν ἀσφάλειαν τῷ ἰουδαίων τὲ μὴ πλη-
γὴν τὴν ἀντωνίαν ὑπολαμβάνοντες γίνεσθαι δι' ἀ-
σθένειαν τ τείχες, & σαθρὸς ἐλπίσαντες ἔῃ τὲς θε-
μελίους, ἀντιφιλονείκουν. ἐ μὲν ὑπήκουε τὸ τυπτόμε-
νον. ἀλλ' οἱ μὲν συνεχῶς βαλλόμενοι, κῇ πρὸς μηδέ-
να τῷ καθύπερθεν κινδύνων ἐκλείποντες, ἐργοις
παρεῖχον τὰς ἑλέπολεις. ὡς δ' ἦσαν ἐλάτοις, & πε- G
ριεθραύοντο τ πέτραις, ἔτεροι τὲς θυρεὸς ὀρφώσαν-
τες ὑπὲρ τῷ σωμάτων, χερσὶ καὶ μοχλοῖς, ὑπώρυττον
ζοὺς θεμελίους, καὶ πάσαις γε λίθοις πρσκαρτε-
ρήσαντες ἔξέσεισαν. ἀνέπαυσε ὲ νὺξ ἑκατέρες, κῇ
τὸ ταύτῃ τὸ τεῖχος ὑπὸ τῷ κειῶν σεσαλδμένον, καθ' ὃ τοῖς πρσθίοις ὀπλιβελδων χώμασιν ὁ ἰωάννης
ὑπώρυξεν, σαθρὸς κῇ δυσῤῥυχος, ἐξαπίνης καπέῤῥηξεν.

eorum ſpes frangebantur, cùm aggeres inſidiis, machinæ ſoliditate muri, manus verò conflictus audacia repugnantium ſuperaretur: & præcipuè, quòd cum ſeditione faméque ac bello torque malis præſtantiores Iudæorum animos inuenirent, virorum quidem inexpugnabiles eſſe impetus arbitrabantur, inuictam verò animorum magnitudinem quæ calamitatibus aleretur. nam quis eos in rebus ſecundis ſuſtineat, qui malis ad virtutem incitarentur? Illi quidem propterea cautiùs cuſtodias præparabant. Ioannis autem factio apud Antoniam, ſimul & quæ futura timebantur, ſi diſſiceretur murus cauebat, & antequam arietes admouerentur operibus inſtabat: niſi quia conatus eorum irritus fieret. Aggreſſi enim cum facibus aggerem, ſpe decepti remeauêre. Nam primùm ne concordare quidem eorum videbatur conſilium, paulatim & per intervalla, & cunctanter, non ſine metu proſilientium, neque Iudæorum more, vt breuiter dicam. deerant enim quæ propria gentis eſſent, audacia, curſus, & omnium ſimul impetus: & vt non ſine offenſione recederent. Languidiores verò progreſſi quàm ſolebant, etiam Romanos ſolito promptiores offendêre: qui corporibus quidem atque armis ita vndique aggeres ſepsêre, vt nuſquam igni aditum relinquerent: animum verò ita confirmauerunt, ne quis loco antequam occumberet moueretur. nam præter omnium rerum deſperationem ſi etiam illud opus eſſet exuſtum, acerbiſſimus pudor milites occupauerat, ſi aut calliditati virtus cederet, aut arma temeritati, aut peritia multitudini, aut Iudæis Romani. Simul autem miſſilia pro illis faciebant in proſilientes delata; & qui cecidiſſet, poſteriores impediebat, ac periculum antecedentis molliores eos efficiebat. Qui verò intra teli iactum venire properaſſent, alij diſciplina hoſtium & denſitate perterriti, alij confixi haſtis retrocedebant: & ad extremum alius alium timiditatis arguens, re infecta reuertebantur. Calendis autem Iulij tentata fuerat expugnatio. Iudæis autem inde digreſſis, Romani machinas admouêre: quamuis ab Antonia ſaxis atque igni ferróque peterentur, & quodcunque hoſtibus telum neceſſitas attuliſſet. nam licet multum mœnibus Iudæi confiderent, machinaſque contemnerent, tamen eas applicare prohibebant Romanos. Illi autem Iudæis ſtudium eſſe rati, ne murorum infirmitate Antonia læderetur: & fragilibus eam fundamentis ſuſpicantes, contra certabant. Nec tamen quod feriebatur, ictibus obediebat: ſed ipſi quidem crebris in ſe miſſilibus iactis, cùm nullis periculis deſuper venientibus laſſarentur, arietum opus vrgebant. cùm verò inferiores eſſent, ac lapidibus frangerentur, aliis ſcutis ſuper corpora concameratis, fundamenta manibus, & vectibus ſuffodiebant. Itaque ſaxis quatuor obſtinato labore concuſſis, quietem vtriſque nox attulit: & in ea murus arietibus labefactatus, ex qua parte prioribus Ioannes aggeribus inſidiando murum ſuffoderat, ſubſidente cuniculo repente labitur.

Verùm præter ſpem vtrorumque animi affecti ſunt. Nam Iudæi quidem quibus mœrorem eſſe oportebat, quòd ruina præter ſpem acciderat, & aduerſus eam præcauti non fuerant, tanquam maneret Antonia confidebant. Romanorum autem inopinatam lætitiam ex celeri ſubuerſione natam, conſpectus alius murus, quem intrinſecus Ioannes ædificauerat, citò reſtinxit. Verumtamen priore facilior oppugnatio videbatur. Tunc enim & aſcenſum per ruinas promptiorem, & Antonia eſſe infirmiorem murum qui recens erat, citóque deſtrui poſſe arbitrabantur. Nemo tamen eum audebat aſcendere: quòd ei qui primus id tentauiſſet, certiſſimum eſſet exitium. Titus verò ſpe atque oratione putans alacritatem pugnantium excitari, & adhortatione atque promiſſis ſæpe quidem periculorum naſci obliuia, interdum autem mortem ſolere contemni, in vnum congregatos fortiſſimos experiebatur dicens: Commilitones, hortari quidem ad ea quæ periculum non afferunt, apertè & ipſis qui rogantur, & qui eos rogant, ignauiæ reprehenſionem parit. exhortatione autem opus eſt in ſolis rebus ambiguis: quippe illa per ſe quenque gerere dignum eſt. Itaque difficilem vobis in murum eſſe aſcenſum ipſe profiteor: quòd autem vel maximè oporteat gloriæ cupidos pugnare cum difficillimis rebus, pulchrúmque ſit cum laude mori, nec erit infructuoſum ſi qui primi fortiter fecerint, proſequar. Primùm quidem vos illud hortetur, quòd nonnullos fortaſſe deterreat, Iudæorũ patiens animus, & in aduerſis rebus dura conſtantia. Romanos enim eóſque milites, quibus in pace bella diſcere, in bello autem vincere conſuetum eſt, à Iudæis manu vel animo ſuperari turpiſſimum eſt: idque in fine victoriæ, cùm etiam Dei nitamur auxilio. namque offenſiones noſtræ, Iudaicæ deſperationes ſunt. Illorum autem clades, fauore Dei veſtrísque virtutibus creſcunt. Etenim ſeditio, fames, obſidio, murorúmque ſine machinis caſus, quid ſit aliud quàm in illos ira Dei, noſtrúmque adiumentum. Igitur non ſolùm deterioribus inferiores videri, ſed etiam diuinum præſidium prodere, vobis non conuenit. Quo pacto autem non turpe videatur, Iudæos quidem quibus non magni pudoris eſt vinci, qui ſeruire didicerint, quo minus in poſterum id patiantur, mortem contemnere: atque in nos medios frequenter excurrere, non victoriæ ſpe, ſed oſtentationis gratia: nos autem totius penè terræ mariſque victores, quibus etiam non vincere probro habetur, ocioſos ſedentes, ne ſemel quidem in hoſtes aliquid audaciter expertos, famem ac fortunam cum his armis operiri? maximè cùm paruo diſcrimine totum poſſitis efficere. Denique in Antoniam ſi aſcenderimus, habebimus ciuitatem. Nam & ſi pugnandum ſit aduerſum intus poſitos, quod non arbitror, attamen capiti ac reſpirationi hoſtium inſedere victoriam nobis pleniſſimam repromittit. Equidem prætermiſſa nunc eorum laude, qui in bello cecidêre, & immortalitate, qui Martio furore proſtrati ſunt, ex morbo pacis tempore mortem aliter ſentientibus imprecor,

Κεφαλ. γ.

Τοῦτο συμβαίνοντος παρὰ δόξαν, ἑκατέροις διηλλάγη τὰ φρονήματα· Ἰουδαίοις μὲν γὰρ εἰς ἀθυμίαν εἰκὸς ἦν, τῆς παρελπίδα γεγενῆσθαι τὸ πτῶμα, καὶ μὴ πεφυλάχθαι πρὸς αὐτὸ, θαρρεῖν ὡς μηκέτι σωθέντα δ' αὐτονίας. Ῥωμαίων δέ γε τὸ παρ' ἐλπίδα χαρὰν ὅτι τάχιστα καταῤῥιφέντι, ταχέως ἔσεσθαι ὄψις ἑτέρου τείχους, ὅπερ ἔνδοθεν οἱ περὶ τὸν Ἰωάννην αὐτοκατεδομήσαντο. διὸ μὲν ἑτέρα μοῖρα τὸ παρὸν ἡ προσβολὴ κατεφαίνετο. τότε γὰρ ἀναβλῶσαι δεῖ τὴν καταῤῥιφέντων ῥᾶον ἐλθεῖν, καὶ τὸ τεῖχος ἀσθενέστερόν τε πολλῷ τῆς αὐτονίας, καὶ ταχέως τῆς προσπαρὸν ἐσόμενον, λύειν ὑπελάμβανον. ἡ μὲν ἐτόλμα τις ἀναβῆναι· ῥᾴστος γὰρ τοῖς ἀρξαμένοις ὁ ἀπώλεια.

Κεφάλαιον δ'.

